


PROPVGNACVLVM HIEROSOLYMITANVM

Sive

Sacræ Religionis Militaris S. Ioannis Hierosolymit.

Militiæ Regularis compendium

Opus

Historicum, Politicum, Theologicum, et Iuridicum

Sub Auspicijs Serenissimi Principis,

D. D. IOANNIS DE AVSTRIA:

Authore

Lic. D. Ferdinando de Escamo

eiusdem Religionis in Provincia Bætica

Titulari Aduocato

inque Regio Hispalensi Senatu causarum Patrono


Italicæ antiquæ vrbis, nunc oppidi Sancti Ponce

prope Hispalim

Prætore Honorario, et Gabellarum Iudice

Ioan Valdes Delin. Hispali Anno 1668 Ioan Franco Sculp.

Motivos S. Rotz Audior



R. 43.209

SERENISSIMO PRINCIPI,

MAGNANIMO HEROI,

FORTISSIMO DVCI,

MACHABÆORVM SECTATORI,

SPEI PATRIÆ,

EVROPAE MARTI,

HISPANIÆ VIGORI,

PHILIPPI QVARTI,

HISPANIARVM, ET INDIARVM

CATHOLICI REGIS POTENTISSIMI

GENITO CHARISSIMO

DOMINO SVO

D. IOANNI DE AVSTRIA,

SACRÆ RELIGIONIS MILITARIS

SANCTI IOANNIS HIEROSOLYMITANI

IN REGNIS CASTELLÆ, ET LEGIONIS

PRIORI MAGNO,

HOC PROPUGNACULUM

D. FERDINANDVS DE ESCAÑO

eius additiſsimus ſervus ex corde dicat,

ex debito ſacrat.

PRIORATVS Caſtellæ (Sereniſsime Princeps) in Hiſpalenſi vrbe, Bœticæ Provinciæ Metropoli, tûm veteris, tûm recentis orbis Emporio, territorium cum Parochiali Eccleſia claudit, Nobiliſsimæ, ac Venerandæ admodum, necnon Sacerrimæ Solymorum Militari Religioni ſubditum, & ſub Prioralis Dignitatis protectione munitum: inſuper ſub præfato tutamine celeberrimum Monialium Conventum. Cûm igitur relatæ domus intra mœnia Civitatis claudantur, ſæpenumerò circa iuriſdictionem, & privilegiorum intellectum fuere contentiones exortæ, quas non ſemel ipſe totis defendi viribus. Cûm etiam Advocati Sacræ Religionis munus per inſcriptum fuerit mihi à veſtra Celſitudine conceſſum, hinc eſt, vt opus inceptum perficere, & Religionis negotia omni ſtudio libare, toti ſit mihi curæ, ſicut & his maiora, & difficiliora aggredi. Tractatum igitur de Religione ſcribere, & inſudare mihimet perſuaſi, eo quod nemo vſque modo hunc ſcripſerit, cûm ſint quamplurimi, qui de reliquis Militaribus Religionibus, & ipſarum iure, luculẽtas ediderint lucubrationes, vt Ayala, Mota, Isla, Pizarro, Araujo, Morote, & Mendo, quorum ſcripta maximè honorem Militarium declamitant. Enimvero hunc inceptum laborẽ noctu diuq; evigilans complevi: O vtinam fœliciter, vt aliqua ex parte ſic communi conſulam vtilitati! Si ergo in magnis voluiſſe ſat eſt, fortuna, quam ſub tutamine Celſitudinis veſtræ hoc expectat Opuſculum mihi optanti ſubrideat. Quodvis emineat Propugnaculum, hoc ipſum cadere videtur, ſi ei Ducis defenſio protecturi deficiat. Non rationibus tantûm, in armis etiam ſolet inniti ſalus: illis equidem, rationibus inquam, cuncta Ordinis Privilegia defendi: his, armis ſcilicet, Auſtriacæ Celſitudo Familiæ, plurimis erectis tropheis Hieroſolymitanam Religionem protexit, ſi enim Auſtria ſuper Aſtra, quis non eius fortius fateatur munimen? Et quod Auſtriacæ radicis fœlicius germen, ac Magnus Prior? Cuius ego obſequentiſsimus ſervus, dum opus licèt exiguũ ſacro, libentiſsimè fateor, memetipſum tantûm pro merito optaſſe Mecœnatem, adinſtar ſcriptorum Hieroſolymitani Ordinis, quorum opera ſub tutamine Principum ipſius Religionis in lucem promanarũt: vt fecit Ioãnes Auguſtinus de Funes in Coronica Ordinis, Magno Magiſtro Fr. Antonio de Paula dicata: & Paulus Claſcar, qui exiguum librum Hiſpano idiomate edidit, dictum, *El Glorioſo Triunfo de la Sagrada Religion Militar de San Iuan*, quem Magno Priori Sereniſsimo

Prin-

Principi Philiberto Emanueli de Auſtria dicavit. Si ergo maiorũ exẽpla ſequenda ſint, veſtra Serenitas tàm parvum munus, non ſolùm ex debito, verum etiam ex corde dicatum, ne ſuſcipere dedignetur: bonũ enim per ſe etiam ſi apparens obiectum eſt voluntatis. Quid autem de optimo dixerim? Nunquam, Sereniſsime Princeps, valuit formica aliquid de Proceritate Gigantea narrare. Si partem tacuiſſe velim, quodcumque relinquam maius erit; hæc pro me Claudianus. Sat mihi videor veſtram videre Serenitatem, & Religionem, Machabæorum emulatricem; apud omnes veſtra Celſitudo Spes Patrię reputatur, & totus orbis Martiali fortitudini acclamat. Quem Turcæ, & Arabes formidant, & cuncti Hiſpanicę Glorię pugnatores contrimeſcunt; & quem Auſtriacæ arboris candiſsimum florem, fortem in Bello, in Pace amabilem, in cunctis totum, totum in Patria, Nationes omnes prædicant, admirantur, extollunt. Æternum vivat, & valeat veſtra Celſitudo. Hiſpali 3. die Septembr. Ano D. 1662.

Veſtrę Celſitudinis addictiſsimus ſervus.

Licent. D. Ferdinandus de Eſcaño.

Libera D. Petronilla Filia
de Elpidio.

POr quanto por parte de D. Fernando de Eſcaño, Abogado de la nueſtra Audiencia de Grados de la Ciudad de Sevilla, y Titular de la Religion de San Iuan, en la Provincia de Andaluzia, ſe nos hizo relacion, avia compueſto vn Libro intitulado: Propugnaculum Sacræ Religionis Militaris Sancti Ioannis Hierosolymitani, en defenſa de la dicha Religion de San Iuan, y ſus privilegios, que era el que preſentava con el juramento neceſſario, con licencia que tenia del Vicario General de San Iuan de Acre, de la dicha Ciudad, para ſu impreſſion. Suplicònos le mandaſſemos dar licencia, y privilegio para que le pudieſſe imprimir por diez años, o como la nueſtra merced fueſſe. Y viſto por los del nueſtro Conſejo, y como por nueſtro mandado ſe hizieron las diligencias, que por la Pragmatica por Nos vltimamente hecha ſobre la impreſsion de los libros ſe diſpone: fue acordado deviamos mandar dar eſta nueſtra Cedula en la dicha razon, y Nos lo tuvimos por bien. Por la qual, damos licencia, y facultad al dicho Don Fernando de Eſcaño, para que por diez años primeros ſiguientes, y no mas, podais imprimir, y vender vos, o la perſona que vueſtro poder tuviere, y no otra alguna, el dicho Libro de que va fecha mencion, por el original que en el nueſtro Conſejo ſe vio, que va rubricado, y firmado a el fin, de Miguel Fernandez de Noriega, Secretario, y Eſcrivano de Camara de los que en èl reſiden; conque antes que ſe venda, ſe traiga ante ellos, juntamente con el original, para que ſe vea ſi la dicha impreſsion eſtà conforme a èl, o traiga fee en publica forma como por Corrector por Nos nõbrado ſe vio, y corrigio la dicha impreſsion por el dicho original, y ſe taſſe el precio por què ſe ha de vender. Y mandamos al Impreſſor que imprimiere el dicho Libro, no imprima el principio, y primer pliego, ni entregue mas que vno ſolo con ſu original a el Autor, o perſona a cuya coſta ſe imprimiere, y para efecto de la dicha correccion, haſta que antes, y primero el dicho libro eſtè corregido, y taſſado por los del nueſtro Conſejo, y eſtando ſo, y no en otra manera, puedan imprimir el dicho principio, y primer pliego, y ſegundo, donde ſe ponga eſta nueſtra Cedula, y la aprobaciõ que cerca dello ſe hizo por nueſtro mandado, y la taſſa, y erratas, pena de caer, è incurrir en las penas contenidas en las Leyes, y Pragmaticas deſtos nueſtros Reynos, que ſobre ello diſponen. Y mandamos, que ninguna perſona ſin vueſtra licencia pueda imprimir el dicho Libro, y ſi lo hiziere, aya perdido, y pierda todos, y qualeſquier libros, moldes, y aparejos que del los tuviere, y mas incurra en pena de cinquenta mil maravedis, la tercia parte para la nueſtra Camara, y la otra tercia parte para el Iuez que lo ſentenciare, y la otra tercia parte para el denunciador. Y mandamos a los de el nueſtro Conſejo, Preſidentes, y Oydores de las nueſtras Audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nueſtra Caſa, y Corte, y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Aſsiſtente, Governadores, Alcaldes Mayores, y Ordinarios, y otros Iuezes, y Iuſticias qualeſquier de todas las Ciudades, Villas, y Lugares deſtos nueſtros Reynos, y Señorios, y a cada vno en ſu juriſdicion, que os guarden, y cumplan eſta nueſtra Cedula, y contra lo en ella contenido no vayan, ni paſſen, ni conſientan ir, ni paſſar en manera alguna, pena de la nueſtra merced, y de diez mil maravedis para la nueſtra Camara. Fecha en Madrid a ſiete dias del mes de Noviembre de mil y ſeiſcientos y ſeſenta y dos años. YO EL REY. Por mandado del Rey nueſtro ſeñor. Iuan de Subieça.

TASSA

TASSA.

MIguel Fernandez de Noriega, Secretario del Rey nueſtro ſeñor, y ſu Secretario de Camara mas antigno de los que reſiden en el Conſejo. Certifico, que aviendoſe viſto por los ſeñores dèl, vn Libro intitulado: Propugnaculum Sacrę Religionis Militaris Sancti Ioannis Hieroſolymitani, compueſto por el Licenciado Don Fernando de Eſcaño, Abogado de los Conſejos, que con licencia, y privilegio de dichos ſeñores fue impreſſo, taſſaron cada pliego a ſeis maravedis, y el dicho Libro parece tiene noventa y quatro y medio, ſin principios, ni tablas, que a dicho precio mõta quinientos y ſeſenta y ſeis maravedis, y a dicho precio, y no mas, mandaron ſe venda, y que eſta certificacion ſe ponga al principio de cada Libro, para que ſe ſepa el precio a como ſe ha de vender. Y para que conſte doy eſta certificacion en Madrid a quatro de Diziembre de mil y ſeiſcientos y ſeſenta y tres años. Miguel Fernandez de Noriega.

ERRATAS.

PAgina 16. col. 2. lin. 17. Paliuodia, lege Palinodia. Pag. 19. col. 1. lin. 32. Vt Alcantaræ, lege Et Alcantaræ. Pag. 20. col. 1. lin. 40. Trinfo, lege Triunfo. Pag. 42. col. 1. lin 4. Navor. lege Novar. Pag. 78. col. 1. lin. 9. Conſumaverit, lege Conſumaverint. Pag. 79. col. 2. lin. 15. dictum, lege dictus, & lin. 17. gancologiam, lege genealogiam. Pag. 88. col. 1. lin. 25. 1953. lege 1653. Pag. 133. col. 2. lin. 21. era, lege erat. Pag. 134 col. 2. lin. 47. contrahendæ, lege contrahenda. Pag. 139. col. 2. lin. 41. mobilibus, lege immobilibus. Pag. 158. col. 2. lin 46. pronunciationem, lege pronunciatum. Pag. 167. col. 1. lin. 6. quod, lege quot. Pag. 172. col. 1. lin. 29. ea, lege eas. Pag. 200. col. 2. lin. 34. Religioſis, lege Religionis. Pag. 224. col. 1. lin. 20. revocatum, lege revocatam. Pag. 251. col. 2. lin. 30. Covallos, lege Cevallos. Pag. 277. col. 2. lin. 40. abque, lege abſque. Pag. 313. col. 2. lin. 31. qua, lege quia. Pag. 323. col. 1. lin. 20. Aſſembla, lege Aſſemblea, & col. 2. lin. 45. vbe, lege vibe.

Hic liber inſcriptus: *Propugnaculum Sacræ Religionis Militaris Sancti Ioannis Hieroſolymitani diſceptationes, &c.* demptis ſui mendis ſuo exemplari fideliter reſpondet. Dat. Matrit die 1. menſ. Decembr. Anno 1663.

Licenciatus Don Carolus Murcia de la Llana.

LICEN-

LICENCIA DEL ORDINARIO A PEDIMENTO de la Religion.

PETICION.

FR. Don Ioſeph Nicolas de Velaſco y Ponce, del Habito de San Iuan, Fiſcal de eſta Iuriſdicion por el Sereniſſimo ſeñor D. Iuan de Auſtria, mi ſeñor, Gran Prior de San Iuan en los Reynos de Caſtilla, y Leon. Digo, que el Licenciado Don Fernando de Eſcaño, Abogado de la Real Audiencia deſta Ciudad, y Titular de dicha mi Sagrada Religion, nombrado por el dicho ſeñor Gran Prior, aviendo defendido muchos pleytos tocantes a eſte Priorato, y Vicarias, y de Religioſos particulares, ha eſcrito vn Libro intitulado: *Propugnaculum Sacræ Religionis Militaris S. Ioannis Hieroſolymitani*, en defenſa de los Privilegios de la Orden, è interpretacion de los Eſtatutos, cuya obra es Hiſtorica, Politica, Theologica, y Iuridica: el qual Libro le han viſto de orden de V. md. los muy RR. PP. Alonſo Rodriguez, Calificador del Santo Oficio, Provincial de la Cõpañia de Ieſus, y otros ſugetos de la miſma Orden, y el Padre Lector Iubilado Fr. Iuan Ronquillo, Provincial que fue de ſu Provincia de los Minimos, Padre, y primer Difinidor de Provincia, Calificador del Santo Oficio, y Examinador General en el Arçobiſpado, y el Doctor D. Matheo Giron de Rioja, Abogado de los Reales Conſejos; los quales han aprobado el dicho Libro, como parece de ſus aprobaciones. Y porque el imprimirſe ſerà de grande vtilidad de la Religion:

A V. md. pido y ſuplico, como Iuez Ordinario en eſta Vicaria, conceda licencia para que qualquier Impreſſor de libros deſtos Reynos pueda imprimir el dicho Libro. Iuſticia, &c.

Fr. D. Ioſeph Nicolas de Velaſco, Fiſcal.

PRESENTACION, Y AVTO.

EN la Ciudad de Sevilla en cinco dias del mes de Iulio de mil y ſeiſcientos y ſeſenta y dos años, ſu merced el ſeñor Licenciado Frey Don Miguel Moreno de Aranda, del Habito de San Iuan, Vicario General de la Parochia de San Iuan de Acre deſta Ciudad, ſu territorio, y Compas, y de el Convento de Monjas de Santa Iſabel, Villas de Toſina, y Alcolea, viſta eſta Peticion, y Aprobaciones que en ella ſe refieren: dixo, que dava, y dio licencia a qualquiera Impreſſor deſtos Reynos, para que pueda imprimir vn Libro intitulado: *Propugnaculum Sacræ Religionis Militaris Sancti Ioannis Hieroſolymitani*, compueſto por el Licenciado Don Fernando de Eſcaño, Abogado Titular de la Sagrada Religion, y que eſte Auto ſirva de licencia, y aſsi lo proveyò, mandò, y firmò.

Lic. Fr. D. Miguel Moreno de Aranda.

Por mandado del ſeñor Vicario General:

Ante mi Don Iuan Remirez Buſtamante, Notario mayor.

APPRO-

APPROBATIO R. A. P. Fr. IOANNIS RONQVILLO,

Lectoris Iubilati Provinciæ Bœticæ Minimorum olim Provincialis, nunc Patris, & primi Diffinitoris, Qualificatoris Sanctæ Inquisitionis, & Examinatoris Generalis in Archiepiscopatu Hispalensi.

Sapientissimo D. Doctori D. Ferdinaudo Escaño.

PRopugnaculum Sacræ, ac Illustrissimæ Religionis Militaris S. Ioannis Hierosolymitani, opus sanè in credibili, ac admirabili eruditione refertum (eruditissime Doctor) non solùm avidissime inspexi, verum etiã attentissimè perlustravi: non vt aliquid in eo censura dignum timerẽ (hoc enim statim, ac à te elaboratum attendi, impossibile iudicavi) sed vt clarissimæ tuę eloquentiæ radijs, & Hierosolymitanæ Familię splendoribus admirarer, talibus, tamq́ invictissimis stemmatibus vinderatam aspicerem, ac omnia nubila ipsius pręclarissima privilegia tepidantia destruentem cõtemplarem. Lucebant itaq ante hoc tuum Propugnaculum aliqualiter auctoritas, magnitudo, excellentia, archanaque innumera huius Sacræ Religionis; sed non parùm obtenebrata, vtpotè per varios opusculos dispersa, & apud diversos auctores sparsa; nunc autem vnita apparent, varijs, ac eruditis doctrinis armata, gravissimis Doctoribus illustrata; ac deniq́ tui ingenij acumine fulcita, noviſq́ illustrationibus patefacta. Hic enim exprimi videtur, quod de primeva luce primò die, & de maiori luminari in quarto creatis, *Gen.* 1. Sancti PP. proclamant, iudicantes non diversum lumen, sed idem in vtroque reperiri; quamvis in luce informe, & absque ornamento; in sole autem formatum, & omni pulchritudine superveſtitũ: Sic Angelic. Præcept. D. Thom. 1 *p. q.* 70. *art.* 1. *ad.* 1. *& propter hanc determinationẽ virtutis, dicit Dionysius* 4. *cap. de divinis nominibus, quod lumen solis primo erat informe, quarto die fuit formatum*. Nec ideo solis excellentia minuitur, aut sui authoris potentia tepide manifestatur: cum nobis fulgoribus refulgens apparuerit. Ita notavit S. Ambros. hic. *Sed ob id Solis superfluam ne dixeris creationem: quoniam radijs suis auget diei gratiam, fulgoremque diurno lumini adiungit*. In hoc itaq́ Propugnaculo tãm novis, propriis, ac eruditis resolutionibus amicto, Theologi divinæ legis suavitatem haurient, Iurisperiti splendentem rationis ideam putabũt, Politici Christianam Politiam contemplabunt, multi in tanta opinandi varietate admirabuntur claritate; ac denique huius Sacrę Religionis, alumni, quanta privilegia ipsis Summi Pontifices, Imperatores, Reges, & Principes concesserint, agnoscent, ipsorumque extensionem videbunt: hocque Solis Propugnaculo armati cuncta omnium generum bella superabunt, vt de Sole ad bella parato dicebat Lactantius:

Armatus radijs elementa liquentia lustrans.

Erit itaque hoc opus sibi ipsi Propugnaculum, & vtpotè communi approbatione fulcitum alterius patrocinio, aut testimonio non indigebit, vt aiunt Iurisconsulti. *C. de donat.* Simaco *lib.* 3. *epist.* 48. nec aliam Sol iste lucem emmendicabit: cum ipse ab omni onere approbationis liber sit. *Cap. Sideomnibus vbi Gloss. in Extravaganti Ioann.* 22. *ad onus de electione*. Nec deniq́ cæterorum laudes desiderabit, qui pro dignitate æquè laudari nequit: vt de maiori luminari ait Chrysost. *Gen. c.* 1. *atq́ adeo magnum, & miraculum elementum hoc, nec est, qui laudes eius pro dignitate prædicaverit*. Sit senceo Hispali 1. Iulij ann. D. 1662.

V. D. affectissimus ex corde.
Fr. Ioannes Ronquillo.

APPROBATIO R. A. PATRIS ALPHONSI RODRIGVEZ

è Societate Ieſu Provincialis Provinciæ Bœticæ, & Sanctæ Inquiſitionis in negotijs Fidei Qualificatoris Digniſſimi.

Domino D. Ferdinando de Eſcaño.

QVanta cum animi mei voluptate perviderim Diſceptationes has (ſapientiſſime Ferdinande) illud argumento eſt, quod inter aſſiduas officij curas, volumen integrum non perfunctoriè, aut oſcitanter, ſed alacriter, & ſtudioſè luſtraverim, putaverimque alijs è Societate, quibus in eo literarum genere ſapor eſt, me gratum facturum, ſi luſtrandum quoque traderem. Armatam Palladem cerno, & quidem non alternatim, ſed pariter pugnantem, atque docentem, hoc eſt, armiſque, literiſque diſceptante, vtipar eſt, pro Religione nimirum vbique gentium, pro aris, focisq; Chriſtianis ſtrenuiſsimè dimicante. Cerno præterea veteranum Militem pro Militari Religione fundamenta locantem, hoc eſt, res geſtas, fortiſsimos Duces, munitiſsimas Arces recenſentem; Aream ipſam, id eſt, iura, ſtatuta, privilegia propugnantem, quinetiã hoſtiles Arces (taceo quas Arces) impetentem, expugnantemque, atque cum hoſte ipſo in aperto campo cõfligentem: & quanto cum hoſte? Eo ſcilicet, à quo non vinci, quocum, vel certamen tentaſſe ſat gloriæ eſt. Quid verò? Nonne ſi præcedentium premeres veſtigia, abundè tibi laudes cumulaſſes? ita ſanè: nam Maiorum hoc vel ius eſt, vel privilegium, quod ſpem ferè adimant poſteris inſequendi. At tu, optimè Ferdinande, viam tibi ferro aperuiſti, non aliorum calcas veſtigia. Religioni ipſi S. Ioannis Hieroſolymitani potius quàm ſculpere, curæ fuit deludare in Arena, quam temporis decurſus protrivit: ſcriptores alij ieiunè, & exiliter libaverunt: præis plena copia, fauſtis Auſpicijs, & primo Marte ſecundo. Diu vale. Hiſpali 17. Iunij 1662.

Ex animo Additiſsimus.

Alphonſus Rodriguez.

CENSVRA LIC. D. IOANNIS PACHECO IN SVPREMO Caſtellæ Senatu celeberrimi advocati.

PRopugnaculum Sacræ Religionis Militaris S. Ioannis Hieroſolymitani authore eruditiſſimo Lic. D. Ferdinando de Eſcaño eiuſdem Religionis in Provincia Bœtica titulati Advocato, ex præſcripto Supremi Regij Senatus præcepto ſtudioſè perluſtravi, & in eo nihil quod opponatur bonis moribus, aut Iuriſprudentiæ præceptis inveni, imo multa totius literaturæ animadverſa miror; quare operis deprecata editio non denegan-da videtur. Matriti 19. Octobr. 1662.

Lic. D. Ioannes Pacheco.

NOBILIS DOCTORIS D. MATHÆI Giron & Rioja Advocati Supremi Regalis Consilij, & in Senatu Sanctæ, & Generalis Inquisitionis causarum Fidei, Pauperum, et Carceratorum Patroni, Operis approbatio, & Encomium.

1 *Seneca Epist. 20.*

2 *Iustinian. instit. de Donat. §. Est, & aliud.*

3 *Aristo. 4. Metap. Math. 16. tu es Petrus, &c. Nicol. de Lira in Luc. cap. 2. n. 11. Suar. 3 p. S. Thomæ. q. 37. art. 2.*

4 *Ovid. 2. Metham.*

5 *Cantalio.*

6 *Proverb. cap. 9.*

7 *Paul. Sherlogus vol. 3. in Cantica Salom. vestigat. 35. cap. 7. sect. 2. n. 126.*

8 *S. Bernar. Serm. 9 in parvis de Beata Virg.*

9 *Dionys. Carthu. sup. d. c. 9. Prov.*

10 *Div. Antoninus Archiep. Florēt. 4 tom. sum. tit. 2. de Prud. cap. 1.*

11 *Proverb. 8.*

12 *Cant. cap. 1.*

EN candidæ Lector ex iniuncto mihi commissionis munere consideravi, & tenes, Propugnaculum Theologicum, Morale, Iuridicum, atque Historicum, Venerandę admodum atque Illustrissimæ Religionis Militaris Hierosolymitanæ, Melitensisque Sancti Ioannis Baptistæ; ex quo velut ex amœnissimo delitiarum fonte dulces lactices scaturias. Etsi ex Propercio, quicumque fueris, in magnis sat est voluisse, consius es; in maximis opimam fœlicitatem, speculator, attigisse complementum. Verba rebus crede, & proba, siquidem testatur Hispanus Philologus. 1. Maximum hoc est officium sapientiæ, & indicium, vt verbis opera concordent, & vt ipse vbique par sibi idemque sit. Et suffragante Iustiniano, 2. consequentia nomina rebus esse studeas, & exquiras iuxta Stagiritam, 3. qui hic nomina insinuant propriam rei naturam, vt resonet Poeta, & repetat alius:

Regia Solis erat sublimibus alta columnis. 4.
Stat turris munita loco muroque tenaci. 5.

Conspicio Propugnaculum, sed Sapientia ædificavit sibi domum; excidit columnas septē. 6. Quibus exclamat Paulus Sherlogus. 7. dicens: Quæ amphor fabricæ maiestas? Palatio in vrbem excrecente, muris robusto, ob arcem forti, ex columnis pulcherrimo. Ego autem dico, quid est hoc nisi Fortalitium Fidei, Propugnaculum Sapientiæ, tot munimenti, fulcitum, tot Scipionibus vallatū. Etsi Patres in sanctitate, & doctrina conscripti præviam domum varijs sensibus exposuere, siquidem melifluus Bernardus 8 eam esse contemplatur Sanctissimam Virginem MARIAM Dominā nostram, in qua omnis excelsa creata perfectio sublimatur. Dionysius tamen Carthusianus 9 Humanitatem Christi esse protelatur. Septemque columnas totidem Ecclesijs Ioanni in Apocalypsi illuminatis approprians. Favet enimvero nostro temmati Divus Antoninus Florentiæ decor 10 ex Divo Gregorio, Mentem humanam esse prodens; quam Dei Sapientia Verbum scilicet Incarnatum sibi habitaculum creavit, quoniam eam in sui amorem adduxit, & tunc columnas septem excidit cum ei virtutes septem, quibus ipsa mens sustentatur infundit. Hucusque Antoninus, prosequiturq́ septem columnas quatuor Cardinalibus, & tribus Theologicis Virtutibus compleri. Et vt ipsa Sapientia construit prædixit Et delitiæ meę esse cum filijs hominum, 11 dirigens divina affluentia rationem in homine, quem creavit ad similitudinem suam, vt operetur fructicia aromata virtutum, curratque in odoré vnguentorum suorum, 12 tanquam virgula ascendens fumi ex aroma-

aromatibus mirrhæ,& thuris,& vniverſi pulveris pigmentarij, 13 proferatque Altiſsimus Paterfamilias Deus per Iſaac, ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni cui, benedixit Dominus, 14 canenteque Naſone 15

Fertilis accenſis meſibus ardet ager.

Sed ſiſte gradum, qui exploras Propugnaculum, domum fortem, agrum floriferum, circundatum varietate, fontem affluentem in quatuor amnes fœcundiſſimos profluxum; quid amplius mireris agnoſce, proſpice fundamenta ædificij ratione mentis humanæ Deo favente conſtituta, vt ſeptem columnas, & reliqua experiaris, ſcilicet Fidem Catholicam firmiter in cordibus ſtabilitam atque eruditam, ab Apoſtolo divino flante Spiritu definitam: 16 ſperandarum rerum ſubſtantiam, argumentum non apparentium. Spem ſcilicet ſpectationem 17 futuræ Beatitudinis ex meritis, & gratia provenientibus, quam nos inter plurimos docuerunt Magiſter Sententiarum, Scholaſticique omnes. 18 Charitatem, quæ eſt dilectio, & amor ſecundum rationem, qua diligitur Deus propter ſe ipſum, & proximus propter Deum, vel in Deo, vt manifeſtant Theoſophi. Nonne videmus prædicta eſſentialia noſtro operi, & ipſius obiecto conglutinata? Et plurimis nitoribus eloquentiæ, atque probationum ſatelitibus ſtipata. Quemadmodum exponit Auctor Nobiliſſimos Religioſos Militeſque Candido Crucis ſtemmate inſignitos zelo Fidei ob ſpectatam Divinæ frutionis Beatitudinē igne charitatis inſufflatos vitam cum omnibus ſuis exuvijs offerentes, atque ſacrificantes. Vt eis Ioannes Evangelizat, 19 Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. O inexpugnabilis virtus! O altitudo divitiarum Sapientię, 20 & Scientiæ Dei! Iſta ſunt per tot ſæcula non diminuta præſidia non ſolùm perpetuæ memoriæ digna, ſicut & optimè exornata, ſed vt exarentur in libro ſtilo ferreo, & plumbi lamina, vel celte, & exculpantur in cilice. 21 Sed non omnino innixæ trinæ Theoſophicę virtutes fidei iuberentur, ſi cum Prudentia, ad quam attinet ſiſtere medium, id eſt, modum in virtutibus Moralibus, 22 Fortitudo, Temperantia, atque Iuſtitia tanquam auxiliares illis opitularentur, 23 vnaquæque ſuis ditata pediſequis, atque familiaribus virtutibus ſubſulta: & ex Eſaia, 24 quaſi ſponſa ornata monilibus ſuis, profectui operam navaret. Cum ipſum, quod eſt conformari rationi rectæ eſt finis proprius cuiuslibet virtutis Moralis. Non immemor Quintiliani eloquentis illud, 25 ſatis habeo nihil eſſe non modo in orando, ſed in omni vita prius conſilio, fruſtraque ſine eo tradi artes cœteras, pluſque ſine Doctrina Prudentiam, quam ſine Prudentia facere Doctrinam. Cui modulatur Marulus:

Ingenium Solerſque animi Prudentia rerum.

Et Manlius: *Circunſpecta graves ſequitur Prudentia canos.*

Et ſimiliter intuere fortitudinem, quæ eſt virtus, qua firmatur animus Chavoſio protelante ex Doctoribus, 26 contra timores, & pericula rerum terribilium, & arduarum, quibus permoveri ſolet

13 *Cant. cap. 3.*

14 *Geneſ. cap. 27.*

15 *Ovid. Naſo. in Ep.*

16 *Paul. ad Hæbre. cap. 11. Eſt autē Fides ſperandarum rerum ſubſtantia argumentum non apparentium.* 17 *Paul. ad Tit. 2. cap. Iuſte vivamus in hoc ſæculo ſpectantes beatam ſpem, & adventum gloriæ magni Dei. S. Antonin. ſup. tom. 4. tit. 7. cap. 1. §. 2. en Magiſtro ſentent. S. Thomas 2. 2. q. 17. art. 5. Duran. libr. 3. diſt. 27. q. 1.*

18 *S. Anton. in d. lib. ſum. tit. 6. §. 3 c. 1. S. Thom. 2. 2. q. 23. & 24. Durand. lib. 3. diſt. 10. q. 3. §. 9.*

19 *Ioann. cap. 15.*

20 *Paul. ad Roma. cap. 11.*

21 *Iob. cap. 19.*

22 *S. Thom. 2. 2. q. 47. art. 5. 6. & 7. & ibi omnes Theologi.*

ad faciendum, vel omittendum aliquid contra præſcriptum rationis, vt fatetur Mantuanus:

Venit & Armipotens Virgo, quæ amplexa columnam.

Huius virtutis exercicium non ſine continuo adiutorio Prudentiæ gratum pendit Militare, atque Melitenſe Propugnaculum, cõtra invaſores, ac ferociſſimos non ſolùm Infideles, ſed malorum ſpirituum agmina tenebrarumque Principes. Temperantiam, quę ſecundum Senecam voluptatibus imperat, 27 & ex Angelico Doctore, 28 ne propter concupiſcentias homo divertat ratione, vt iſta egregia Familia, quæ puritatis imbuta ornamentis corruſcat, ſicut caſtitatis candore ſtabilitur. Ac demum iuſtitiam, privilegijs, confirmationibus, canonicis regulis, iuriſdictione, favoribus, gratijs, taliter proſecutam, rationibus atque demonſtrationibus diſcuſſam, vt pœnè evulſa ſint titubantia quæſtionum veſtigia, circa Religionis vota, normam vivendi, Eccleſiaſticorum exemptionẽ, per conſtitutiones expeditas decreta nobis eduntur ventilabra, vt directum cum Fauſto ſequamur tramitem ſimilante:

Æqua gerit vices libra atque pondere lancem,
Iuſtitia immota firma, tenax que manu.

Ex quibus fulgidis fundamentis, atque columnis apparent quatuor exuperantia faſtigia, ne repente ventus vehemens irruat à regione deſerti, & concuciat quatuor angulos domus, 29 primum Theologicum circa obiectum Divinæ Maieſtatis in executione trium Theologicarum Virtutum, vt retulimus ſupra, contra cœcitatem atque impiam immanitatem infidelitatis; Morale, contra extraviatos vitę humanæ actus, quos reprimunt virtutes Moralem, quarum proprium eſt, vt ſupra propalavimus, rectum, conſentaneumque rationi factitare; Iuridicum, contra malorum nequitiam, vt ęquum & bonum producatur, & obſervemus veram ni fallor Philoſophiam, 30 non ſimulatam adfectantes; Hiſtoricum, vt contra mendacium, & oblivionem Memoriam veritatis inſectemur, quæ magis videtur Prudentiæ connexa atque neceſſaria; ſiquidem Tullius aſſeruit, 31 Memoria non ſolùm á natura perficitur, ſed etiam habet plurimum artis, & induſtriæ, & inveſtigat Angelicus Præceptor 32 ſic, quod ex pręteritis oportet nos quaſi argumentum ſumere de futuris, & ideò memoria præteritorum neceſſaria eſt ad benè conſiliandum de futuris; cui conſonat Cicero, 33 & fatetur eſſe lucem veritatis, atque Magiſtram vitę; & addidit Polibius, 34 Hiſtoriam eſſe veram diſciplinam & exercitium vtile ad optimè gerenda civilia negotia, vt memoret Lampridius, 35 Alexandrum voluiſſe in ſuis ſupremis Conſilijs adfuiſſe viros Hiſtorię notitia præditos. Ac denique totum opus facundia plenum ex omnimoda literatura exhalatum à D. D. Ferdinando ab Scanno in Regali Hiſpalenſi Prætorio digniſſimo Clipeatore Patrono, Antiquę Italicæ propè Hiſpalim Prætore, & Gabellarum Iudice, non ſolùm non obvium cenſeo bonis moribus aut ſanæ doctrinæ, ſed vndequaque vtile nimis omnibus

divi-

23 *Omnes Theologi, & Sancti in capitibus de iſtis virtutibus.*

24 *Iſaiæ cap.* 61.

25 *Quintil. libr.* 6. *cap. vltim.*

26 *Ariſtot.* 2. *Eth.* 7. *& lib.* 3. *cap.* 6. *Divus Thomas* 2. 2. *q.* 123. *nu.* 3. *Baltaſar Chavaſio in ſuo libro de Prudentia lib.* 3. *cap.* 5. *pog.* 642.

27 *Seneca epiſt.* 88. *Temperantia voluptatibus imperat, &c. & infra: optimum eſſe modum cupitorum non quantum velis, ſed quantum debeas ſumere.*

28 *S. Thomas.* 2. 2. *q.* 141. *art.* 4.

29 *Iob. cap.* 2.

30 *Vlpianus in. l.* 1. *ff. de iuſt. & iur.*

31 *Tullius Cicero lib.* 3. *ad Heren. pag.* 4. *ante fin.*

32 *S. Thom.* 2. 2. *q.* 49 *art.* 1. *in fin.*

33 *Cicero.* 2. *de oratione.*

34 *Polib. lib.* 1.

35 *Lampridius in Alex.*

divinarum, atque humanarum rerum peritis, & dignum plurimis laudibus, & non modicis acclamationibus mihi videtur, & obtuli, & exequor obedientiam iuſſui D. Fratris D. Michaelis Moreno & Aranda eiuſdem D. Religionis Præsbiteri Vicarij Generalis territorij Hiſpalenſis S. Ioannis de Acre, & Conventus Monialium Sanctæ Eliſabeth, necnon & oppidorum de Alcolea, & Toſina huius Bœticæ Provinciæ, & vt quiſque legeris vale. Hiſpali 5. Kalenda Maij anno 1662.

Mathæus Giron.

IVRE

IVRE CONSVLTISSIMO VIRO,
PRVDENTIÆ IVRIS PERCELEBRI MAGISTRO,
D. Ferdinando de Eſcaño in Pontificio iure Licenciato,
Munere Patrocinandi cauſas in Regio Hiſpalenſi
Prætorio Advocato cele-
berrimo.

D. IOANNES MARQVEZ DE CVENCA
& Meſcua V. I. P. & in eodem Senatu Hiſpalenſi cauſarum
Patronus iuſta laudis argumentum proferens, grati
animi obſequium dicat, debitæ
veneration is pignus
ſolvit.

CVM ſcilicèt ingenij tui opus, peracutè pręſcriptum, atque literatè exornatum crevi (eruditiſſime Magiſter) indignè ad Propugnaculi tui pręſidium me totum contuli, non vt cenſorem agerem, quia infirmum me fateor, nec tanto munere dignum, ſed laudatorem ſaltem, & Encomiaſtem; maximè cum huic operi acriter propugnato nó eſt calamis cenſorijs opus, cum neque Pallade armata cenſoria virgula impugnare audeat, vbi vel ipſa invidia perfecta omnia, ac laude digna eſſe fatetur: tali enim lepiditate, induſtria, & concentu, conſultiſſimi Propugnatoris ſtatutorum, privilegiorum, atque exemptionum incliti Ordinis S. Ioannis Hieroſolymitani Munera ſubis, vt munera tua Sapiens miretur, & pariter Orbis. Ita igitur cum fragilis Icarus ſim radia-tui rutilantia Phœbi, abſque præcipitantia ſcandere, ſic minus ſcriptis tuis vt Ariſtarchus cenſuram dare poſſem; cum ad laudem tuam ſcio nihil â me dictum, quod tuis meritis non ſit inferius. Quapropter temeritatis nomine vis animi mei damnabitur generoſa, cum eximias dotes, virtuteſque animi tui deſcribendas ſuſceperim? Et quamvis lingua ſuavitate vacua, eloquio frigida, & ſtylo inops, tamen in amoris officioſa voluntate feruens, & ſubiecto dives eſt. Enimverò, & maiorem certè ſilentio, quàm tuarum laudum oratione demonſtrat Sapientiam, hoc tamen qualecumque elogium, tuo placuit inſcribere libro, meæ futurum in te gratitudinis perpetuum Anathema, tuorum meritorum Aris appenſum, & recordaturæ poſteritati conſecrandum. Verùm, vt breviter hoc, à puero literarum ſtudioſus nullam ſine linea præterijſti diem, quo vſque opera perfeciſſes, in quibus ſubtilioris literaturæ Nectar, quod ex Pontificum oraculis, ex Imperatorum ſanctionibus, ex Conſultorum ſcrinijs, ex Hiſtoriarum monumentis, acerrimæ comprehenſionis ſpongia ſuxeras, nunc ad Minervę gloriam, atque Melitæ ornamentum, & decus in huius Propugnaculi calice, ſuaviori hauſtu aqueis Iuriſprudentiæ bibendum propinas. Quid mirum? cum publicum namque hoc in Melitenſi Areopago Milites pro roſtris Propugnaculum habeant, veluti fulgentiſsimum ſidus in firmamento Sacræ Religionis gloriæ puriſsimo ſplendorem non ſolùm ſuſtinere, verùm etiam (ſi

hoc

hoc medicere patiatur] plurimum augere poſſunt. Quid enim illuſtrius, atque Melitæ Equitibus laudabilius fit, quam pulcherrimum Quęſtionum ordinem, acutam earum explicationem, rationes, argumenta privilegiorum, Religionisque ſuę ſtatutorum, ac demum tot Prudentum reſponſa, loca tàm pura, ſana, amantiſſi naque conſilia, ſuavi, & eleganti ſtylo volumine congeſta obtinere; quæ lento impetu controverſiarum ambages implicatas, atque Meandros labyrintheos iudicij filo extricant? mira quidem perſpicuitate tua obſcuras Diſceptationum Quæſtiones illuſtrans, atque facilitate, & fœlicitate ingenij propugnans, difficiliores, & Gordianos nodos acuminis enſe reſcindis, & vt arguementoſa apis (ſine aculeo tamẽ) hybleos deguſtans flores, nudum feruet opus altiori Entheatus ſpiritu Melitos in voluminis alveo exponis favos: quorum ſuavi loquentia hic labor, hęc virtus Melitam continet operam; ſiquidem ſuo tutamine Melitã condit. His omnibus pax vtique, vt finis proximus conſtituta eſt: ac verò ea quid dulcius? Quotquot enim dulcedinem, quę naturæ non abſimilis eſt damnant improbi, atque eorum depravatus eſt guſtus, vt neque guſtent, olfaciant, & audiant rerum ſuavitatem, tam tuis laboribus, quibus bibendi dulcedo inſita eſt gloriæ voluptatis oſtendiſti, cum famam illam, ad quam animorum principia, & fines diriguntur, aſſecutus ſis; pulchrè quidem laboratum premio æternitatem coemendo, vt te ab omnium oblivione, & temporis interitu vindicares. Nonne tractatum, quem vix vnus, aut alter ſalutavit, agreſſus eſt nemo, & noviter nunc ingenioſus edidiſti, theſauri Melitenſis gloria eſt? At certè maximum ornamentum, & bibliothecæ meæ theſaurum copioſum inter prę ipua volumina habebo, & aſſiduè eius lectioni ita totus incumbam, vt exiſtimem me Doctiſſimi Ferdinandi de Eſcaño conſuetudine omnium humaniſſima perfrui; maximè cum cognomine ipſo vbertim gratię tuæ ſedimentum, & ſimul in defenſionis opere Propugnaculi ſedem. Vidè cernere iam videor omnium plauſu literarium decretum tibi triumphum, & inter longam vndique acclamationum congeriem prodire iam pro tubicine famigero æterni tui nominis exiſtimationẽ, pro catenis adverſariarum opinionum vinctos errores, pro ſimulachris, ſcripta, facta, pro curru, Regium Senatum, vbi munere patrocinandi cauſas in Hiſpalenſi Prætorio plurimum excellis, & pro laurea victoriæ, honores, & opes, quas tibi conſecrant Melitenſes: O ingenium fœliz, vive fœliciter ingenio! vt vivas ita ſcribe, vt ſcribas vive, vive iam diu, vt bonas artes honore nutrias; Macte igitur animi virture Miles hanc defenſionem, quam hiſce propriè tuis bonis ornare cępiſti, perge beniger amplius eiſce nobilitare, perge tui ingenij opes effundere, & libros alios, quos iam perfectos habes, in lucem edere. Neque credas me adulatorio calamo tibi voluiſſe blandiri, ſed ſolam veritatem has mihi voces, & laudes extorciſſe exiſtima; vt quid enim lenocinanti calamo opus eſt? Vnũ verò mihi condemnabis, quod tuam modeſtiam vera laudum enarratione provocaverim: id tamen amor, quo te iam pridem diligo, & ſingularis inter nos amicicia egit, & coegit, vt in tuo libro illius quaſi teſſeram inſculperem. Vale Pancratice, vale iterum Iuriſconſultorum Alpha, fruere tuo bono, vel potius ipſa te inſignia fruantur.

Lic. D. Ioannes Marquez.

PRÆ-

R. A. P. M. Fr. IOANNES FELIX GIRON CARMELITA Antiquæ obſervantiæ regularis, Sancti Officij Qualificator, Librorum Cenſor, ac Reviſor, ac iußu Supremi Sanctæ Inquiſitionis Tribunalis Bibliothecarum Viſitator Generalis, D. N. Philippi IV. Hiſpaniarum Regis pro Caſtellæ Regnis Chroniſta, &c.

D. DOCTORI D. FERDINANDO DE ESCAñO.

AB Ape Apis Ferdinande? Vtiq. Nam favum â floribus, à coloribus Apis delubrum, ab omnigena materie ſimulacrum Apis. Muſis iam benevolentibus immitam lucem; muſſabit nemo; non nemo fortaſſe muſſitabit. Vetuſtum, obſitumq́ Ægiptiorum Apim ſuſcitemus; quid vetat? ſi probervialiter, *Melle poto reſurget Glaucus*. Philologum teneas me, Mythologum parumper age. Cum Iſide Oſiris terræ cultui, ac Cereri conſulés Deo Api, & aram, & thura deferre conceſſit. Bos erat numẽ, Ægiptio idiomate Apis; non tamen quicumq́, ſed qui vrbana, vel aulica velle, totus, inquam pelle niger in albiſsimo ſolummodo frontis tetragono, quadro ſiliceet, Paternum ſtirpeſceret ſplendorem. Deum imagines recole, Herodotũ, aut Cartarum adi. De hinc Apis, ſeu Serapis ſpectrum memorię ſubſtituitur; ſed qualiter? An ex Auro infecto, neto, canalicio, obryzo, auri ve pigmento? An ex Argento puſtulato, gravi, vel excocto? Annè ex Plumbo; Stanno ve; Ære ſive ductili, ſive cyprio, eius aut flore? Num quid ex Cinnabari, ſi ibio, aut minio? Quod ſi vulgari ex lapide, num Saxo, Rupe, Silice, vel Scopulo? Aſt ſi pretioſo, ex Carbunculone, Sardio, Topazio, Saphiro, Ligurio, Achate, Amethyto, Onyche, Smaragdo, aut Chryſolite? Sine, præmediter, dum Pyramidum ſilent miracula, capturus omen. Magna certè Manlij ſtructura, per quam, referentibus Plinio, & Caſsiodoro, Pyramides nulla ex parte obumbrarent. Sed ſtupendum potius Apis, vel Serapis ſimulacrum, quod omni metallo conflatum lapideq́ pretioſo vſq́ ad vniones, totũ aureum, argenteum totum, ſaphiricum vndiq; & vndique ſmaragdicum, & ad omnem materiem viciſim apparens, non adſpectus optico luſu inſpiceretur. Non cæcus es, ſubiecti varietatem vidiſti, percenſe de coloribus; Apis in tuo libro delubrum invenies, & qui tibi tropheum erexiſti, Amaltheam, quæ liberalem omnem eruditionem conſequitur, nedũ exæquare, ſed excedere, temperatiſsimus etiam, iudicabis. Dum enim Hiſtoriographi Perſonam induis, qui iureconſultus Carneadis ſuadelam, Critolai gravitatem, & oratoris Diogenis glorioſe ęmularis breviloquium, ſimul, ac ſemel Dialecticum, Philoſophum, Ethicum, Æconomicum, Politicum, Chorographum, Geographum, Antiquarium, latiſsimè Theologum, de omique literatura te benemeritum criticum edidiſti; vt Sinopenſis, hic non oblatrantis, quin potius blandientis, & plaudentis Cynici quod eruditioni delicavit aſſertum, certum ſit de opere tuo; quod *Iuvenibus ſobrietatem, ſenibus ſolatium, pauperibus opes, divitibus ornamentum adferre valeat*. Sicut enim in pectore Auctor, ſecum & Liber circumfert, vt *talaria nectere poſſit pedibus aurea*, quo ſe quibuslibet cõmendet. Iam ergo quid Genius inferat? Quod ab Ape ad Apim. A bove pro vermibus Apes natura comperies, quæ quidquid ex floribus attulere mellitè diſponunt, ac perfavos digerunt, nam *dulci diſtendunt nectare cellas*. Hæc ingenij tui cura, hęc facultas in vnum ſaporem, tot ac tan varia libramenta confundere; *vt etiam, ſi appareat*, annuente Seneca, *vndè ſumptum ſit, aliud tamen eſſe, quam vn*

dè

dè ſumptum eſt appareat. Amarantho igitur,& Philoſtrato dignus exiſtis, qui ne cœlebs maneres tale præſtas famæ æternaturę munimen; Doctorum namque, ſicut & Heroum virtutes, mortuis etiam decus. Sic Euripides in Hercule furente:

Vale. E cellula Hiſpalenſis Carmeli die 15. Decemb. Ann.D.1663.

Fr.Ioannes Felix Giron.

PRÆLVDIVM AD LECTOREM.

MILITARIUM Privilegia, Gratias, Immunitates, & Indultalicèt à multis (benevole Lector) in communi fuerunt elaborata, Sacri Ordinis Hieroſolymitani, cuius Milites ſemper laudibus clariſſimi, qui antea Rhdij, nunc Melitenſes dicuntur, & inter cæteros Palmam merito obtinent, nullus exaravit. Cumque habere ſcientiam abſconditam, & theſaurum inviſum nullam ſecum afferat vtilitatem, neminemque debere accẽdere lucernam, & ponere ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt ſingulis domi exiſtentibus luceat. Math. *cap.* 5. hunc tractatum ſcribere mihimet ſuaſi; vt enim ait Baldus *in Proem. Decretal. col.* 2. quemadmodum triſte eſt diviti abſque hærede decedere, ita miſerrimum eſt, habenti gratiam intellectus poſteris ſuis ſtudioſis nihil ſcriptum tanquam hereditarium relinquere exornat Paulus Rubeus *in Prælud. ad Deciſ. noviſſ. Rotæ, tom.* 3. *ex num.* 29. ſileant ergo qui ſcripta tantùm diſcurrunt, & propter frigiditatem ſtomachi in eis contenta non digerunt, exclamat Iaſon *in Rubr. Inſtit. de actionib. nu.* 5. in eo igitur [ſi attente Lector perluſtraveris] bona, & mediocria invenies, & multa etiá mala notabis. Neque enim omnia ſubtiliter, & apprimè poſſunt deſcribi, vt edocuit Martialis *lib.* 1. *Epigr.* 16. ibi:

Sunt bona, ſunt quædam mediocria, ſunt mala plura,
Quæ legis hic aliter, non fit Avite liber.

Cenſores igitur, ſi beneficij obſtrectatores, vituperaverint, edant in lucem aliquid ſimile, interim tamen á morſu abſtineant iuxta illud Martialis *libr.* 1. *Epigr.* 59.

Cum tua non edis carpis mea carmina Leli
Carpere, vel noli noſtra, vel ede tua.

Sunt enim multi virtutis hoſtes, qui aliorum ſtudia invidi carpunt, & non capiunt, ſed his inquam invidus eſſe nolo, invidioſus eſſe laboro. Non ita (candide, & benevole Lector) obſervant docti, nam ſi parcè laudant, parciùs tamen vituperant, in laudis tamen parcimonia ſatis cenſuram, & iudicium declarant: ſed ſi defectus aliquos notaveris, corrige benenigne, ego quidem á Prudentioribus corrigi opto; neque Iudices opinioni ſuæ cervicoſe inniti debent, vt non velint à ſapientibus emmendari. *Cap. Ne innitaris, dr conſtitut.* animadverte [obſecro] me exemptorum materiã deſcribere, & Privilegiorum firmitatem pugnare; quæ Privilegia à iure commni deviant, & non deſinunt ſuſcitare æmulos, qui aſſiduè ſatagant convellere, ſpecioſo quidem iuſtitiæ, & religionis zelo, verùm non ſemper ſecundum ſcientiam, & iuſtitiam, nam vt dixit Leo I. *in epiſt. ad Epiſcop. Provinc. qui ſtudioſus eſt charitatis, & pacis, nequaquam ſibi credit ablatum, quod Fratri videt eſſe conceſſum.* Regulares quidem à Parochis, & Epiſcopis infeſtatos ſemper fuiſſe, optimè ſcribit Virginius Alviſet *de Privilegijs Regularium, ſect* 4. *dub.* 6. cum illi vere ſint defenſores Sedis Apoſtolicæ, cui intereſt eos manutenere, & maximè Militares S. Ioannis, qui *Antemurale, & aſſiduum Propugnaculum ſunt Chriſtiani populi*, vt aſſerit

asſerit Clemens VII. [qui Religioſus profeſſus fuit huius Ordinis. Funes 2.p.Coron.lib.1.c.4.) in Bulla confirmatoria Privilegiorum. Vndè ſi ex regula iuris beneficium Principis decet eſſe manſurum, & latè debet interpretari; beneficia, & indulta conceſſa Hieroſolymitanis, ſi latè interpretatus fuerim, ne facilè damne. ideo igitur ſcripſi in forma Propugnaculi, vt fundamentis vtriuſque opinionis locatis, animadvertas, opiniones favore Hieroſolymitanorum traditas non tantum in Privilegijs, ſed in rationibus etiam inniti, & iuri, & æquitati non diſonare. Nec extenſiones reſolutiones ve ex proprio capite dimanant, omnes ferè ſi notaveris, ab alijs iam ſcriptas eſſe reperies; & multa remiſſivè ſcripta ſunt, vtpote ab alijs elaborata; ea vero, quæ mihi cauſas Hieroſolymitanorum patrocinanti acciderunt, maiori ſtudio libata cognoſces, cum enim, quæ de novo accidunt, novo indigeant auxilio. *Cap.Ceterùm, de iuram.calum.* ea pro viribus inſudavi, multis Authorum copijs perluſtratis, quorum copia certè Iuriſprudentię profeſſores magis onerat, quàm honorat, ſed cum plura ſint negotia, quàm vocabula. *l.4.ff.de præſcript.verb.* Librorum copia omnibus neceſſaria videtur, maximè eorum, qui tractatus integros continent, inquibus cum principia elementaria deſcripta ſint, de quibus datur ſcientia, & non de ſingularibus, ſemper præ manibus ſunt habendi. Commendat ergo opuſculum, quando autoritas obiecti, & ſcribendi forma non ſuadeat, novitatis pulchritudo, omnia enim nova pulchritudine ſunt decorata, & omnia nova placent. *Novel.*105.*de conſulib. cap.*1. *& in Proem. Digeſtorũ.* §.2. Ovid.*de Ponto, lib.*3.*eleg.*4.

Eſt quoque cunctarum novitas gratiſſima rerum.

Martial. *lib.*10.*Epigr.*93.

Vt roſa delectat, metiturque pollice primo
Sic nova, nec merito ſordida charta iuvat.

Vale Lector benevole, cui cum Ovidio *lib.*3.*de Porto*, inquam:

Da veniam ſcriptis, quorum non gloria nobis,
Cauſa, officium, vtilitaſque fuit.

Hiſpali die 8. Decemb. Anno Domini 1663.

INDEX
DISCEPTATIONVM, ET CAPITVM.

DISCEPTATIO I. DE ORIgine, Progreſſu, Regula, & Inſtituto Religionis.

Caput I. de origine Sacræ Religionis.

Caput II. de progreſſu Sacræ Religionis in partibus Orientalibus, & Occidentalibus, & variis evẽtibus uſq; in tempus præſens.

Caput III. de Regula, & Inſtituto Sacræ Religionis Hieroſolymitanæ; ubi multa de Hoſpitalitate, & Militia, Habitu Fratrũ, & obligatione recitandi Horas Canonicas referuntur.

DISCEPTATIO II. DE DIVIſione Fratrum, & Linguarum; de authoritate Magni Magiſtri, & Cõventus Melitenſi, de Baiulivis Conventualibus, & eorũ Dignitatibus, & Officijs, de Prioribus Nationum, de Baiulivis Capitularibus, de Priore Eccleſiæ, & Epiſcopo Melitenſi.

Caput I. de Diviſione Fratrum, & Linguarum.

Caput II. de authoritate Magni Magiſtri, & Conventus Melitenſis.

Caput III. de Baiulivis Conventualibus, & eorum Dignitatibus, & Officijs.

Caput IV. de Prioribus Nationũ, de Baiulivis Capitularibus, de Priore Eccleſiæ, de Epiſcopo Melitenſi, de Commendatarijs, Legatis, & Receptoribus communis Ærarij.

DISCEPTATIO III. DE QVAlitate Equitum admittendorum ad profeſſionem Ordinis Militaris Sancti Ioannis Hieroſolymitani.

Caput I. de Legitimatione requiſita ad admiſſionem Habitus Militaris S. Ioannis Hieroſolymitani.

Caput II. de Puritate ſanguinis requiſita ad admiſſionem Habitus Militaris S. Ioannis Hieroſolymitani.

Caput III. de Nobilitate Gentilitia requiſita ad admiſſionem Habitus Militaris S. Ioannis Hieroſolymitani.

Caput IV. de Profeſſis in alio Ordine non admittendis ad Habitũ Militarem S. Ioannis Hieroſolymitani.

Caput V. de Matrimonio copulatis ad Ordinem Hieroſolymitanum non admittendis.

Caput VI. de Gravatis ære alieno non admittendis ad Habitum Militarem S. Ioannis Hieroſolymitani.

Caput VII. de Criminoſis non admittendis ad Habitum Militarẽ S. Ioannis Hieroſolymitani.

Caput VIII. de Corpore vitiatis, infirmis, & inſanis non admittẽdis ad Habitum Militarem S. Ioannis Hieroſolymitani.

Caput IX. de Ætate ad Habitum Militarem S. Ioannis Hieroſolymitani recipiendum, & ad profeſſionem emittendam; & vtrùm annus novitiatus requiratur in eo Ordine.

Caput X. de Cingulo Militari ad profeſſionem in Ordine Hieroſolymitano requiſito.

DISCEPTATIO IV. DE QVAlitate Fratrum Capellanorum, & Servientium, necnon, & Confratrum,

trum, & Monialium Ordinis Militaris S. Ioannis Hierosolymitani.

Caput I. de Qualitate Capellanorũ ad professionem in Ordine Hierosolymitano requisita.

Caput II. de Qualitate Fratrum Servientium Ordinis Hierosolymitani, & de qualitate Confratrum, & Sororum.

DISCEPTATIO V. DE Informationibus candidatorum Ordinis Militaris S. Ioannis Hierosolymitani.

Caput I. de Locis ubi fieri debent informationes, & quibus approbatio earum pertineat.

Caput II. de Depositionibus testiũ in informationibus candidatorum, & de admissis contra formam statutorum.

DISCEPTATIO VI. DE PROfessione Fratrum Religionis Hierosolymitanæ, & an sint propriè religiosi, vel lato modo religiosi dicantur.

Caput I. de Professione Fratrum Religionis Hierosolymitanæ, & de eius effectibus.

Caput II. vtrùm Fratres Hierosolymitani sint proprie religiosi, & an gaudeant privilegio Canonis, & quando Regularium nomine comprehendantur.

Caput III. de eo, qui emisſit votum Religionis in communi, an satisfaciat, si Religionem Hierosolymitanam ingrediatur; & de voto speciali huius Ordinis an sit reservatum.

Caput IV. an professione in Ordine Hierosolymitano dissolvatur matrimonium ratum non consummatum.

DISCEPTATIO VII. DE Voto obedientiæ.

Caput I. de obligationibus Fratrum Hierosolymitanorum ratione obedientiæ in professione præstitæ, & cui teneantur obedire.

Caput II. de transitu Regularis Hierosolymitani sine licentia Superioris ad aliam religionem strictiorem, an professio in secunda emissa nulla sit, & possit ad primam restitui.

Caput III. an lite pendente super transitu debeat Regularis manere in posteriori religione, vel in prima.

Caput IV. an informationes de legitimatione, moribus, & vita, sint recipiendæ Regularis Melitensis de licentia Superioris trãseuntis ad arctiorem religionẽ, & an simili transitu detur annus novitiatus.

DISCEPTATIO VIIJ. DE Voto castitatis.

Caput I. de castitatis observantia in Religione Hierosolymitana, & de filijs Hierosolymitanorum.

Caput II. an Summus Pontifex dispensare possit cum voto solemni castitatis Regularis Hierosolymitani, ita vt vxorem possit ducere, & quæ causa ad dispensandum sit sufficiens.

DISCEPTATIO IX. DE Voto paupertatis.

Caput I. de Paupertatis observantia in Religione Hierosolymitana, & an Fratres habeant proprietatem bonorum, vel tantum vsumfructum.

Caput II. an fratres Hierosolymitani insumentes redditus bonorum suorum in vsus illicitos peccent contra Paupertatem, & accipientes teneantur ad restitutionem.

Caput III. an teneantur Fratres Hierosolymitani ad eleemosinam si possideant Commendas, & Beneficia Ecclesiastica.

Caput

Caput IV. an Fratribus Hieroſolymitanis aliqua negociatio ſit licita, & an poſsint facere contractus, & bona alienare, & quid quando ſint infirmi.

Caput V. an Fratres Hieroſolymitani poſsint facere teſtamentum, & quid ſi poſt factũ ſuperveniat facultas ſuperioris.

Caput VI. an in ſpoliis Hieroſolymitanorum ſit competens Iudex Ordinis Conſervator contra Sæculares quovis titulo detinentes bona defunctorum.

Caput VII. an Fratres Hieroſolymitani ſuccedant in Fœudo.

Caput VIII. an Fratres Hieroſolymitani poſsint ſuccedere in Hæreditatibus abinteſtato, & in Fideicommiſſo, & Maioratu.

DISCEPTATIO X. DE COMmendis Hieroſolymitanorum.

Caput. I. vndè dicantur Commendæ, & quot ſint in Ordine.

Caput II. an Commendæ ſint Beneficia Eccleſiaſtica, ita vt eas vendere ſit materia ſimoniæ.

Caput III. quis poſsit dare Commẽdas Hieroſolymitanas, & an ſint perpetuæ, & an reſerventur Põtifici, & quid ſi reſignentur à Cõmendatarijs: vtrùm reſignatio debeat publicari, & de Commendis eorum, qui ad Magiſtratum, & Epiſcopatum promoventur.

Caput IV. de prudentia, probitate, antianitate, & benemeritis ad Commendas S. Ioannis Hieroſolymitani obtinendas.

Caput V. de aſſiſtentia, præſentia, & caravanis requiſitis ad Commendas Hieroſolymitanas obtinendas; & de ſolutione communis Ærarij, & de ſmutitione, & expectativa.

Caput VI. in quibus Prioratibus, & Nationibus debeant Fratribus Hieroſolymitanis Commendæ aſsignari; & quid quando Prioratus diverſi ſunt ſub territorio eiuſdem Monarchæ.

Caput VII. de pluritate Commendarum prohibita, & quando poſſit vnus Frater plures Commendas obtinere.

Caput VIII. de prohibitione ſæcularium, & Regularium alterius Ordinis ad Commendas Hieroſolymitanas.

DISCEPTATIO XI. DE BEneficijs Hieroſolymitanorum.

Caput I. de proviſione Beneficiorũ Ordinis Hieroſolymitani, & de examine ad obtinenda Beneficia Curata requiſito, & de ſalario, & emolumentis eorum.

Caput II. an Fratres Hieroſolymitani ad Beneficia ſæcularia, & penſiones admitti poſsint ſine Apoſtolica diſpenſatione, & de Iacobæis Fratribus, & de penſionario Hieroſolymitano.

Caput III. de Capellanijs ſitis in Eccleſijs, & territorio Hieroſolymitanorum an poſsint à Fratribus eius Ordinis obtineri, & quid in Capellanijs de Parentella in Eccleſijs Sæcularibus fundatis, & de Patronatibus.

DISCEPTATIO XII. DE exemptione Decimatum, Collectarum, & Gabellarum Hieroſolymitanorum.

Caput I. de exemptione Decimarũ Ordinis Hieroſolymitani, & an extendatur ad bona patrimonialia Fratrum, & an tranſeat ad Colonos, & in quibus bonis procedat exemptio.

Caput II. de exemptione Collectarum Ordinis Hieroſolimitani, & an extendatur ad bona patrimonialia Fratrum, & an procedat in ſubſidio, & in tempore belli, & in caſu neceſsitatis, & an tranſeat ad Colonos.

Caput

Caput III. de exemptione Gabellarum Ordinis Hierosolymitani, & an competat idem privilegium Militibus aliarum Militiarum, & quid de Novitijs, & de Colonis, & de Conductoribus bonorũ, & de ijs bonis, quæ ex negociatione, & lucro acquiruntur.

DISCEPTATIO XIII. DE omnimoda exemptione Fratrum Hierosolymitanorum quo ad Iudices Sęculares, & Ecclesiasticos, & de Iurisdictione privativa Ordinis.

Caput I. de privilegio fori, & iurisdictione Ordinis Hierosolymitani.

Caput II. de Famulis, Ministris, Oblatis, & Confratribus Ordinis Militaris S. Ioanis Hierosolymitani an gaudeant privilegio fori.

Caput III. de Novitijs Ordinis Hierosolymitani, & alijs Militaribus an gaudeant privilegio fori.

Caput IV. de receptis post commissũ delictum ad Habitum Militarẽ S. Ioannis Hierosolymitani an gaudeunt privilegio fori.

Caput V. de Hierosolymitanis delinquentibus in officio Sæculari, an possint puniri à Principe Sæculari, vel gaudeant privilegio fori.

Caput VI. de Hierosolymitanis violantibus Pragmaticas Regias, an fori privilegio gaudeant.

Caput VII. vtrùm Princeps Sæcularis, sit Iudex Hierosolymitanorum non habentium Superiorem in Regno.

Caput VIII. vtrùm Episcopus, seu Ordinarius Ecclesiasticus possit cognoscere contra Hierosolymitanos non habentes Iudicem Conservatorem in Diœcesi, & quid in causis criminalibus.

Caput IX. vtrùm Hierosolymitani possint esse Vicarij Generales Episcoporum, & Executores testamẽtorum; & an ratione officij, & administrationis subiecti sint Episcopis, & quid in administratione Fabricarum; & vtrùm in his casibus possint ab Episcopis excommunicari.

Caput X. de Hierosolymitano percussore alterius an possit absolvi à Prælato Ordinis, vel recurrere debeat præcisè ad Episcopum, vt eum absolvat: & vtrùm publicus percussor Clerici Sæcularis possit ab Episcopo declarari incursus in cẽsura Canonis si quis suadente diabolo. 17. q. 1.

Caput XI. an possit Episcopus tanquam Apostolicæ Sedis Delegatus punire Hierosolymitanos delinquens extra claustra, & an comprehendantur in decreto Cõcilij Tridentini cap. 3. sess. 6. de reformat.

Caput XII. an possit Episcopus tanquam Apostolicæ Sedis Delegatus punire Hierosolymitanos pro delectis commissis ratione Sacramentorum administrationis, & visitare Ecclesias Hierosolymitanorum; vbi multa de Sacramẽtorum administratione notãtur.

DISCEPTATIO XIV. DE Prioratibus, & Ecclesijs Hierosolymitanorum, Conventibus, Collegijs, & Monasterijs Monialium.

Caput I. de Prioratibus Hierosolymitanorũ, & iurisdictione Priorum, Visitatorum, & Vicariorũ & de facultate visitandi, & concedendi Dimissorias; & de Privilegijs circa recipiendos Ordines, & sacra celebrandi.

Caput II. de exemptione Ecclesiarum Hierosolymitanarum; vbi de Ecclesijs pollutis reconciliandis, & de indulgentijs publicandis; & de obligatione curatorũ ad processiones generales, & ad alias

alias functiones; & de officio de sanctis Diœcesis peragendo, tractatur.

Caput III. de Conventibus, Collegijs, & Monasterijs Monialium S. Ioannis Hierosolymitani, vbi varia dubia de his omnibus enucleantur.

Caput IV. de interdicto posito ab Episcopo in Ecclesijs Hierosolymitanis non servando, & quid in Monasterijs Monialium.

Caput V. de tumulandis defunctis in Ecclesijs Hierosolymitanis, & de varijs quæstionibus circa funus levandum ex Parochijs Diœcesanorum, & de officio Defunctorum peragendo, & Præcedentia in Ecclesijs Regularium.

DISCEPTATIO XV. DE Conservatoribus Iudicibus.

Caput I. de privilegio nominandi Conservatorem concesso Religioni Hierosolymitanæ, & de quibus causis possit cognoscere.

Caput II. quis possit nominari Conservator Hierosolymitanorum, & intra quod tempus debeat nominari, & de alijs requisitis expressis in Bulla Gregorij XV. 1621.

Caput III. de competentijs inter Conservatorem, & Iudicem Ordinarium Sæcularem, & Ecclesiasticum, & de recursu ad Senatum Regium per viam violentiæ.

DISCEPTATIO XVI. DE Privilegijs Ordinis Hierosolymitani.

Caput I. Epitome Privilegiorum Ordinis S. Ioannis.

Caput II. de confirmatione Privilegiorum Ordinis S. Ioannis, & eorum irrevocabilitate, & de prohibita interpretatione.

FINIS.



PROPVGNACVLVM SACRÆ RELIGIONIS MILITARIS SANCTI IOANNIS HIEROSOLYMITANI:

DISCEPTATIO I.

DE ORIGINE, PROGRESSV, REGVLA, ET INSTITVTO RELIGIONIS.

CAPVT I.

DE ORIGINE SACRÆ Religionis.

SVMMARIVM.

PRopugnaculum in defensionem privilegiorum Ordinis Sancti Ioannis scribit author, & quare. 1.

Principium cuiusque rei potissima pars est. 2.

Originem Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani qui descripserint. 3. 4. *& 5.*

Originem Ordinis in Bello sacro facto à Gothifredo de Bullon communiter affirmatur. 6.

Origo descripta in statutis Ordinis refertur. 7.

Origo à Machabeis relata in statutis describitur à Marchione de Tarifa. 8. *& impugnatur.* 9.

Imperator Titus vrbem sanctã Hierusalem debellavit. 10.

Iudæi triginta argento vno vendebãtur. 11.

Imperator Adrianus misit Rufum contra Hierusalem, & eam destruxit. 12.

Imperator Iulianus concessit licentiã Iudæis, vt Templum dirutum reædificarent, sed terræmotus magnus successit, & ignis ortus est, qui combusit fundamẽta Templi. 13.

Hospitale S. Ioannis fuisse contiguum Xenodochio facto à Hyrcano voluit Illescas. 14.

Hyrcanus reliquit thesauros in Templo, vt subveniretur necessitatibus viduarum. 15.

Heliodorus cupidus argenti, & auri, quod servabatur in Templo, contra Hierusalem venit. 16.

Victoria sacri Belli obtenta fuit. 15. *Iunij anno D.* 1099.

Bellum ſacrum factum fuit tempore Vrbani II. ad inſtantiam Petri heremitæ Galli, miſsi à Simone Patriarcha Hieroſolymitano. 18.

Petri heremitæ tempore Chriſtiani Latini habebant in Hieroſolymis erectũ Hoſpitale, cuius Rector erat Gerardus. 19.

Hoſpitalia erecta in Hieroſolymis ante eppugnationem Gothifredi referũtur, & certa origo Hoſpitalis Sancti Ioannis. 20.21.22.& 23.

Hoſpitalarij S. Ioannis præceſſerunt Templarios in hoſpitalitate. 24.

Origo Ordinis S. Ioannis in vita Clementis V. malè aſsignatur ab aliquibus authoribus. 25.

Hoſpitalis S. Ioannis, & Ordinis perfectio, poſt captam vrbem numeratur. 26.

Gerardus fuit fundator Ordinis, & favorem præſtitit Chriſtianis in obſidione Hieruſalem, & operatus eſt miracula. 27.

Ordo S. Ioannis confirmatus fuit ſub Regula Divi Auguſtini. 28.

Originem Ordinis fuiſſe anno 1120. *affirmant aliqui, ſed verius eſt inſtitutũ eſſe anno* 1099. 29.

Hoſpitale S. Ioannis poſt captam vrbem à Gothifredo donatum fuit equitibus, qui peregrinorum infirmantium curam ſuſceperant. 30.

Machabeorum mores ſectati ſunt ſacræ Militiæ Hieroſolymitanæ fratres. 31.

Machabeorum ſimilitudo adaptatur omnibus Ordinibus Militaribus. 32.

Militares Ordines non à Machabeis, ſed à ſacro Bello initium habuerunt. 33.

1  ACTVRVS ſacræ Religionis Hieroſolymitanę Propugnaculum in privilegiorum defenſionẽ, & ſtatutorum, ac conſuetudinum illuſtrationem; vt faciliùs à calumnijs, & litibus, quibus in diem vexantur nobiliſsimi fratres, poſsint iuvari; & actiones piè, & religioſè dirigére; pro illorum fama, gloria, memoriaque, non ſecus, ac pro patrijs fanis, atque delubris propugnandum putavi: ſuſcepique mihi perpetuam, ſeu integrã propugnationem pro omnibus ornamentis ſuis, vt aliàs eloquẽtiæ Princeps Licinio lib.5. ſubſcripſit.

2 Vndè neceſſariò prius ab Ordinis initijs repetendum exiſtimavi: non quia velim verboſos commentarios facere, ſed quod in omnibus rebus animadverto, id perfectum eſſe, quod ex omnibus ſuis partibus conſtaret; & certè cuiuſque rei potiſſima pars principium eſt. Deinde ſi in foro cauſas dicentibus nefas videtur eſſe nulla præfatione facta iudici rem exponere: quanto magis interpretationem promittentibus inconveniens erit omiſsis initijs, atque origine non repetita, illotis manibus materiam interpretationis tractare; ſcripſit Gaius *in l.1.ff. de origin. iur.*

3 Igitur Ordinis Hieroſolymitani initia, & originem deſcripſerunt multi: Fr. D. Ioannes Auguſtinus de Funes huius illuſtriſsimæ Militiæ, & ſacræ Religionis alumnus, Commendatarius, & Receptor communis ærarij in Caſtellania de Amposta *in Coronica Ordinis ſex libris diviſa.* Iacobus Boſsius Cancellarius Ordinis *in Hiſtoria Melitenſi tribus tomis diſtincta.* Ioannes Antonius Viperanus *de Bello Melitẽſi.* Caſaneus *in catalogo gloriæ Mundi part.9. conſiderat.4.* Polidorus Virgilius *de inventoribus rerum lib.7.cap.5.* Gualterus *in tabul. Chronograph. ſæculo.*10. *anno* 1119. Illeſcas *in Hiſtoria Pontif. p.1. lib.5. c.*18. Iacobus de Vetriaco *Hiſtoriæ Oriẽt. cap.*64. Fr Hieronymus Roman *de Republica Chriſtiana lib.7. ca.*1. *&* 7. Venero *en ſu Enchiridion de los tiempos fol.* 102. *in impreſsione de anno* 1641. Paulus Morigia *de origine Religionum lib.*3. *cap.*1. Silveſter Marulus *in occeano Relig. lib.*3. *pag.* 219. Menenus *in delit. equeſtrib. tit. de Hieroſolymitanis.* Aubertus Mireus *de origine equitum lib.*1. *cap.*1. Emanuel

nuel Rodericus *quæst. Regul. tom. 1. q. 6. art. 2.* Azor. *instit. Moral p. 1. lib. 13. cap. 5 q. 3.* Anton. Sceppus *de iure non scripto lib. 2. cap. 11.* Marta *de iurisdict. p. 2. cap. 32. n. 7.* Hieronymus Rodericus *in cõpend. quæst. Regul. resol. 123. nu. 24.* Carolus de Tapia *in Auth. ingressi. C. de sacrosanct. Eccles. verb. Monasteria cap. 34.* Alphonsus de Narbona *in l. 29 gloss. 8 tit. 6. lib. 1. Recopilat.* Ioannes de Carvalho *de una & altera quarta ad caput Rainaldus de testamentis part. 1. num. 348.* Carrillo *en sus Annales Chronologicos lib. 4 anno 1104 fol. 316. & lib. 5. anno 1522 fol. 457.* Iosephus Michaen *el Tesoro Militar de Cavalleria fol. 39.* Ioannes Machado *en su perfecto Confessor tom. 2. lib. 5. p. 4. tract. 2. document. 6.* F. Ferdinandus de Camargo *in epitho. historiali Ecclesiæ Militantis anno 1104 fol. 228.* quos omnes enumerat Barbosa *in Summ. Apostolicar. decision. collect. 314 num 11. & de vniverso iure Ecclesiastico lib. 1. cap. 41. num. 166.*

4 Gothofredus *in Archontologia cosmica lib. 3 num 7.* Vidal *in Arca Morali,* quos addit Pater Andræas Mendo *de Ordinibus Militaribus disquisit. 1. quæst. 5. num. 122.* vbi *ex num. 108.* originem, & progressum huius Ordinis describit, & Militarium Ordinum materiam bene, & singulariter disputat, licèt de nostro Hierosolymitano Ordine succinctè, & non ita ex professo scripserit.

5 Quibus addi possunt Petrus Gregorius *lib. 15. syntagm. cap. 33. n. 3. & cap. 34. num. 1.* Ascanius Tamburinus *de iure Abbatum tom. 2. disput. 24. quæst. 4.* & ex antiquioribus Guillermus *de Bello sacro lib. 18. cap. 4. & 5.* Platin. *in vita Vrbani II.* Iacob. Phil. Bergom. *in Supplemen. chron. lib. 12.* Volaterranus *lib. 21. Anthropologiæ.* Vincentius Historicus Gallus *in speculo lib. 27. cap. 27.* Et ex eadem natione Claudius Robertus *in Gallia Christiana tit. de Generali Ord.* Narsis Bañoles *in supplem. chron. lib. 12. Vrbani II.* Fr. Ioannes de Rioche *in compend. tem. capit. 22.* Genebrardus *in sua Chronograph. lib. 4. anno Christi 1309.* Sansovinus Italicus Author *in lib. della Origine de Cavallieri fol. 28.* Petrus Calefatius *de equestri dignitate nu. 20.* Et ex Hispanis antiquis, & recentioribus Marchio de Tarifa *en el viage de Ierusalem pag. 106. cũ seqq.* vbi latè de initio, progressu, statutis, regula, officijs, & commendis tractat. D. Fr. Petrus Gonçalez de Mendoza Archiepiscopus Granatensis *en la Historia del Monte Celia de Nuestra Señora de la Salceda lib. 1. cap. 9.* Agote de Molina *en la Nobleza del Andaluzia lib. 1. cap. 32.* Salado *in Politica fol. 86. in margine.* Fr. Paulus Calcar Barcinonensis *in lib. dict. el Glorioso triunfo de la sagrada Religion Militar de San Iuan.* 6

Qui authores ferè omnes vnanimiter, & quasi sine controversia affirmant habuisse initium Ordinem Militarem Sancti Ioannis Baptistæ in Bello sacro facto à Gothfredo de Bullon Duce Lotharingię in expugnatione Palestinæ, & recuperatione sanctæ vrbis Hierosolymitanæ tempore Vrbani Secundi. Sed non desunt aliqui ex prędictis, qui originem antiquiorem tradunt, & eorum placita, & dictum admissum fore in statutis antiquis Religionis video; nam *in 1. p. fol. 5.* primordium, & originem sic describit, 7. inveniо. Xenodochium, sacramq; domum, & Religionem militiæ hospitalariorũ Sancti Ioannis Baptistæ Hierosolymitani, illustribus, ac veris, sacrarumque veterum Historiarum monumentis hoc exordium sumpsisse constat. Post subac-

tam Indiam, extincto in Babilonia Alexandro Magno Macedonum Rege: eiuſque obitu vulgato, à ſancta Ciuitate Hieruſalem Machabeorum fortiſsimorum quidem, & victoriosiſſimorum militum virtutute, prophanæ gentes pulſæ ſunt: libertatem quoque Hebræus populus diuino cultui intentus ſibi vendicavit: quo peracto non parva bella Hieroſolymis à finitimis illata ſunt. Tandem cœleſti favore cum præclariſsimus Diuini nominis Athleta, triumphatorq; fortiſſimus Iudas Machabeus vnius veri Dei cultor ſacratiſſimam quidem vrbẽ à iugo Gentilium fœliciter liberaſſet; iterumque inire bellum contra finitimorum Gentilium conatus pararet, compoſitis in vrbe rebus magno quidem animo prophanas gentes aggreditur. Eo enim conflictu gentis Hebreę non pauci trucidantur, vulnerantur; debiles reddunturr: poſtmodum ad vrbem reverſus, cogitans, quàm pium, & devotum eſſet pro defunctis orare, inſtituit, vt pro his, qui bello ſuccubuiſſent, pijs locis aſsidua fieret oratio; & debilibus ægrotis ſubveniretur. Exactis autem annis non nullis devotiſsimus Propheta, & generoſus Athleta Ioannes Hyrcanus promptis à David monumento theſauris, poſtquam ex his Ciuitatem ſanctam obſidione Regis Antiochi, cui Epiphanes nomen inditum eſt, tunc eam oppugnantis, in qua quidem oppugnatione Hebræos acerrimè perſequens Salomonis Templũ demolitur: quod poſtea Machabeorum cura eſt erectum, refectum, reſtitutum portione ærarij Antiocho clargita liberaſſet, reliqua quidem ſervata portione ex hac Xenodochium inſtituit: vbi pro defunctis pij Machabei veſtigijs inhærendo, aſsiduo preces fierent, debiles quoque peregrini, & morbo affecti religioſiſsimè exciperentur, reficerentur, alerentur. Succedentibus inde annis, cùm huiuſce Xenodochij ſancta conditio, inſtitutioque haud dubio permaneret, ad Chriſti Redemptoris, & Salvatoris noſtri tempora peruentum eſt: qui Dominus noſter Ieſus Chriſtus, cùm dives eſſet, pro nobis pauper factus eſt. Quare piè arbitrari, licèt hoſpitale ipium corporali preſentia ſæpius viſitaſſe, multaque pietatis & miraculorum opera ſua Diuina clementia oſtendiſſe; in eo quoque loco Sanctos Apoſtolos, ac beatos Chriſti Diſcipulos miſericordiæ opera exercuiſſe. Si enim Dominus noſter Ieſus Chriſtus ante ſacratiſsimam Paſſionem complura vrbis Hieruſalem tunc pophana loca ſanctiſsimis operibus magnificaverit, & gloriaverit, nulli dubium oriri debet: quin Hoſpitale ipſum Hieroſolymorum locum quidem pium, pauperum receptaculum, & debilium aſsylum, ſua immenſa clementia illuſtraverit, & ſanctiſsimis operibus decoraverit. Succedente autem tempore poſt ſacratiſsimam Chriſti Paſſionẽ Ciuitas ſancta Hieruſalem populi Iudęorum delictis exigentibus graves iacturas Titi, & Veſpaſiani Romanorum victoriosiſsimorum Imperatorum ſacri Sanguinis Chriſti vindices tempeſtate perpeſſa eſt, varijſque Gentilium ritibus polluta, & diverſarum gentium cognatibus deleta, ſubacta, everſaque eſt, in eiſque cladibus Templum Salomonis ſplendidiſsimum à Machabeis reſtitutum, ac Xenodochium per Ioannem Hyrcanum erectum, cœteraque loca pia ſolo æquata ruinam, & exterminium ſubierunt, vt etiam religioſa hęc obſervatio Hoſpitalis quandoque ſit propter clades intermiſſa. Poſtremò quidem tempore, ſancta Ciuitate & Templo per Hadrianum Ælium Romanorum Imperatorem prius reſtitutis, Hieroſolymorumque regno omni

ni ornatu postea privato, vario barbarorum genere imperante non sine grandi discrimine, Catholici ex diversis Orientis Occidentisque Provincijs Sacratissimi Sepulchri, & sanctorum locorum visitandi gratia Hierusalem devotè proficebantur: hi quoque Christiani Occidentales, qui Romanam fidem professi sunt, asylo & habitaculis in ea Civitate privati, gravia & enormia discrimina vulneraq; perpessi sunt, hisque iacturis fame, verberibus, calumnijs, itinerumque defatigationibus plures Occidentalium indies peribant, & non secus quàm pecora passim visis, & spectaculis infidei ludibrijs è vita excedebant: nec erat, qui miseros consolaretur. Tanta fuit prophanæ gentis atrocitas, atq; immanitas. His causis suasus Divinoque Spiritu impulsus, vir quidam peregrinus devotissimus, cui nomen Giraldus, fuit virtute celebris, Deum timens, de animæ quoque salute solicitus; is enim Hierusalem peregrinationis gratia dudum vexatæ, devotarum personarum illuc confluentium perniciosum quidem iugum, ac iacturam conspiciens, observationem pijssimam Iudæ Machabæi, & devotissimi Ioannis Hycani propugnatorũ clarissimorum suscitando, renovando instar illius prisci Hospitalis novum Xenodochium, asylum, & receptaculum infirmorum, peregrinorum, debilium, & pauperum condere & erigere decernit, id quoque agẽdi habẽo, qui tunc Hierosolymis imperabat facultate data, sanctissimos præfatorum mores & vestigia imitatus iuxta Dominicum sacrum quidem monumentum, loco delecto novellum Hospitale, atque Xenodochium Sancto Ioanni Baptistę tamquam Patrono dicatum, quod eo loco Sanctus Zacharias Propheta eius pater, cum divina peragẽda Civitatem sanctam inviseret, moram trahebat, condit, erigit, ædificat. Sancto quidem Hospitali fœliciter condito, erectoque, bonis morbus & institutis ornato, Giraldus fidei catholicę zelo ardens, pauperum ægrotorumque Xenodochij obsequijs sese dedicat, comites quoque, qui eo vnà venerant, vt id agerent, inducit, suadet, impellit; nec pristinum habitum mutant, nisi quod humilioribus vestibus vtẽtes, obsequijs fidei Catholicæ, ac pauperum iuramento se adigunt. Non sunt profecto in eo Xenodochio vlla misericordiæ opera prætermissa, pauperes sustentantur, luntinq; infirmi curantur, Sacramenta ministrantur, peregrini, ac mœsti reficiuntur, ignari docentur, captivi redimuntur, omnisque hospitalitas colitur, perficitur, veneratur. Quibus quidem sanctis operibus numerum sacrum Xenodochium brevi coaluit, & præclijs clarum effectum; sub Giraldi cura aucta hospitalis conditione, Sedes Apostolica Sanctum Xenodochium in protectionem Giraldi precibus excepit, eumque Erectorẽ, & Præpositum Hospitalis nominat, inhibet quoque Romanus Pontifex Lucius Papa Secundus ne Xenodochij curam violenter quisquam occupare præsumat, sed qui ab viris eius sacri cœtus obsequio dicatis eligeretur, Hospitali præsideret. Quo fit vt frequentia devotarum personarum peregrinorum sacræ domus obsequijs sese dedicant, ac pro Catholicæ fidei defensione zelo Dei inducti arma capessunt, peregrinos quoque & loca à Barbarorum incursionibus tutantur; viri igitur & clarissimi Iudæ Machabæi & devotissimi Ioannis imitatores Hospitalitatem & pro cultu divino Catholicæque fidei defensione arma omni studio exercent. Posteaque Giraldus Xenodochiũ sexdecim annos magna cũ laude rexisset, è vita excessit.

Quo

Quo defuncto devotarum personarum electione, sacræ domui & Hospitali vir meritis insignis Raimundus de Podio præficitur, & Magister eligitur. Hic quidem prudens & præconio dignus, Romano permittente, & approbante Pontifice Eugenio Papa Tertio regulam instituit, & habitum militiæ Hospitaliorum albę crucis octogonæ, & nigræ clamidis ordinat: cui quidem regulæ non pauci nobiles, & plebęi, Clerici, & Laici iure iurando sub eo habitu sese ascribunt: crevit profectò Xenodochium divitijs & famæ celebritate sub Raimundi quidem Magistri gubernaculis, præsertim post sanctę Civitatis Hierusalem victoriam à Christianis partam, cuius expeditionem Dux fortissimus Gofredus de Bullone Gallus Belga extitit; cuius Magistri vestigijs plerique successores inhærentes egregia facinora in Rhodiorum gestorum commentarijs diffusiùs enarrata perpetrarunt, quæ hoc loco recensere necessarium non videtur. Sat quidem fuit Ordinis primordia & originem demonstrasse.

8 Eandem originem idiomatē Hispano scripsit Marchio de Tarifa *en el Viage de Ierusalem fol.* 106. ibi: *El principio, y fundamento de la Orden y Cavalleria de San Iuan de Ierusalem, començò despues que el Gran Alexandro Rei de Macedonia murio, cuya muerte divulgada en la santa Ciudad de Ierusalem, levantandose en fuerça el Pueblo Iudaico, con favor de los Machabeos, echan fuera de su tierra las gentes profanas: lo qual visto por los comarcanos, hizieron guerra a esta santa Ciudad, y hallaron en ella gran resistencia; porque demas del ayuda de Nuestro Señor, la virtud y coraçon de Iudas Machabeo (el qual libertò al Pueblo Iudaico de la subjecion de los Gentiles) queriēdo proseguir la vitoria, salio con su gente a la batalla, en la qual se ovieron tiviamente, de cuya causa murio mucha gente, y fue herida, y tornaronse a la santa Ciudad. Iudas Machabeo pensando ser obra caritativa, començò a hazer por los defunctos oracion, y ordenò, que en cada santo Lugar fuessen hechas por los muertos oraciones, y los heridos, que fuessen curados. Y demas desto, passado algun tiempo, tornò el Rey Antiocho a combatir la santa Ciudad, y siendo dèl muy maltratada, no solamente la gente, mas los edificios, en especial el Templo de Salomon: llegada la cosa a tanto extremo de trabajo, un Santo Propheta, que era Noble Cavallero, q̄ presente se hallò, que se llamava Iuan Hyrcano, queriendo mostrar caridad, dio gran parte de los tesoros, que fueron hallados del Rey David, y dados al dicho Rey Antiocho por la deliveracion de esta Ciudad, de lo que sobrò instituyò una Casa y Hospital, donde fuessen hechas muchas oraciones por los defunctos, y los peregrinos dolientes fuessen recogidos y curados, queriēdo en esto remedar a Iudas Machabeo: y desde entonces se continuò esta obra tan santa, hasta que Nuestro Señor encarnò. Y despues padeciendo esta santa Ciudad en tiempo de Tito, y Vespasiano muchos trabajos, y de otras particulares gentes, el Templo de Salomon, que por los Machabeos avia sido reedificado, despues de la destruicion de Antiocho, este santo Hospital, y otros Lugares santos fueron por el suelo echados. El qual passado, se tornò a reedificar la santa Ciudad, y el Templo de Salomon por el Emperador Adriano Gelio: el qual metio el Mōte Calvario dentro de la cerca de la Ciudad, y este es el que hizo el Castillo de San Angelo de Roma para su Sepultura. Y despues ocupada la santa Ciudad, y toda aquella Provincia,*

vincia, de los Barbaros, los Fieles Christianos con gran peligro venia a visitar todos aquellos santos Lugares que estavan en aquella santa Ciudad de Ierusalem, y en toda la redonda. Y poseyendo toda esta tierra los Infieles, los Christianos que alli estavan, eran muy maltratados dellos, assi de muchas injurias, y tormentos que hazian en sus personas, como otras vejaciones que les hazian: por lo qual, demas de su muerte natural, morian muchos por el maltratamiento que les hazian: de cuya causa cada dia eran menos. En este tiempo vino a aquella santa Ciudad, è tierra, vn devoto y noble Varon, que se llamava Giraldo, con devocion de visitar aquellos santos Mysterios: el qual viendo en el trabajo y afliccion que estavan todos los Christianos que alli moravan, ordenó de edificar vn nuevo Hospital, a do se acogiessen los pobres, è curassen los enfermos peregrinos que yvan a visitar aquellos santos Lugares, renovando la antigua Hospitalidad de Iudas Machabeo, y del devoto Iuan Hyrcano; para lo qual ganò licencia del señor q entonces possèia a Ierusalem, y ganada començò a edificar cerca de la Iglesia del Sepulchro, nombrandolo de San Iuan Bautista, y tomandolo por Patron, porque era en el Lugar a do Zacharias hablò al Angel. Y edificado el dicho Hospital, el dicho Giraldo encendido en el amor de nuestra Fè, ofreciolo a Nuestro Señor para que en èl se exercitasse el recebir a los pobres y curar los enfermos; para lo qual atraxo a los que en su compañia vinieron, por q entre ellos se hiziesse vna santa Hermandad de Religion, sin mudar el habito seglar, salvo mas humilde que el que traian. Y su obligacion era darse al servicio de Nuestro Señor, y de servir a los pobres y enfermos. De manera que aqui se hazian todas las obras de misericordia, los pobres sustentados, los dolientes curados, los peregrinos hospedados, y los indoctos enseñados, y los cautivos redimidos: assi que el santo Hospital cõ estas obras, y semejantes, multiplicò en pocos dias muchas possessiones, y siempre debaxo de Giraldo: a suplicacion del qual el Summo Pontifice le tomò debaxo de su amparo. Y despues de algunos dias el Papa Lucio Segundo mandò, que ninguna persona fuesse osada de ocupar violentamente aquel Hospital, sino que tuviesse la governacion el que fuesse electo por aquellos buenos varones que alli estavan: porque viendo las tales personas que nadie les hazia contradicion, tuviessen mas voluntad de servir a Nuestro Señor: y si fuesse menester tomassen armas para en defensa de la Fe Catholica, y de los pobres y peregrinos, a semejança de Iudas Machabeo, y de Iuan Hyrcano, fundadores destatan Christiana obra y hospitalidad, aviendose sabia y cuerdamente en su governacion, como se huvo Iuan Hyrcano por tiempo de diez y seis años, que tuvo aquel exercicio. Y despues de muerto Giraldo, eligieron entre si vno que los governasse; para lo qual ayuntados en vno todos los varones del santo Hospital, eligieron entre si vn varon de grande autoridad llamado Ramon de Podio, y llamaronle Maestre, el qual junto cõ los otros varones ordenaron la Regla, y Habito de la Cavalleria de los Hospitaleros del sacro Hospital de San Iuan: en la qual hizieron muchos establecimientos de la manera que la Orden avia de ser regida, para que viviessen los Comendadores de ella religiosa, è honestamente. La qual dividieron en tres estados: en Cavalleros para el servicio del Hospital, y defensa de la Fè; estos traen vna señal: y en Clerigos para administrar-

niſtrarles los Sacramentos : y en Sirvientes de armas, y de oficios; traen otra ſeñal. La qual Regla aprobò, y confirmò el Papa Eugenio Tercero: y viendo ſu ſanta manera de viuir, ſe ha eſtendido por toda la Chriſtiandad, è por los Reyes, è Señores paſſados, aſſi en tiempo de eſte primer Maeſtre, como deſpues que la ſanta Ciudad fue en poder de Chriſtianos ; quando los muchos Capitanes paſſaron en compañia de el Duque Godofre de Bullon, Rey que fue de Ieruſalem, ſe les han dado muchos vaſſallos, y poſſeſſiones.

9 Sed etſi hęc tàm in antiquis hiſtorijs, quàm in ſtatutis ordinis abexteris, & à Regnicolis deſcripta ſint, & piè credi poſſint de origine, & primordio Ordinis; tamèn non habuiſſe originem â Machabeis, nec à Ioanne Hyrcano probabilius eſt; & oſtenditur; quia vt adimpleretur, quod Chriſtus Dominus de Hieruſalem dixerat: *Venient dies in quibus non relinquetur lapis ſuper lapidem , qui non deſtruatur.* Lucæ *cap.* 21: Poſt quadraginta annos à morte Redemptoris, deficientibus Iudæis in fide Romanis obſtricta, vt eos rebellantes vlciſceretur, proximaſque Nationes ſimili morbo correptas antecaperet , Imperator Nero, Veſpaſianum Ducem ad regendos exercitus in Syria conſtitutos, miſſit. Eoque ab legionibus in Imperatorem per acclamationem electo, rebuſque populi Romani præter ſpem conſervatis, Veſpaſianus in Iudęæ reliquias intendens animum, filium ſuum Titum cum ſelectis copijs ad excidendam Hieroſolymam miſſit; qui fœliciter ſuſceptum bellum proſequens, ingenti obſidione , & fortiſſimis bellicis machinis debellavit Civitatem: combuſtoque Templo, Muris, & Turribus ſolo æquatis, lauream victorię conſecutus eſt, vt latè Flavius Ioſephus 10 *de bello Iudaico lib. 6. & 7.* deſcribit, vbi *cap.* 17. captivorum omnium, qui toto bello comprehenſi ſunt, nonaginta & ſeptem milium numerum fuiſſe, inquit, mortuorum verò per omne tępus obſidionis vndecies centum milia. Cũque tanta fuiſſet captivorum multitudo, in vindictam Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & oprobium Iudaicæ gentis, quæ Chriſtum Dominum triginta argentis vendidit, triginta ex illis vno argento fuerunt venditi, vt notat Fr. Didacus de la Vega *Domin. 9. poſt Pent.* ſed cum poſtea 11 Helij Adriani Imperatoris tempore Iudęi rebellarentur, iterum ſancta Civitas per Rufum Romanorum Ducem, & Præfectum devicta, ac 12 pœnitus everſa, & ſubacta fuit: & quingenti, & octuaginta milia Iudęorum fuerunt interfecti, vt ſcripſit Nicephorus *lib. 3. cap. 24.* Et cum in odium Chriſtiani nominis per Iulianum Imperatorem liceret Iudæis, vt Templum dirutum reædificarent, & ad opus venirent, terræmotus magnus factus eſt, vt ędificia omnia ruerent, & terræmotu tranſeunte, ignis ingens de terra ortus, qui combuſſit fundamenta Tępli, & etiam de cœlo pluit ignis, qui Iudęos laborantes, petras, & inſtrumenta exarſit, & in cinerem converſit, & ſucceſsivé aer ita violentus ſucceſsit, vt omnia ſpargeret; vt ſcribit Nicephorus vbi ſupra. Ex quo clarè patet, Xenodochium Ioannis Hyrcani, ſi fortè ibi fuit, omnino fuiſſe dirutum, & non potuiſſe in eius locum poſt ſæcula temporum ſuccedere Giraldi Hoſpitale.

Rurſus licèt Illeſcas *in Pontif. tom. 1. cap. 17.* velit Hoſpitale forè 14 contiguum Xenodochio facto à Hyrcano adducens in comprobationem *caput* 3. *lib.* 2. *Machab.* Tamen ex eo non conſtat, quod Hyrcanus ædificaſſet Hoſpitale iuxta Salomonis Templum, ſed

quod

quod reliquit bona; seu thesauros
15 in Templo, vt subveniretur necessitatibus viduarum, & orphanorũ; & ideo Heliodorus cum Hierusalem tenderet, interrogatus à Sacerdote de advẽtus occasione, respon-
16 dit: *Propter argentum, & aurum atque lapides pretiosos, qui sunt in Templo.* Nam quod Templo cõmendabatur, servabatur in Templo, vt notat S. Ambros. *in cap. 3. lib. 2. Machab.* Archiepiscopus Granatensis *en la Historia de la Salcedalib. 1. cap. 9. fol. 65.*

17 Habuisse autem originem Hospitale Sanct Joannis Baptistæ ante Bellum sacrum, & oppugnationem Gotfredi, probatur quoque; quia victoria huius sacri Belli obtenta fuit die decimaquinta mensis Iunij anno Domini 1099 & Bellum factum tempore Vrbani Secundi, instante Petro Heremita Gallo, qui cum fuisset peregrinus, & sanctum Se-
18 pulchrum videret, à Simone Patriarcha Hierosolymitano rogatus fuit summum Pontificem adire, vt significaret iniurias, tormenta, & martyria, quæ Christiani tunc temporis in Saracenorum dominio patiebantur; vt benè scribit Sansovinus
19 *de origini Cavallieri fol.* 28. Et cum Petrus Heremita erat in Hierosolymis, Christiani Latini iam habebant erectum Hospitale, cuius Rector erat Gerardus. Ioan. Augustin. de Funes *in Coron. lib. 1. cap. 1. fol.* 3. Et ob iniurias, quas Barbari eis inferebant, legationem ad Papam misit Patriarcha.

20 Vnde infero probabilioren esse originem descriptam à Polidoro Virgilio *de inventoribus rerum lib. 7. cap. 5.* vbi inquit, quod antequam Hierosolyma à nostris postremò circiter annum salutis millesimum nonagesimum nonum recepta fuisset, cùm à Saracenis obtinebatur, Christiani, Latini nominis, qui inibi degebant, ab illis impetraverunt, vt sibi liceret iuxta Salvatoris Sepulchrum habitare, vbi cœnobium Divæ Genitrici construxere, quod Latinorum appellabatur, cui Abbas præerat, & huius erat in primis officium hospites excipere Latinos; & eodem exemplo brevi post tempore alterum Virginum cœnobium Divæ Magdalenæ iuxta dedicarunt, quod item fœminas exciperet. Confluentem postmodum peregrinorum catervam, cùm locorum non caperet angustia, Hospitalem domum propè etiam constituerunt, quod Divo Ioanni Baptistæ dedicarunt admoniti Zachariæ patris memoria, quod eo loci sæpè ad meditandum conveniret, cui domo vnus præficiebatur, & procedẽte tempore quidam Præpositus nomine Gerardus cum socijs crucem in nigro pallio candidam affixit.

Idem firmat Paulus Morigia *de* 21
origine Religionum lib. 3. cap. 1. quem traduxit in idiomate Hispano dictus Archiepiscopus Granatensis *pag. 65.* ibi: *Pero Paulo Morigia, aun antes de la conquista de Ierusalem, hablàndo de su origẽ dize, que los Latinos alcançaron de los Sarracenos, poder habitar junto al Sepulcro de Christo, donde edificaron vn Monasterio en honra, y gloria de Nuestra Señora, con titulo de Monasterio de los Latinos, de donde salieron, por el gran concurso de peregrinos a hazer el Hospital de San Iuan Baptista con titulo de Rector el Superior, hasta que Gerardo, vno dellos, començò con las Cruzes blancas en medio de el pecho, a hazerse Maestro y Caudillo de todos los demas que le imitaron.* Idem tenet Hieronymus Roman *lib. 7. de la Republica Christiana cap. 7.* Vbi quod Latini Amalphitani in Orienti commerciantes Hospitale S. Ioannis Baptistæ con-

didere de licentia Alphæ ſupremi Saracenorum Monarchæ. Paulus Claſcar *in triumpho Religion lib.1. cap.2.*

22 Sanſovinus *della origine de Cavallieri pag.31.* ibi: *Tornando adũque a ragionar dell origine de i ſacri Cavalieri, dico che poco innanzi che i noſtri prendeſſero la citta di Gieruſalemme, otenero i Chriſtiani Latini da Saracini, di potere habitare vicini al Sepolchro di Chriſto, per ilche edificaronno vn Monaſtero a honore della beata Vergine, & ſi chamava il Monaſtero de i Latini, & eravi vn Priore, che ad altro non attendeva, ſalvo che a ricevere i Latini foraſtieri. Non paſſo poi molto tempo, che fabricarono vn altro Monaſtero ad honore di S. Maria Magdalena, dove tute le femine allogiavano, ma concorrendovi gran moltitudine, di maniera che il luogo a tanti non era capace, fabricarono quivi vicino vno ſpedale, & lo dedicarono a San Giovanni Battiſta. In queſto luogo vi era vn capo, che ſi chiamava Rettore. La onde dõpo certo tempo, comincio a portare inſieme coi ſuoi compagni vna Croce bianca nel mezo del petto in veſte nera.*

23 Id quoque adnotarunt Caſaneus, Petrus Gregorius, Emanuel Rodericus, Azor, Caravalho, & multi ex relatis initio huius capitis, &

24 Fr. Ioann. de Rioche *in vita Clementis V.* vbi aſſerit quod hi Hoſpitalarij præceſſerunt Templarios in hoſpitalitate. Funes *in Coronica Relig. lib.1. cap.1.*

25 Quæ ſi vera ſint, male originem in vita Clementis V. anno 1306. aſſignat Narſis Biñoles *in ſupplem. cron. lib.13.* Et Platina *in vita Clementis V.* Et Iacob. Philipp. Bergom. *lib.13. cronic.*

26 Verùm licèt dicta de origine Hoſpitalis ante ſacrum Bellum ſic ſe habeant, perfectio tamen prædicti Hoſpitalis, & initium Ordinis poſt captam Vrbem à Gotfredo debet numerari; tùm quia Gerardus nobilis eques de natione Gallus ex Provincia Toloſæ oriundus floruit vſque ad annum 1119. quo deceſſit, & pro primo fundatore deſcribitur in Pontificali Illeſcas *tom.1. in vita Gelaſij II.* cui Gerardo, & Hoſpitali donationem cuiuſdam oppidi fecit Gotfredus in remunerationem laboris in bello habiti: ipſe enim cùm in Civitate ante bellum degeret, ex ea auxiliavit Chriſtianos, & miracula operatus eſt. Funes *dicto cap.1.* vbi inquit, quod cum accuſaretur à Saracenis, quod panes daret exercitui Chriſtiano, Gubernator Hieruſalem iuſſit, vt eum apprehenderent in delicto, & ad ſuam præſentiam traherent: apprehenſoque cum panibus, miraculoſè lapides loco panis apparuerunt, abſolutuſque fuit ab accuſatione. Claſcar *vbi ſupra cap. 3. fol. 15.* Et tempore prælij cum Chriſtianis, qui in Civitate degebant, Gerardus muros aſcendit, & Agarenos occidens protexit Catholicam militarem multitudinẽ, vt vi maxima ingrederetur Civitatem, laureamque victoriæ adipiſceretur.

Tum etiam quia ordo ſub Regula Divi Auguſtini confirmatus fuit à Paſchali II. anno 1113. Calixto II. anno 1120. & Honorio II. anno 1125. & Lucio II. anno 1144. & Eugenio III. anno 1145. Ex quo ſatis infertur tunc fuiſſe primordia Ordinis, & initium, vt communis eſt antiquorum, & recentiorum opinio, licèt in anno certo, & determinato nulli ferè concordent; nam Vincentius *in ſpeculo lib. 27. cap.27.* originem, & initium habuiſſe anno 1120. teſtatur, quod & 28

29 firmat Argote *en la Nobleza de Anda-*

Andaluzia dicto cap. 22. vbi ſupra. Et Machado *in perf. conf. lib. 5. p. 4. trat. 3. docum. 6. num. 2.* Alij anno antecedenti 1118. initium, & primordium Religioni Hieroſolymitanæ concedunt, vt Genebrardus, & alij, quos refert, & ſequitur Ioannes de Caravalho *de vna & altera quarta, 1. part. num.* 348. Sed ferè omnes moderni cum multis ex antiquis inſtitutum fuiſſe Ordinem prope Templum Chriſti reſurgentis in Calvarij Monte à Geraldo erectore Hoſpitalis S. Ioannis Baptiſtæ anno 1099. Pontifice Paſchali II. Imperatoribus Occidentis Hérico IV. Orientis Alexio Connenò, affirmant Barboſa *dict. collect.* 314. *num. 2. & de iur. Eccleſ. dict. cap.* 41. *num.* 166. Mendo. *d. q. 5. num.* 109. Micheli *pag.* 39. Archiepiſcopus Granatenſis *fol.* 62. Carrillo *lib. 4. anno* 1104. Roman *dict. cap.* 7. Funes *vbi ſupra.* Nam poſtquam obtinuit à Saracenis vrbem Hieroſolymam Gothofredus Dux
30 Lotharingiæ & de Bullon, Regiſq; corona, & nomine fuit ornatus, ex toto orbe ad loca ſacra inviſenda peregrinorum multitudo confluit, hinc pijſſimo zelo certatim viri nobiles congregationes, ſeu militias inſtituerunt, alij vt Sepulchrum ſanctum cuſtodirent, alij vt ægrotantibus ſubvenirent. Et Xenodochiũ Hieroſolymitanum Sancto Ioanni Baptiſtæ dicatum prope antiquum Salomonis Templum, donatum eſt equitibus, qui peregrinorum infirmantium curam ſuſceperant; dummodo ægritudini non ineſſet contagium; nam aliud Xenodochium ſub cura equitum S. Lazari deſtinatum fuit contagio laborantibus: in illo ergo antiquo Xenodochio Divo Ioanni Baptiſtæ dicato in memoriam Zachariæ parentis Ordo S. Ioãnis à Gerardo inſtitutus fuit ſub invocatione S. Ioan. Bapt. & non S. Ioannis Elemoſynarij, vt cõtra aliquos benè probat Romã *dict. cap.* 7. Et hęc eſt vera origo, & initium ſacrę Religionis.

Quam à Machabeis originem non trahere veriſimilius eſt, licèt mores Machabeorum ſectati ſint huius ſacræ Militiæ Fratres, vt in gloriam Religionis, & inſtituti illius fatetur Gregorius XIV. *in Bull. quæ incip. Quanta Dat. Romæ die 27. Iulij ann.* 1592. ibi: *Planè ſecũdæ aut poſtremæ sũt res ab eis ad diuini nominis gloriam, & exaltationem præclarè geſtæ, quarũ longè lateque fama pervagatur; dũ tanquã veri Chriſti Athletæ Machabeorũ æmulati morẽ aſsũptã galea ſalutis aduerſus Chriſtiani nominis hoſtes, & præſertim impios Mahometũ ſectatores arma ſumũt, fortiterq; dimicant.* 31

Quam ſimilitudinem Machabeorum, & rerum ab eis geſtarum non ſolùm adaptari Religioni Hieroſolymitanæ, ſed omnibus Ordinibus Militaribus notat Azor *inſtit. Moral. 1. p. lib. 13. cap.* 3. vbi poſtquam Militares Ordines definivit, dividendo qualitates eorũ in Clericos, & Seculares, inquit, *Quod alij ſunt viri nobiles, qui tamquàm quidam ſacri Milites inſtar Machabeorũ pro fide, ac lege Chriſti cum Turcis, & Saracenis fortiter dimicant: alij verò ſunt Clerici, qui ad diuina miniſteria obeunda recepti in ipſorum Ordinum Collegijs, ac ſacris ædibus commorantur.* Et melius Roman *in Republica Chriſtiana lib. 7. cap.* 1. ibi: *Pero ſi los nueſtros han ſeguido el exemplo de los paſſados, no ſe ha de eſtrechar a ſolos los Comendadores de S. Iuan, mas ha de eſtenderſe a todas las Ordenes Militares, que començaron, y començarán deſpues de nueſtros dias: porque vno es el fin, y vno el intento, y todos lo hazen a imitacion de los antiguos Hebreos, que* 32

con zelo de la Religion perſeguian a ſus enemigos.

33 Nec in hoc ſtandum eſt præciſè relationi factæ in antiquis ſtatutis, quia etſi originem ex Machabeis velint deducere ſtatutorum compillatores, quę ibi ſcripta ſunt, licèt piè credi poſſint, difficillima, imò impoſſibili videntur probatione, & ſucceſſione: nam fuiſſe Hoſpitale erectum à Machabeis, vel poſtea à Ioanne Hyrcano probationem non habet, ſed coniecturas: & quamvis pié quoque concederetur, forè deſtructum in tantis expugnationibus videtur indubium, & ita animadveritur in eadem litera ſtatuti. Quibus conſideratis, & quod dicta origo in ſtatutis novis anno 1598. Romæ impreſſis non eſt ſcripta, ſed conſultò omiſſa, à ſacro Bello habuiſſe initium, ſeu perfectionem verius puto; ſicut de alijs Ordinibus Militaribus, nempè de Templarijs, & Theutonicis ſcribunt ijdemmet authores. Azor *cap. 6. quæſt. 2.* Micheli *fol.* 39. Mendoça *cap.* 9 *fol.* 62. Roman *dict. cap. 1. fol.* 339. vbi concludit ita: *Dezir que la Orden de San Inan tuvo principio de los Machabeos, y que las Ordenes Militares començaron deſde aquel tiempo, no ay verdad que lo diga, y es gran error.*

CAPVT II.

DE PROGRESSV ſacræ Religionis in partibus Orientalibus, & Occidentalibus, & varijs eventibus vſque in tempus præſens.

SVMMARIVM.

GOtifredus Regis corona ornatus anno 1099. *regnavit in Hieroſolymis vſque ad annum* 1101. 1.

Gotifredi tumuli deſcriptio refertur. 2.

Gotifredus conceſſit Gerardo, & Hoſpitali S. Ioannis Domum Monal in Mombaire de Montefredo. 3.

Balduinus primus regnavit in Hieroſolymis vſq; ad annum 1118. *cuius tumuli deſcriptio refertur.* 4.

Balduinus Secundus regnavit in Hieroſolymis per mortem Balduini Primi vſq; ad annum 1131. 5.

Hoſpitale S. Ioannis divitijs, ſanctitate, & devotione crevit tempore Balduini Secundi, & confirmatus fuit Ordo tunc temporis. 6.

Fulcus Rex vnicus huius nominis, quartus in ordine, regnavit in Hieroſolymis. 7.

Fulcus Rex vrbem Berſabeam dedit in defenſionem equitibus Sancti Ioannis anno 1133. 8.

Iſmeriæ filiæ Soldani Epypti hiſtoria refertur, & miraculum magnum factum cum equitibus Gallis captivis in Memphi. 9.

Hiſpani multi in ſacro Bello fuerunt, vt Bernardus Archiepiſcopus Toletanus, Alphonſus Sextus Rex Caſtellæ, & filius eius Sanctius, & filius Ioannis Primi Portugaliæ Regis. 10. 11. 12. 13. & 14.

Alphonſus Rex Aragoniæ, & Navarræ, qui electus fuit Imperator, in teſtamento legavit Regna propria Aragoniæ, & Navarræ Ordinibus S. Ioannis, Templariorum, & Sancti Sepulchri, & ſucceſſores in Regnis ſe compoſuerunt cum omnibus intereſſatis. 15.

Ramonius Berenguel Comes Barcinonæ Habitum Ordinis S. Ioannis ſuſcepit, & erexit Domum Ordinis in Barcinona, & eundem Habitum ſuſcepit Andreas Rex Vngariæ. 16.

Virgo Sanctiſſima Deipara dicta

cta de la Salceda apparuit in Alcarria equitibus S. Ioannis. 17.

Vrracafilia Regis Alfonſi Sexti donavit Ordini S. Ioannis oppidum de Paradinas, & alia oppida in Hiſpania donata Ordini referũtur. 18.

Balduinus Tertius ſucceſſit in Regno Hieroſolymitano, & Pontifex Lucius Secundus anno 1144. confirmavit Ordinem S. Ioannis, & Eugenius anno ſequenti 1145. conceſsit facultatem fratribus, vt pallio nigro induerentur, ornati Cruce alba octogona. 19.

Amalaricus Primus, & poſt eum Guido de Lũſignano ſucceſſerunt in Regno Hieroſolymitano. 20.

Hoſpitale S. Ioannis erigitur in Civitate Sichem anno 1180. 21.

Hieruſalem capta fuit à Soldano Egypti anno 1187 & capti fuerunt Rex, & Magiſter Templariorũ. 22.

Ordo S. Ioannis domicilium collocavit in vrbe de Tripol, & deinde in vrbe de Acre. 23.

Sanctus Gerardus Hieroſolymitanus in gradu ſervientium deceſſit anno 1240 fecit multa, miracula, & decẽ, & octo victorias de Saracenis obtinuit. 24.

Sanctus Nicaſius Hieroſolymitanus paſſus eſt martyrium anno 1242. 25.

Sanctus Gerlandus eiuſdem Ordinis floruit in Polonia. 26.

Beatus Petrus Imola inſignis Iuriſconſultus, & Prior in vrbe obijt anno 1320. & operatus eſt miracula. 27.

Prior & equites Sancti Ioannis de Acre militarunt contra Reges Mauros in Hiſpania in recuperatione Regnorum Cordubæ, & Hiſpalis, & occuparunt vi armorum oppidum de Lora, quod datum fuit Ordini à Sancto Rege Ferdinando Tertio. 28.

Rex Alphonſus dictus Sapiens donationem fecit Ordini S. Ioannis de Fundis Hiſpalenſis vrbis anno 1253. 29.

Sanctus Rex Ferdinandus hæreditavit Ordines Militares in Hiſpali, vbi Conventus fuerunt inſtituti. 30.

Prior S. Ioannis de Acre in territorio Hiſpalenſi habet iuriſdictionem ſpiritualem in vicinos habitantes intra limites Prioratus. 31.

Sanctus Garcia Martinez Hieroſolimitanus natione Luſitanus floruit in Hiſpania anno 1286. 32.

Ordo S. Ioannis permanſit in Acre vſque ad annum 1291. quo Civitas à Meleſates capta fuit. 33.

Ordo S. Ioannis ex Paleſtina devenit ad Cyprum, & deinde ad inſulam Macre. 34.

Ordo S. Ioannis venit ad inſulã Rhodum, & fratres eam vi armorum anno 1308. occuparunt. 35.

Rhodi inſulæ narrationem variè authores deſcribunt, & referũtur multorum placita. 36.

Milites huius Ordinis dicti fuerunt Ioannitæ, Cruciferi, Hoſpitalarij, Hieroſolymitani, de Acre, & Rhodienſes. 37.

Rhodus dicta à Roſis, quæ in cæmentis ſubterraneis fuerunt invẽtæ. 38.

Rhodi fuit ſtatua Colloſsi vnum ex miraculis mundi, & alia centum Colloſsorũ minoris magnitudinis. 39.

Rhodus inſula clara vocatur, eo quod nunquam dies ita nubilus eſt, vt Sol in ea non conſpiciatur. 40.

Serpens horrenda orta in inſula Rhodi in ſingulari prælio occiſſa fuit à Fratre Deodato de Gozon. 41.

Canes magnos cognoſcentes Chriſtianos, & Turcas habuit Religio, & caſus mirandus refertur. 42.

Miraculum magnum, quod accidit Rhodi anno 1480. in obſidione facto

facto à Mahomat Othomano Imperatore Turcarum refertur. 43.

Conſtantinopolitana Civitas Caput Orientis, & totius Græciæ devicta fuit à Turcis anno 1453. 44.

Rhodus à Solimano Imperatore Turcarum capta fuit anno 1523. 45.

Melita Inſula in feudum data fuit Ordini S. Ioannis à Carolo V. Hiſpaniarum Rege, & Imperatore. 46.

Melita Inſula à Carthaginenſibus fuit fundata, & ob fertilitatem ab antiquis cognita, eſt que ſub tutela Divi Pauli Apoſtoli, & quare. 47.

Melitenſis Inſulæ Imperium habet Magnus Magiſter, & ibi Xenodochium pro ægrotantibus eſt inſtructum. 48.

Melita Inſula obſidiata, & penè devicta fuit à Turcis, & Catholicus, & Prudentiſſimus Philippus Secundus Hiſpaniarum Rex eam auxiliavit. 49.

Ordo S. Ioannis plura loca, & Eccleſias obtinet in Hiſpania. 50.

Hiſpanis prohibitum eſt Habitus Militares alienigenos ſuſcipere, ad Ordinis tamen S. Ioannis admittuntur, & Religio S. Ioannis non extera, ſed noſtra appellatur. 51.

Ordines S. Sepulchri, & S. Lazari ſuppreſſi, & uniti fuerunt Ordini S. Ioannis, & Domus de Monte Morillon Ordinis S. Auguſtini, & de origine horum Ordinum, & Ordo S. Ioannis de Ancona, & S. Thomæ fuit aggregatus Ordini Melitenſi. 52.

Ordo S. Ioannis auctus fuit extra Hiſpaniam ex bonis Templariorum. 53.

Origo Templariorum remiſsivè. 54.

Ordo Templariorum quo iure extinctus fuit. 55. & 56.

Hiſpania, & Germania pro innocentia Templariorum pronuntiarunt. 57.

Pontificia authoritate, & Concilio Generali Vienenſi iudicatum fuit contra Templarios. 58.

Ordines ex exceſsibus religioſorum non ſunt reijciendi, nec vniuerſitas debet condemnari pro delicto vnius. 59.

Pontifex, & Galliæ Rex in Gaſcunia citati fuerunt ad Divinum Tribunal ab equite quodam Templario, qui ad ſupplicium deferebatur, & termino non elapſo ſimul deceſſerunt. 60.

Citationis ad iuditium Dei multa ſunt exempla. 61.

Ferdinandus Quartus Hiſpaniæ Rex citatus fuit á duobus nobilibus viris dictis los Caravajales, *& in termino citationis deceſsit.* 62.

Citatio ad iudicium Dei non odio, & vindicta eſt licita. 63.

Ordinis S. Ioannis fælicitas in duratione eius notatur. 64.

Templariorum deſtructio, & Hieroſolymitanorum conſervatio variè diſcurritur ab authoribus. 65.

Ordo S. Ioannis conſervatur ob integritatem equitum, obſervantiam Regulæ, & protectionem Sanctiſsimæ Deiparæ, & Sancti Præcurſoris Baptiſtæ. 66.

Rhodomani Poetæ Carmina de Ordine S. Ioannis referuntur. 67.

CAPTA Hieroſolymitana vrbe à Gothofredo Duce Lotharingiæ, & de Bullon, Regis corona ornatus anno 1099. Primus in Paleſtinæ Provincia, & Hieroſolymis Regno, Princeps, & Supremus Rex imperavit vique ad annum 1101. quo vita functus eſt, & ſepultus iuxtá ſanctiſſimum Sepulchrum Domini Noſtri Ieſu Chriſti, in cuius tumulo ſculpta videtur hæc deſcriptio: *Hic iacet inclytus*

elytus Dux Gothofredus, qui totam iſtam terram acquiſivit cultui Chriſtiano, cuius anima regnet amen cum Chriſto. Fr. Pantaleon *in itinerar. terræ ſanctæ cap.* 23. Princeps iſte conceſſit Gerardo, & Hoſpitali S. Ioannis Domum Monal in Mombaire de Montefredo cum proventibus, & iuriſdictione totius territorij anno 1100. Funes *in Coronica Ordinis lib.* 1. *cap.* 1.

Per mortem huius Principis ſucceſſit in Regno Balduinus Primus Frater Gothufredi, qui regnavit vſque ad annum 1118. & etiam ſepultus fuit in eo loco, vbi in Sepulchro adſcripta fuerunt hæc verba: *Rex Baldovinus, alter Iudas Machabeus: ſpes patriæ, vigor Eccleſiæ: virtus vtriuſque: quem formidabant cuncti: cui dona, tributa ferebant Cædar, & Egyptus, Dan, ac homicida Damaſcus. Proh dolor! hoc modico clauditur tumulo. Hic Baldovinus obiit* 1118. *Dominica in Ramis Palmarum.* Pantaleon *vbi ſupra cap.* 23.

Deinde ſucceſſit in Regno Balduinus Secundus defunctorum Regum conſanguineus propinquior, cuius tempore Hoſpitale Divi Ioannis Baptiſtæ divitijs, ſanctitate, & devotione multum floruit; quia fratres Hoſpitalarij non ſolùm miſericordiæ, & hoſpitij opera exercere; ſed pro ſecuritate peregrinorum Occidentalium, qui ad ſacra viſenda ex omni Provincia, & gente proficiſcebantur, arma ſuſceperunt. Et confirmatus fuit Ordo à Calixto II. tunc temporis anno 1120. & ab Honorio II. anno 1125. licèt iam Hoſpitale exemptum fuiſſet; & Ordo confirmatus à Paſchali II. in Bulla 15. Februarij 1113. Funes *in Coron. lib.* 1. *cap.* 2.

Per mortem Balduini Secundi, quæ fuit anno 1131. regnavit in Hieroſolymis Fulcus Rex vnicus huius nomini, Comes de Anju in Gallia, & gener Balduini, maritus Meliſendæ, ſeu Mariæ Reginæ; qui quidem Princeps religioſos Hoſpitalarios, & Militares S. Ioannis multis fuit proſecutus honoribus; nam vt referunt Fr. Melchior Bandino *en los Fragmentos de ſu antigua Hiſtoria*. Iacobus Boſſius *in Hiſtoria Religionis*, & Funes *lib.* 1. *ca.* 5. cùm vinceret vrbem Berſabeam conſtitutam inter Dan, Paneam ſiue Cæſaream de Philippo, & terrá promiſſionis, ſituatam iuxta Aſcalon, eam obtulit in defenſionem equitibus Militaribus Sancti Ioannis anno 1133. vbi in eius præſidio ſtrenuè, & mirabiliter ſe habuerũt: ſed eũm impetus barbarię gentis continui forent, & defenſio pro tũe debilis fuiſſet, in vna victoria à barbaris obtẽta capti fuerunt tres equites, huius habitus, & Militiæ fratres de natione Galli in Provincia Picardię orti, iuxta Civitatem Lugdunenſem; de quibus erat ætate maior Dominus de Eppe, Secundus de Marchis, Caſtris in dicta Diœceſi Lugdunenſi. Saraceni cum fuiſſent in Aſcalon intellecta ęſtimatione, quam Chriſtiani ab equitibus habebant, in ſpeciali, & ſingulari dono obtulerũt eos Soldano Principi Egypti, qui Aliphæ nomine gubernabat Civitatem Memphim, quæ vulgò *Gran Cayro* dicitur. Et Soldanus multis ſuaſionibus, & promiſſionibus inſtavit equites, vt Chriſti fidem relinquentes, Mahometicam ſectam ſuſciperent: & recognoſcens integram ſtabilitatem in fratribus præcepit filiæ ſuæ Iſmeriæ, vt ſe offerens Chriſtianis reduceret eos ad fidem denegandã, ſicut multis inſtantis iam ipſe propoſuerat; in equitibus verò non ſolùm Iſmeriæ, & patris ſuaſiones nõ operaverunt, verùm eam ad Chriſtianam fidem ſuſcipiendam reduxere;

xere: & cùm multa narraſſent de Sanctiſſimę Virginis Deiparæ virtutibus, flagrante Iſmeria deſiderio de aliqua eius imagine, eques ętate maior obtulit ei fabricare: ſed cùm non fuiſſet artifex, & ob id cõtriſtarentur, profundo ſomnio ſopitis, Angeli deſcenderunt, & imaginem Virginis relinquere, quam cum vidiſſent equites, gratias Domino Noſtro Ieſu Chriſto agentes gaviſi ſunt, & nunciantes Iſmeriæ ſimul fugere convenerunt, & invenientes ianuas Civitatis apertas in navem aſcenderunt miraculoſè ducente Angelo, tranſieruntque Nilum, & repentè omnes cum Imagene cognoverunt ſe eſſe in Gallia in Provincia Picardiæ iuxta eorum patriam, & caſtrum de Marchois in Diœceſi Lugdunenſi, à cuius Epiſcopo baptizata Iſmeria Mariæ nomen in baptiſmatis fonte ſuſcepit, & Templum Sanctiſſimæ Virgini ibi dicatum fuit, & propter lętitiã, quam Iſmeria, & Galli equites habuere, appellarunt Imaginem de Lieſſe, quod nomen lętitiæ in Latino idiomate correſpondet. Idem latiſsimè refert Paulus Claſcar *en el Triunfo de la Religion de San Iuan lib. 2. cap. 20. ex fol. 30.*

10 His & alijs in Orientis partibus his annis ſuccedentibus, in Occidẽti magnum nomen Religio S. Ioannis Baptiſtę, & devotionem apud Chriſti fideles conſecuta eſt, & maximè in Hiſpania. Nam cum ex his regnis ad Bellum Sacrum multi profiſcicerentur, vt Bernardus Archiepiſcopus Toletanus, cui ſummus Pontifex in hac occaſione conceſsit Primatum Hiſpaniarum, vt
11 ex Platina *in vita Vrbani II.* notat Archiepiſcopus Granatenſis *in*
12 *Hiſtoria Montis Celia cap. 9. fol. 57.* Et Alphonſus Sextus Rex Caſtellæ, vt ſcribit idem Platina *in Anaſtaſio Quarto* narrans, quod in Arabia in illa expeditione filius eius Sanctius occubuerit. Ritius *lib. 3. de regn. Neap.* 13
Genebrard *in Cron. lib. 4. anno 1110.* Et alij relati à Baldes *de præcedent. cap. 19. num. 16.* Et filius Ioannis Primi Portugaliæ Regis, qui electus fuit Princeps Antiochiæ, & ſepultus eſt in Nicoſia 14
Metropolitana vrbe Regni Cypri, cuius ſepulchrum, & Portugalię arma ibi ſculpta vidiſſe affirmat Fr. Pantaleon *in Itener. terr. ſanct. capit. 14. fol. 41.* Et alij multi Hiſpani, vt advertunt Sigibertus *in Chron. ann. 1096.* S. Antonin. *2. p. tit. 16. part. 3. §. 1.* Vaſeus *in Chron. lib. 2. ann. 1096.* Tancus *in Palidonia Turcarum lib. 20. cap. 3. §. 1. in 3. cap.* quod adeò eſt verum, vt addat Zurita. *1. part. anna. cap. 32. lib. 1.* quod Vrbanus Secundus Pontifex in Concilio Claramontenſi hoc exemplo inflamavit animos plurių narrans quod ex finibus vltimis orbis Hiſpani venere, quidquid Paulus Æmilius *lib. 4. in Philippo Primo* contrarium ſcribat, cui fides in hoc danda non eſt, cùm alij plures affirment, & ſepulchra in illis Oriętis partibus inventa ſic fuiſſe clarè manifeſtent. Cum igitur tanti Principes ex Hiſpaniarum Regnis ad ſacrum Bellum profiſcicerentur, & initia, & progreſſus ſacræ Religionis S. Ioannis Baptiſtæ, tam in Hoſpitalitate, quàm in hoſtilitate erga Saracenos cognoſcerent, & admirarentur: adeò ſancta hæc congregatio accepta fuit Hiſpanis, vt Alphonſus Rex Aragoniæ, & Navarę Primus huius nominis, qui etiã 15
fuit Rex Caſtellæ Septimus huius nominis, qui electus fuit Imperator, & nominatus *el Bataliador*, in teſtamento facto in Obſidione Baionę in Galia menſis Octobris anno 1131. ſub cuius diſpoſitione deceſsit poſtea anno 1134. in prelio de Fraga ſine filijs, legavit Regna

propria

propria Aragoniæ, & Navarræ huic ſacro Ordini, & Religioni Templariorum, & S. Sepulchri, vt author eſt Zurita *lib.* 1. *Annalium Aragon. cap.* 49. & ſucceſſores in Regnis ſe compoſuere cum omnibus intereſatis in hæreditate affirmant authores. Micheli *en el Teſoro Militar de Cavalleria fol.* 40. Funes *in Coron. lib.* 1. *cap.* 2. qui inquit, primum Magiſtrum Fr. Raimundum de Podio veniſſe in Hiſpaniá, & anno 1140. tranſigiſſe hæreditatem, quia Comes Don Ramonius Berenguel occupaverat iam præcipua loca Regni Aragoniæ; qui quidem Princeps in Barcinona erexit Domũ S. Ioãnis, habitumq; Ordinis ſuſcepit, & ſub Regula, & Habitu Militari deceſſit. Funes *cap.* 3 Claſcar *vbi ſupra lib.* 2. *cap.* 10. *fol.* 77. qui ibi etiam eundem Habitum ſuſcepiſſe Andræam Regem Vngariæ refert.

17 In his temporibus, duobus equitibus S. Ioannis Baptiſtæ, qui in Alcarria in Regno Toleti venationi dabantur, apparuit miraculoſè Virgo Sanctiſſima Deipara dicta de la Salceda, quæ in magna tempeſtate tanquam ſol refulgens in Monte Celia ſupra Salicem arborem viſa eſt. Cuius apparitionem, & antiquitatem latiſsimè deſcripſit Archiepiſcopus Granatenſis in ſua Hiſtoria maximè *ex cap.* 8. cum ſeqq. qui ex Gonzaga *tract.* 3. *de Provinc. Caſtell. cap.* 6. notat, quod in tempore apparitionis Villam de Peñalver in dicta Provincia Alcarriæ pertinuiſſe ad ſacram Militarẽ Religionem S. Ioannis Hieroſolymitani, licèt nunc alterius ſit dominij. Funes *p.* 2. *lib.* 4. *cap.* 6. & eodem tempore Nobilis Vrraca filia Regis Alphonſi Sexti, & mater Imperatoris donavit Religioni, & primo eius Magiſtro Raimundo de Podio oppidum de Paradinas, & Fraginum vetus, & alia oppida ab Alphonſo Septimo tunc temporis Ordini donata refert Roman *lib.* 7. *de la Republ. Chriſt. cap.* 7. Funes *cap.* 1.

Decedente autem poſtea in Antiochia Rege Fulco anno 1142. ſucceſſit in Regno Hieroſolymitano filius eius primogenitus Balduinus Tertius, in cuius tempore cùm Religio non ſolùm in Orientis, ſed & Occidentis partibus in divitijs, & nomine creſceret, Pontifex Lucius Secundus electus die vigeſima ſecunda Martij anno 1144 confirmavit Ordinem, & normam viuendi, cum multis gratijs, & privilegijs, ſub titulo Divi Ioannis Baptiſtę, & ſub regula Divi Auguſtini. Et cum paulo poſt Pontifex decederet, & ſuccederet in Cathedra Divi Petri, & Sede Apoſtolica, Eugenius Tertius, electus die 27. Martij anno 1145. confirmavit quoque Ordinẽ, & regulam, ſeu normam vivendi; & conceſsit fratribus facultatem, vt pallio nigro induerentur, ornati Cruce alba octogona, vt præter Hiſtoricos authores iam citatos tradunt Aſcanius Tamburinus *tom.* 2. *de iure Abbat. diſp.* 24. *q.* 4. Carol. Maranta *reſp.* 3. *p.* 4. *num.* 35.

Mortuo deinde Balduino Tertio ſucceſsit in Regno Amalaricus Primus; & eo defuncto Guido de Luſignano eius gener maritus Reginę Sibillę filię maioris Amalarici. Et in his temporibus, & annis bellum perpetuum ſuſtinuerunt Chriſtiani Orientales, maximè Religiones Militares S. Ioannis Baptiſtę, Templariorum, & Conſtantinianorum. Et Rogerius de Balbin ſecundus Magiſter Ordinis in Civitate Sichem magnum ædificavit Hoſpitale anno 1180. vt in lapide marmoreo ſculptum invenit, & legit Pantaleon *in Itiner. ter Sanct. cap.* 79. quod ita eſt: *Hoc habitaculum ædi-*

ficatum fuit in honorem Dei, & Beatæ Mariæ, & Sancti Ioannis Baptiſtæ, ad habitationem peregrinorum, Rogerio Magiſtro Hoſpitalis Hieruſalem anno ab Incarnatione Domini 1180. *Beati qui ambulant in domo tua Domine, in ſæcula ſæculorum laudabunt te.*

22 Sed deficientibus armis auxiliaribus Occidentis, & ob peccata Chriſtianorum, Dei permiſsione, Sancta Civitas Hieroſolymitana capta fuit à Saladino Soldano Egypti in die ſecunda Octobris anno 1187. regnante in illa Guido de Luſignano, qui tunc temporis captivus exiſtebat ſimul cum Gerardo Ridefort Magiſtro Templariorum, qui antea capti fuere in infœlici prælio de *Etim*, & poſtea permutatione, ſeu traditione Civitatis Aſcalon reſtituti.

23 Occupata à Saladino Hieroſolymitana vrbe, exireque coactis omnibus Militaribus equitibus, Sancti Ioannis Baptiſtæ fratres primò domicilium collocaverunt in vrbe de *Tripol*, deinde in vrbe de *Acre* olim dicta *Ptolemaida* iuxta vrbē *Tiri, & Sidoni* ſexaginta milliarum vrbis Hieroſolymitanæ, vt deſcribunt omnes Hiſtorici, & ex Hiſpanis Marchio de Tarifa *en el Viage de Ieruſalem cap.* 3 *fol.* 124. Argote de Molina *en la Nobleza del Andaluzia lib.* 1. *cap.* 32. Micheli *vbi ſupra fol.* 40. Et ibi anno 1240. deceſsit Sanctus Gerardus Florentinus, fuit Religioſus Hieroſolymitanus in gradu ſervientium armorū; primò autem fuerat Religionis Se-

24 raphicæ, velut alij volunt Carmelitę, vtraque enim Religio eum depingit cum Cruce S. Joannis; fecit multa miracula, & decem, & octo victorias de Saracenis Dei favore militans in Religione Hieroſolymitana obtinuit. Funes *lib.* 1. *Coron. cap.* 22. Paul. Claſcar *en el Triunfo de la Orden lib.* 2. *cap.* 6. Alphonſus de Andrade *in libro dicto el buen* 25
Soldado cap. 23. Et anno 1242. pro fide paſſus eſt martyrium Sanctus Nicaſius eques Hieroſolymitanus. Et eodem tempore fuit in Polonia in Civitate Calatagirona Sanctus Gerlandus eiuſdem Ordinis, qui 26
etiam divina providentia miracula multa operatus eſt, quorum vitas refert Funes 2. *p. lib.* 4. *cap.* 6. Et 27
Beatus Petrus Imola inſignis Iuriſconſultus, & Prior in vrbe, qui obijt anno 1320. & ex Sepulchro manum eduxit, & detinuit ſchalam cum homine labentem; vt hæc, & alia tradit Funes *dict. cap.* 6.

In Occidentis partibus hiſce 28
temporibus Religio non diminutionem, aut detrimentum, ſed honores, divitias, & proſperitates conſecuta eſt. Nam multi ex equitibus in bellis contra Reges Mauros, qui aliquas Provincias poſsidebant, militabant: maximè in Hiſpania in recuperatione Regnorum Cordubæ, & Hiſpalis, vbi hæc ſcribimus, & conſtat ex Coronica Sancti Regis Ferdinandi Tertij *cap.* 36. vbi dicitur; Priorem, & equites Milites S. Ioannis de Acre occupaſſe vi armorum oppidum *de Loria*, quod eis fuit in præmium à Rege donatum; & hodie eſt Baiulivatus Religionis; & idem firmat Mariana *en la Hiſtor. de Eſpañ. tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 5. & tunc appellabantur equites de *Acre*, quia Conventus eorū erat in prędicta Civitate: & ſic nominavit eos Rex Alphonſus dictus Sapiēs, in partitione originali facta Ordini in die prima Maij ann. 1253. 29
de terris, ſeu fundis Hiſpalenſis noſtræ vrbis, vt ſic affirmat Micheli, ibi: *En eſte tiempo los llamavan Cavalleros de la Orden de Acre, por eſtar ſu Convento aora en ella, como parece por el repartimiento original, que el Rey Don Alonſo el Sabio*

hizo

hizo a eſta Orden, y de ſu tierra, en primero de Mayo del año de 1253. a los que en ſu conquiſta avian ſervido a ſu Padre el Santo Rey Don Fernando el Tercero, porque haziẽdo gracia y merced a eſta Religion, del heredamiento de Alhadrin, en el termino de Aznalfarache, la llamò el miſmo Rey en eſta eſcritura Real: San Iuan de Acre, y no de Ieruſalem.

30 Cuius nomen de *Acre* perpetuum erit in hac Prouincia Bœtica, & maximè in noſtra vrbe Hiſpalenſi, quia Sanctus Rex Ferdinandus ſtatim ac vicit, & ingreſſus fuit triũphator in vrbem, hæreditavit Ordines Militares, vt refertur in Coronica *cap.* 74. & omnes ſimul in eodẽ loco, ad litora Bœtis, Ordinem S. Ioannis, vbi territorium cum iuriſdictione conceſsit, & Conventum cum Parochia Religioſæ ædificavit, dicta vſque indiem *San Iuan de Acre*; & Ordinem Militarem Sancti Iacobi de Spatha, vbi eſt Conventus inſignis, ex quo fuit Canonicus Regularis doctiſsimus Arias Montano, qui ibi ſepultus eſt, cuius Militaris Conventus ſum quoq; titularis Advocatus, & Ordines Calatravæ, vt Alcantaræ, vbi his diebus reædificata eſt antiqua Capella, & Templum dictum *San Benito de Calatrava*. Et de Eccleſia, & Conventu dicto S. Ioannis de Acre eſt ſpecialis Bulla Clementis VIII. quę incip. *Marcellus Lantes* data Romę die 27. Novembr. ann. 1567. quæ conceſſa fuit Priori Fratri Ioãni de Avila in cont adictorio iudicio cum Dignitate Archiepiſcopali ſuper libertaté, & exemptionẽ iuriſdictionis, & in ea concedit ſummus Pontifex Priori nominato, & electo ab Ordine, liberam iuriſdictionem ſpiritualem in vicinos, & parochianos habitantes intra limites dicti Prioratus, ſicut habuerant Priores anteceſſores ab ea die, qua Sanctus Rex Ferdinandus occupavit Civitatem, & conceſsit territorium Religioni, in cuius poſſeſsione erat Prioratus tempore motæ litis, de quo ſuo loco Deo favente dicetur.

His temporibus in Hiſpania anno 1286. floruit ſanctus Hieroſolymitanus Fr. D. Garcia Martinez Commendatarius ratione Luſitanus, fuit ſepultus in Monaſterio de Leza, vbi inſignia miracula operatus eſt. Funes *lib.* 1. *Coron. cap.* 26. Claſcar *vbi ſupra lib.* 2. *cap.* 4. vbi *cap.* 3. alium Sanctum Genuenſem nomine Vgonem refert. 32

In dicta vrbe de Acre in Paleſtinę Regno permanſere Magiſter, Baiuivi, Priores, Commendatarij, Equites, & cæteri religioſi huius ſacri Ordinis S. Ioannis Baptiſtæ militantes per mare, & in terra contra Infideles Orientis vſque ad annum 1291. in quo vi armorum á Meleſates filio Soldani Egypti capta fuit vrbs à poteſtate, & dominio Chriſtianorum Occidentalium; & à tota Paleſtina expuſi cum pluribus Chriſtianis ad Inſulam *Cypri* appulerunt; & cum ibi permanere non potuiſſent, ſedem poſtea conſtituerunt in Inſula parvula Provinciæ Lyſiæ in Aſia Minori, quę nominatur *Macre*, vt præter multos antiquos ex Hiſpanis ſcribit Marchio de Tarifa *vbi ſupra cap.* 3. *fol.* 124. 33 34

Sed cum ibidem Religio valdè ſtrictè ſe haberet, & locus Macre non fuiſſet opportunus magnitudini Ordinis, & multitudini Equitũ, qui ex Paleſtinæ Regno deſcendebant, bellum per mare parantes ad Inſulam Rhodum venerunt, & vi armorum anno 1308. occupârunt. Circa cuius narrationem variè Hiſtorici ſe habent, vt notant Petrus Gregorius *lib.* 15. *Syntagm. cap.* 34. 35

num. 12. Gaſpar Klekius *de contributionib. cap.* 14. *num.* 72. nam aliqui dixerunt eam Inſulam à Gotho fredo Rege vrbis Hieroſolymitanę primò conceſſam fuiſſe; alij ab Imperatore Conſtantinopolitano donatam dicunt; vt Marchio de Tarifa *dict. cap.* 3. ibi: *Deſpues deſto Frey Folco de Viared, Maeſtre, ſuplicò al Emperador de Conſtantinopla, le ficieſſe merced de alguna tierra, en que buenamente pudieſſe viuir ſu Religion: pues avido reſpeto el Emperador a tan juſta demãda, tuvo por bien de darle la Inſula, è Ciudad de Rhodas: de la qual queriendo tomar poſſeſſion, hallò gran reſiſtencia por las gentes de la tierra, que eran ſoberuias, y malas, y aun infinitas vezes ſe avian revelado, denegando el dominio à ſu ſeñor el Emperador. Aſſi que convino a las Cavallerias deſta Orden meterſe en las armas para contra ellas, y en breves dias han en ſu poder la Ciudad, è Inſula, y Fortaleza del Filermo, en que algo mas ſe detuvo, empero al fin ovo de venir a obediencia, como todo lo otro: y entraron en la Ciudad de Rhodas los Cavalleros, y Religion dia de la ſolemne fieſta de la Aſſumpcion de Nueſtra Señora, año de mil y trecientos y nueve años. Y deſpues de cierto tiempo huvieron las Inſulas de Lango, y Calamo, y el Hierro, y Nizara, y Cartuz.* Hieronymus Roman. *lib.* 7. *de la Republ. Chriſt. cap.* 7. *fol.* 412. Claſcar *lib.* 3. *cap.* 3. *en el Trinfo de la Religion.*

36 Sed Platina Rhodum Inſulam à Turcarum Imperio vindicare Religionem anno 1308. teſtatur, & Clementem V. Pontificem Maximum ius Inſulæ conceſſiſſe Religioni communiter notãt authores. Caſaneus *in catal. Glor. Mund.* 9 *p. conſid.* 4. Azor *inſtit. Moral.* 1. *p. lib.* 13. *cap.* 5. *q.* 3. & alij apud Tamburinum *de iur. Abbat. tom.* 2 *diſput.* 24. *q.* 4. *num.* 21. Barboſa *de iur. Eccl. lib.* 1. *cap.* 41. *num.* 166. Caravalho *de vna & altera quarta* 1. *p. num.* 348. Funes *in Coron. lib.* 2. *cap.* 3. Santobinus *della origine de Cavallieri lib.* 2. *fol.* 32. ibi: *Hora dopo molti anni tolſero la famoſa Iſola di Rodi dalle mani de i Turchi, perilche Clemente V. Sommo Pontefice la conceſſe loro, & queſto fu l'anno della noſtra ſalute* 1308. *& benche alcuni vogliano, che Gottifredo primo Rè di Gieruſalemme Latino, donaſſe queſta Iſola aqueſti Cavalieri, nondimeno la primera opinione, e piu vera.*

Sed quidquid in hoc ſit, quod 37
ad rem noſtram attinet, eſt, quod capta Inſula, milites noſtri, qui primò dicebantur Joannitæ, Crucifeci, Hoſpitalarij, & Hieroſolymitani, à Sancto Ioanne Baptiſta Patrono, à Cruce Habitus, ab Hoſpitali, & à loco Hieroſolymis, & poſtea de Acre, dicti nunc fuere milites Rhodij, ſeu Rhodienſes, eo quod principalior locus Religionis in dicta Inſula Rhodi conſtituetus fuit. Eſt autem hæc Inſula in Provincia Lyſiæ ſita à Rhodijs, vt dicitur, condita. Et dicta fuit Rhodus, tùm à Rhodijs, tùm quia Rhodus nomen 38
Græcum correſpondet Latinè Roſis, dicatis apud Gentiles Veneri, cui Inſula adorationem præſtabat. Et in cæmentis ſubterraneis inventas fuiſſe Roſas metallorum teſtantur Pomponius, & Euſebius *ſupplem. Cron. lib.* 3. *fol.* 25. In ea vrbe fuit ſtatua Coloſsi, vnum ex miraculis Mundi, tãm mirabilis magnitudinis, quòd minimus digitus manus erat maior maiori ſtatua, quæ in orbe cognoſcebatur; de quo ſcribit Petrus Mexia *in Silva de varia leccion p.* 3. *cap.* 32. Funes *in Coron. lib.* 2. *cap.* 3. qua Statua, & Coloſſo diruto anno 650. milites Soldani 39
Egypti

Egypti, qui Inſulam Rhodum devaſtarunt, nongenteſsimos Camelos fracmentis metalli vectos in Egyptum tulerunt Sabel. 3 *part.* Et propter hanc ſtatuam, & alias centum Coloſſorum minoris magnitudinis Divus Paulus Habitatoribus, & Incolis Rhodi ſcribens in ſua Epiſtola appellavit eos Coloſſenſes. Caſaneus *vbi ſupra conſiderat.* 4.

40 Hęc Inſula ab Horatio clara Rhodus vocatur, nam vt Solinus author eſt, nunquam dies ita nubilus eſt, vt Sol in hac Inſula non conſpiciatur. Ibi orta fuit horrenda Serpens, quam inconſulta Religione, & Cœtu in ſingulari pælio divino
41 tamen auxilio occidit Frater Deodatus de Gozon, qui poſtea electus fuit Magiſter. Legat curioſus Paulum Claſcar *vbi ſupra lib.* 3. *cap.* 6. & Coronicam Funes *lib.* 2. *cap.* 7. *& cap.* 17. vbi agit de Canibus magnis, quos habebat Religio in defenſionem
42 Caſtelli S. Petri, qui o factu cognoſcebant Turcas, & in eos ſæviebant, & Chriſtianos indulgebant, & caſum mirandum refert vnius canis, qui Chriſtiano in ſpelunca abſcondito, ne Turcę eum occiderent, panem multis diebus detulit, & vitam ſalvavit. In prædicta igitur Inſula Chriſtiani Orbis Præſidio, & Murice ſedem principalem habuit Religio ducentis, & terdecim annis, quinque menſibus, & octo diebus. In cuius temporis curriculo mirabiliter, & ſtrenuè nomen Chriſtianum opitulantes Equites, Athlerę, & Machabeorum ſectatores, plura prędia terreſtria, & navalia vicerunt; quæ omnia vt miraculoſa poſſunt enarrari, quia ſemper Religio in armis fuit inæqualis potentiſſimis Turcarum Imperatoribus, & Egypti Soldanis: quę omnia in Hiſtorijs Religionis latè deſcribuntur, & non ſunt noſtri inſtituti; quare omnibus omiſſis, vnam, quę pro cunctis valet, referam, in devotionem Sanctiſsimæ Deiparæ, Religionis ſemper adiutricis, protectionis, & ſalutis. Anno 1480. Mahomat Othomanus Impe ator 43
Turcarum, poſtquam vi armorum duo imperia, & duodecim regna debellaverat, victoriarum ſuperbia vanus, cum potentiſsimo exercitu terreſtri, & navali venit in Rhodũ, gubernante Barbarorum multitudine Baſſa Duce de nation Græci, deſcendente à Paleologis Imperatoribus Græciæ. Cum tàm inſuperabili, & formidabili potentia devaſtavit Inſulam, & circumvallavit, & obſiduit Civitatem, & cum nobiliſsimi equites in maiori conflictu videbantur, de viribus humanis diffiſi, reſpicientes in Vexillo, ſeu Labaro, qui erat in muro, Imaginem Sanctiſsimæ Deiparæ, & Ieſu Chriſti Domini Noſtri, & Sancti Ioannis Baptiſtæ, intercedendo humiliter, liberaſſet Chriſtianum populũ à Barbaris, dicunt Hiſtorici, quod Virgo Sanctiſsima ſurgens in manu lanceam cum ſcuto fulgenti in brachio exijt à Vexillo contra Turcas ſimul cum homine pulchro, & ardẽti, licèt veſtibus humilibus induto, qui erat eius Filius Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui in veſtibus ſignificare voluit ſe habere, vt militem ſuæ Matris; & ita Deipara viſa fuit ducens copioſiſsimum exercitum Angelorum contra Barbaros Turcas: qui cum vidiſſent apparitionem, ſtatim ignominioſè fugerunt; & Civitas, & Inſula favore divino ab obſidione liberata fuit. *Supplem. Cron. lib.* 13. Archiepiſcopus Granatenſis *in Hiſtoria Montis Celia lib.* 1. *cap.* 11. *fol.* 86. Sanſovinus *vbi ſupra lib.* 2. *fol.* 32. Romã *dict. cap.* 7. vbi Sanctum Ioannem Baptiſtam etiam viſum eſſe in hac apparitione affirmat Funes *lib.* 4. *Coron. cap.* 16. Claſcar *lib.* 3. *cap.* 10.

Curren-

44 Currentibus annis Turcæ vicerunt vrbem Conſtantinopolitanã, ſedem Imperatorum Orientis, & caput totius Græciæ anno 1453. de cuius Civitatis origine, & progreſſu vſque ad debellationem Turcarum ſcripſit Petrus Mexia *in Silva de varia leccion 1.p.cap.12.* Funes *in Coron.lib.3.cap.9.* Et pluribus Regnis, & Provincijs ſubiectis Solimanus Turcarum Imperator, & Chriſtiani nominis mortalis inimicus, & ſpecialiter Equitum, qui multoties Claſſes eius debellabant, cũ
45 infinita militum multitudine Rhodum obſiduit: & licét Magnus Magiſter Frater Philippus Villers de Liſſadam de natione Gallus fortiter ſe defenderet, & ſtrenuè dimicaverit, deficientibus armis auxiliaribus Occidentis, non tàm victus, quàm innumerabili multitudine ſuperatus, honeſtis conditionibus, & pactis traddidit Civitatem die 25. Decembris anno 1523. de cuius obſidione eſt ſpecialis Hiſtoria ſcripta à Iacobo Fontano, & à Chriſtophoro de Arcos teſtibus oculatis illius; & oratio ſpecialis ſcripta per Fr. Thomam Guichardum Rhodium, quam de ea expugnatione apud Clementem VII. Pontificem Maximum habuit Funes *lib.6.Coron.* Claſcar *lib.4 cap.4.*

46 Sic relictis Orientalibus regionibus exules Magiſter, & Equites venerunt in Occidentem; & dono acceperunt ab invicto Rege Carolo V. Imperatore Inſulam Melitenſem, Gaudiſium, & Tripol; & in dominij traditi, & accepti ſignum, quotannis in feudum, avem venaticam, Hiſpanè *Azor*, mittunt ad Reges Hiſpanię in Siciliæ Regno eam tradentes. Et Summus Pontifex Clemens VII. ius Inſulæ Magno Magiſtro conceſsit. Sic vitra hiſtoricos ex Theologis, & Canoniſtis referunt nouiſsimè Mendo *de Ordinib. Militarib. diſp.1.q.1. num.111.* Machado *en ſu perfecto Confeſſor tom.2.lib.5.par.4.trat.3. docum.6.* Barboſa *in ſumm. deciſ. collect.314. num.3.* Azor *inſt. mor. 1.p.lib.13.cap.5.q.3.* D. Franciſcus Merlino *lib.1. controverſ. cap.95. num.18.* Tapia *deciſ.8. num.23.* Baldès *de præcedentia Regum Hiſpaniæ cap.21.num.27.* Vbi hãc donationem Religioni factam à Rege Hiſpaniarum Inſulæ Melitẽſis inter magna obſequia, quæ Principes Hiſpani Eccleſiæ vniverſali fecerant, cum ratione quidem enumerat. Et donationis ſcripturam ad literam tradit Funes *in Coron. 2.p.cap.13.lib.1.*

In ea ergo Inſula Ordo ſedem 47
præfixit, ex qua Equites Melitenſes nominati ſunt. Eſt autem hæc Inſula in Mari Ionio non longe ab Africa, & à Sicilia, à Carthaginenſibus, vt refert Diodorus, condita. De qua Ovid. 3. *faſtor* cecinit. *Fertilis eſt Melite, ſterilis vicina Corſyræ.* In ea Princeps Apoſtolorum Paulus cum fuiſſet, mirabilia Dei in habitatoribus operavit, vt *in Actibus Apoſtolorum cap.28.* legitur; ibi vipera invaſit manum Apoſtoli, & excutiens in ignem, nihil mali paſſus eſt, cum ex veneno vita deficere, naturaliter neceſſarium foret, niſi Deus omnipotens Apoſtoli vitam à veneno præſervaſſet, patrem Publij Principis Inſulę, qui febribus vexabatur, ſalvavit; & omnes infirmos Inſulę curavit: & Apoſtolo gratos forè habitatores Inſulæ ipſemet fatetur in verbis, ibi: *Multis honoribus nos honoraverunt, & navigantibus impoſuerunt, quæ neceſſaria erant.* Vndè Inſula ſub Beati Pauli Apoſtoli tutela eſt, vt in honorem eius fatetur Gregorius XIV. in Bulla confirmatoria privilegiorum Ordinis de anno 1592. & viperę in Inſula non habentę

habent venenum; imò in lapidibus inveniuntur linguæ animalium nocivorum, quas eadem met terra profert, & ſunt remedia efficaciſſima contra venenum ex ea die, qua Princeps Apoſtolorum in Inſula fuit; vt hæc & multa de Inſula Melitenſi, antiquitate, rebus notabilibus, & illius habitatione deſcribit Funes *d. 2. p. cap. 15.*

48 Ibi ergo Magnus Magiſter inhabitat ſub nullius alterius Principis poteſtate conſtitutus; & eſt Dominus Inſulæ, & merum ac mixtum imperium erga omnes ſubditos habet; indè Ordinem gubernat; inſigne ibi Xenodochium pro ægrotantibus eſt inſtructum, vt primęvo inſtituto ſemper religioſi inſiſtant. Habent armamenta, & triremes, cum quibus quotidiè cum Turcis, & Saracenis Africæ dimicant, ſemper Chriſtianum nomen defendentes, & multas, & inſignes victorias Dei poteſtate, & auxilio Beatæ Virginis conſecuti ſunt; de quibus latè agunt Ioannes Antonius Viperanus *de Bello Melitenſi.* Iacobus Boſſius *in Hiſtoria Melitenſi.* Ioannes Auguſtinus de Funes *in Coron. Relig.* & in ſtatutis *ſub tit. 3. fol. 23.* deſcribitur ſolemnitas, quę fieri debet in feſto Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis ob victoriam contra Turcas eadie obtentam: quæ certè fuit vna ex maioribus, quas vnquàm Chriſtiani obtinuere. Nam cum

49 Turcarum tyrannus Chriſtiani nominis, & præſertim huius Ordinis acerrimus hoſtis, claſſem inſtructiſſimã anno Domini 1565. adverſus Ordinem miſiſſet, Inſulamque Melitam gravi obſidione, ac propè incredibilibus, tàm mari, quàm terra oppugnationibus, preſſiſſet, in eiſque tã pertinaciter, & obſtinatè, labore non intermiſſo, quatuor fermè meſes perſeveraſſet, vt Arce S. Elmi, quæ in faucibus portus ſita eſt, expugnata, alijs Arcibus, Caſtellis, & Propugnaculis everſis, ſolo æquatis, ac in planum effuſis, vicis, & villis accenſis, Templis dirutis, Inſula vaſtata, in magno diſcrimine, & periculo Equites verſarentur: Dei omnipotentis ope, fratrumque virtute ac conſtantia, inimicorum impetus, ita fortiter, & conſtanter ſuſtinuerunt, vt ad extremum hoſtes, advẽtu, & auxilio Claſſis Philippi Secundi, noſtri Prudentiſſimi, & Catholici Regis, Duce illius, & Præfecto Domino Garcia à Toleto Siciliæ Prorege, perterriti, re infecta, maiorique exercitus parte interempta, turpiter diſcedere coacti fuerunt. De quo latè Funes *p. 2. lib. 5. & 6.* vbi *cap. 1.* in ea occaſione Turcas martyrium dediſſe Fratri Ioanni de la Riviera, dicit, Claſcar *lib. 5. cap. 2.*

Vndè bis Inſulam Melitam à 50
Hiſpaniarum Monarchis Religioni conceſſam poſſumus dicere; & vt propriam à Regia Maieſtate Catholica defendi. Etenim quamvis non fuerit in Hiſpania inſtitutus Ordo, Magiſtrumque Magnum in Inſula Melitenſi habeat, vt benè ad propoſitum inquit Mendo *de Ordinib. Milit. diſq. 1. q. 1. num.* 11. Reges noſtri, inter eoſque Carolus V. Imperator Auguſtus, patrocinium, redditus, ditiones, & tutamen pace ac bello ei Ordini ſuppeditavere, obſequium Eccleſię præſtantes, quã Militia hæc ab hoſtium incurſibus ſemper defendere totis conatibus curavit, ac Maurorum infeſtiſſimã gentem terra, & mari coercere, ne in Catholicos ſæviant, eoſque directis facultatibus, in ærcbam redigant ſervitutem. Quarè in Hiſpania plura loca, & Eccleſias obtinet Ordo, Prioratibus, Commendis, ac Beneficijs potitur; Equites ad Prioratus maiores Regnorum, Munia honorifica Ordinis, & ad

Commen-

Commendas vocantur; fratres vero Clerici ad Prioratus Eccleſiaſticos, & Beneficia admittuntur: & inſuper Monaſteria, & Collegia eis ſunt extructa, in quibus vitam in communitate religioſè tranſigunt, & ſtudijs literarum incumbunt; vt ſunt in Regno Toleti inſignis Conventus Sanctæ Mariæ del Monte, & in Salmantica prima Orbis Academia; & literarum omnium Muſeo Collegium Militare S. Ioannis.

51 Idem quoque notant Moreno de Vargas *en la Nobleza de Eſpaña diſcurſ.* 8. *num.* 5. Alphonſus Narbona *in l.* 29. *tit.* 6. *lib.* 1. *Recop. gloſſ.* 8. *num.* 3. vbi inquit, quod ob tot Beneficia, ſiue Prioratus, quos Equites Melitenſes obtinent in Hiſpania, non exteram Religionem, ſed noſtram potius vocari, & vt intra noſtra limina conſtitutam iure ac merito gloriari valemus. Vnde cum in dicta lege Regni prohibitũ ſit naturalibus Habitus Militares alienigenos ſuſcipere, Lex ipſa excipit huius ſacræ Religionis Habitum, nam propria hæc Religio videtur eſſe, & non alienigena, vt cæteræ Religiones Militares extra Hiſpaniam fundatæ. Cui addit Narbona, quod Equites huius inclytę Religionis leges Regni non comprehendunt in earum prohibitione, cum illi potius præmijs proſequi debeãt, & ad cœlum vſque laudibus evehi ob tot, tantaque in Chriſtianam noſtram Religionem fœliciter peracta, & quæ in dies ab ipſis laudabiliter peraguntur, quàm pœnis affici, & prohibitionibus huiuſmodi coerceri.

52 Auctus fuit Ordo elapſis temporibus, quia Innocentius VIII. anno 1490. ſuppreſſit, & ei vnivit Ordinem Militarem S. Sepulchri, & Ordinem S. Lazari Hieroſolymitani, & Domum de Monte Morillon Ordinis S. Auguſtini in Pictavienſi Diœceſi, cum omnibus prædictorũ Ordinum, & Domus redditibus, Magiſtratibus Generalibus, Archiprioratibus, Prioratibus, Præceptorijs, & omnibus alijs ad eos expectantibus: cuius aggregationis mentionem facit Pius IV. in Bulla, quæ incip. *Circumſpecta*, data Kalend. Iulij anno 1560. & extat in Bullario Ordinis *pag.* 1. & apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *fol.* 9. notant Mendo *diſq.* 1. *q.* 5. *num.* 113. Barboſa *in ſumm. deciſ. Apoſtol. collect.* 313. *num.* 3. vbi initium Religionis S. Lazari deſcribit, de qua Paulus Morigia *de origine Religionum lib.* 3. *cap.* 7. Sanſovinus, Syluester Marullus, Aubertus Miræus, Petrus Belloius, Carolus de Tapia, Alphonſus Narbona, Lezana, Aſcanius Táburinus, & Ioſephus Micheli, quos enumerat Barboſa *num.* 1. & de origine Religionis Militaris S. Sepulchri Illeſcas *in Hiſtor. Pontif. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 20. Euſebius *in vita Conſtantini lib.* 4. Iacobus Boſſius *tom.* 1. *Hiſtoriæ Militenſis lib.* 5. *anno* 1143. Barboſa *collect.* 304. *num.* 4. vbi inquit, quod amiſſis Hierosolymis, electiſque à Syria in totum Chriſtianis, qui ex Equitibus S. Sepulchri ſupererant, in Italiam remigrantes partim Perugiæ conſederunt, Rhodianæ Militiæ, nunc Melitenſi iuſſu Innocentij VIII. adſcripti ſunt; id quoque notavit Micheli *en el Teſoro Militar pag.* 15. vbi *pag.* 61 Ordinem S. Ioannis de Ancona, & S. Thomæ aggregatũ etiam fuiſſe Ordini Melitenſi refert Mendo *diſq.* 1. *q.* 2. *num.* 49.

53 Fuit etiam auctus Ordo ex bonis Templariorum immobilibus, & quæ ſolo continebantur; nam Pontificis Clementis V. decreto Sancti Ioannis Hoſpitalarijs Equitibus aſſignata ſunt; vt notant authores, qui tragicum finem Templariorum deſcribunt, & inter alios Petrus Grego-

Gregorius *lib.* 15. *ſyntagm. cap.* 34. *num.* 6. Azor *Inſt. Mor. p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 6. *q.* 1. Valenzuela Velazquez *conſ.* 115. *num.* 3. Gaſp. Klokius *de contribut. cap.* 14. *num.* 73. Caravalho *de vna & altera quarta. 1. p. num.* 348. Mendo *diſq.* 1. *q.* 5. *n.* 13. vbi narrat, quod extinctis Templarijs, plurima eorum bona, maximè extra Hiſpaniam, huic Ordini ex Pontificia largitate accrevere. Caſaneus *in Catal. Glor. Mund. p.* 9. *conſid.* 5. Petrus Mexia *in Silva de varia lection. p.* 2. *cap.* 4. *in fin.* Roman *in Republ. Chriſt. lib.* 7. *cap.* 7. de cuius Religionis origine ſcripſe
54 runt Polidorus Virgilius *lib.* 7. *de inventorib. rer. cap.* 5. Philipp. Bergom. *in ſupplem. Chronic. lib.* 12. Sanſovinus *tit. de Cavalieri Templarij fol.* 37. Vitriaco *in Hiſtor. Orient. cap.* 65. Micheli *vbi ſupra fol.* 19. & quamplures relati à Barboſa *de iure Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 41. *num.* 76. & à Valenzuela *d. conſ.* 115. *num.* 1.

55 Quo autem iure Ordo Templariorum everſus, ac pænitùs extinctus fuiſſet, latè agunt Platina *in vita Clem. V.* Roman. *d. lib.* 7. *cap.* 6. Vitriaco *cap.* 66. Sanſovinus *vbi ſupra.* Guaginus *lib.* 7. *de rebus Francorum* Æmilius *eod. tract. lib.* 8. Volaterranus *comment. lib.* 21. S. Antoninus *p.* 3. *Hiſt. tit.* 21. *cap.* 1. *§.* 3. Et ſatis fuſè & doctè Azor. *d. ca.* 6. Petrus Mexia. *d. p.* 2. *cap.* 4. Multi dicunt, deletos fuiſſe Templarios ob impiam Religionem, ob nefaria flagitia, & turpia quædam, & obſcœna illorum vitia, & ob læſæ maieſtatis crimen; ſic Platina, Polidorus, Æmilius, Guaginus, & multi relati à Barboſa *num.* 83. Alij verò
56 tradidere eos Philippi Francorum Regis avaritia, & iniquitate, inſontes damnatos; ita Iacobus Moguntinus, Sabellicus, Naucle-rus, Boccaſius. S. Antoninus, & alij per Barboſ. *num.* 78. In Hiſpania communi patrum ſuffragio pro eorum innocentia Salmanticæ pronũciatum eſt, vt refert Mariana *de rebus Hiſpaniæ lib.* 15. *cap.* 10. itẽ & in Germania, vt teſtatur Naucle-rus *in Chron. lib.* 2. *generat.* 44. Pro 57
vtraque parte multa adunt authores. Pro extinctione ſtudet authoritas Pontificia, & Concilium Ge- 58
nerale Viennenſe, vbi cauſa Templariorum cognita, decretum fuit, vt eorum nomen, & Ordo pænitus è medio tolleretur. Pro innocentia facit, quod ex exceſſibus Religioſorum non ſunt Ordines reijciendi, ſed Religioſi emendandi, vt ſcribit Pelagius relatus à Gratiano *in* 59
cap. fraternitatis. 34. *diſt.* Virginius Alviſet *de Privilegijs Regular ſect.* 4. *dub.* 6. *num.* 22. Nec vniverſitas debet condemnari pro peccato vnius certi, vel incerti. Bald. *in l. Polla.* 1. *col. ad fin. verſ. extra. C. de his qui. vt indign.* Bartol. *in l. aut facta, in fin. in pen. q. ff. de pœnis.* Lezana *conſulto.* 40. *num.* 29. Et quod veriſimile non eſt, ea delicta in omnes Provincias pervaſiſſe, nec ſingulos contaminaſſe, vt in Hiſpania, vbi ſine crimine inventi fuerunt. Et Pontificem vnà cum Concilio Patrum iuxta allegata, & probata in iudicio ſententiam tuliſſe, qua capitis condemnari iure potuerunt: & Regem [quod etiã Galli ſcriptores confitentur] lucri aviditate, & aulicorum aſſentationibus deceptum; confictas fortaſſis aliqua improborum hominum mendacijs crimina pro veris habuiſſe. Magiſter Templariorum, Mola, & Delphini cõſtantiſſimè affirmarunt crimina non commiſſiſſe, & Ordinem ſuum eſſe Catholicum, iuſtum, & ſanctum. Et cum vnus ex Equitibus deferebatur ad ſupplicium in Civitate Gaſcuniæ, Pontificem, 60
& Regem ad Divinum Tribunal

citavit, vt intra annum in Dei præſentia comparerent in iudicio cum eo; & termino non elapſo ſummus Pontifex, & Galliæ Rex ſimul deceſſerunt; vt inter alios referunt ex noſtris Petrus Mexia *in Silva de varia leccion. p. 3. cap. 22.* vbi alios caſus ſimiles citationis refert. Mariana *tom. 1. lib. 15. cap. 11. in fine.* Argote de Molina *en la Nobleza del Andaluzia lib. 2. cap. 46.* Barboſa *vbi ſupra num. 78.* Martinus delrius *diſquiſit. Magic. lib. 4. c. 4. ad fin.* & de exteris noviſſimè Gaſpar Kokius *de contribut. cap. 14. num. 73.* quorum interitus admirationis cauſam Orbi dedere; nam ſimilis appellatio, & citatio ad iudicium Dei in Valle Joſaphat, de qua plura exempla adducit Matthias
61 Stephanus *de iuriſ. tom. 1. p. 2. lib. 2. cap. 1. membr. 2. num. 189.* Diana *reſolut. Moral. part. 10. tract. 15. & 5. miſcel. reſol. 9.* Vt quando Ferdinandus Quartus Hiſpaniæ noſtræ Rex duos nobiles viros dictos
62 *los Caravajales*, perduellionis reos ex altiſſima Turri præcipites dari iuſſiſſet, ijque conſtanter crimen negarunt; & in terris nullum remedium habentes, ad Divinum Tribunal appellarunt, vt intra triginta dies iudicio cum eis ſiſteret: ſiquidem Ferdinandus poſtea trigeſſimo die, cum dormire crederetur in fata conceſſit; vt ſcribunt Ritius *lib. 3. de Regibus Hiſpaniæ.* Argote. *d. lib. 2. cap. 46.* Mariana *tom. 1. lib. 15. cap. 11. fol. 748.* Fr. Joannes Salvador *en el compendio de Hiſtorias de las antiguedades de Carmona diſcurſ. 5. de los Reyes de Caſtilla cap. 27. fol. 250.* Petrus Mexia *in Silva. d. p. 3. cap. 22.* Vnde dictus
63 fuit *Don Fernando el emplacado.* Dicta (inquam) appellatio, & citatio ad iudicium Dei, in probabiliori, & communi opinioni licita videtur, dum fiat non odio, & vindicta, ſed bona fide, vt innocentia appareat, & infamia à familia arceatur. Delrius. *d. 4. quæſt. 4. ſect. 1.* Carena *de offic. Inquiſit. part. 2. tit. 1. §. 10.* cum multis videndus Diana *aſſert. reſolut. 9.* vbi tradit, quid iudex debeat facere, cum reus citat illum ad Divinum Tribunal.

In hoc autem iudicium ſuſpendendo, quod ad Ordinem noſtrum facit, eſt, animadverſiſſe ſcriptores in deſtructione Ordinis Templariorum fœlicitatem Ordinis S. Joannis in duratione eius, cum tanta reputatione, & augmento, cùm Religio Templariorum eiuſdem fuiſſet inſtituti, & eodem tempore fundata in ſacro Bello Hieroſolymitano facto à Gothofredo. Et dicunt vni, divitias Templariorum ruinas illis paraſſe. Archiepiſcopus Granatenſis *in Hiſtoria de la Salceda lib. 1. cap. 9. fol. 63.* attribuit deſtructionem vnius, & conſervationem alterius, quod Templarij in Convé tibus ad vitam Monaſticam agendam, Militiam relinquendo reducerentur, cum rationi conſonum ſit, quod Monaſteria Militaria in Colonijs tantùm, caſtris, & præſidijs ædificentur, vbi fratres potiantur libertate vt Milites, non ſtricta Congregatione Religioſorum, ibi: *Pero yo juzgaria que el aver recogido Soldados a vida monaſtica, donde la caxa, el pifaro, y el exercicio de las armas eſtava haziendo oposicion al ſilencio y recogimiento, y aviendo tanto que ſe davan la batalla ſera fuerza quedar por alguno de los dos el campo; que los Monaſterios de las Ordenes Militares, han de ſer en las Colonias, en los Preſidios, y Fortalezas, donde todo eſſo parezca bien, y no contradiga; y donde tengan libertad como Soldados, y no congregacion y eſtrecheza de Religioſos. Y en eſta forma ſe han conſervado los de San*

64

65

Iuan

Iuan, y en eſſotra vimos q̃ perecieron
66 los Templarios. Sed veritas eſt, quod ſacra noſtra Religio conſervatur ob integritatem, & puritatem Equitum, propter obſervantiam inviolabilem regulę, & piorum ſtatutorum, & propter protectionẽ Sanctiſsimę Deiparę, & Sancti Prę curſoris Baptiſtæ; & ideò in omnibus ſæculis multis donis, & privilegij fuit Religio illuſtrata, tàm à Summis Pontificibus, quàm à Catholicis Monarchis, vt benè notat Micheli *en el Teſoro Militar fol.* 41. ibi: *Vna de las maravilloſas pruebas de la grande integridad, y pureza de la obſervancia de la Religiõ de San Iuan fue eſta: Que quando la de los Templarios ſe hallò perdidiſſima, por los vicios que les imputaron, y comunicacion de la gente de Oriente, eſtuvieſſe ella muy ſanta, è inviolable en la conſervacion de ſus Catholicos, y pios Eſtatutos de ſu Regla, y forma de viuir.* Et ibi: *El Gran Maeſtre, y ſus Cavalleros, retirandoſe aora a Occidente, hizieron ſu aſſiento en Malta, Isla del Mar Ionio, cercana a Africa, y de Sicilia, por gracia, y donacion del Emperador Don Carlos Rey de Eſpaña, de Napoles, y Sicilia: en ella permanecen, por miſericordia de Dios, profeſſando ſu ſagrada Relion con mucha pureza, è integridad, ſiendo ſiempre los fronteros de Oriente en la defenſa de el Pueblo Chriſtiano, y los primeros en qualeſquier peligros, batallas, y aſſaltos entre todas las Ordenes Militares, como es notorio a todo el mundo: y aſſi con mucha razon, porque ella es la primera en ſu fundacion, y confirmacion de todas las que ſe han conſervado, y la que ha tenido ſiempre vniverſal patrimonio, abraçando a toda la Chriſtiandad, y juntamente la que pelea inceſſablemente en todas las ocaſiones generales, y particulares, cumpliendo con ſu antiguo inſtituto, que ha poco menos de quinientos años que ſe començò: ochenta y ocho Pontifices Romanos Vicarios de Ieſu Chriſto en la tierra, conociendo lõ mucho que eſta ſacra Religion merecia en el Pueblo Chriſtiano, como ſu primer frontero, y primer defenſor en los vmbrales de ſus enemigos, les concedieron maiores gracias, y privilegios que a todas las demas Ordenes Militares. Lo meſmo hizieron todos los Emperadores, y Reyes Chriſtianos, eſtimandola en tal honor, que a ſus Baylios, Priores, y Cavalleros de la Gran Cruz, los han favorecido. Clemente Papa V. le dio el Ius de la Isla de Rodas, y aviendoſela ganado por traicion el año de 1420. Mahomet Emperador Turco, Carlos V. y Clemente VII. le dieron la Isla de Malta, adonde oy es ſu Convento.* Et cõcludit author *fol.* 46. *Y por las grãdes hazañas, que por mar, y tierra han obrado contra los perſeguidores de nueſtra Santa Fe, y cada dia eſtan obrando, ſeran, por la miſericordia de Dios, perpetuos, pues lo ſon en fama, en honra, y dignidades en todo el Orbe.*

Initia ergo Religionis Hieroſo- 67
lymitanæ, & progreſſus hucvſque relatos ceeinit Rhodomanus Poeta apud Klokium *de contribut. cap.* 14. *num.* 72. Ita:

Regia quando
Sceptra adÿt Folcon, Equitum ſe congregat agmen,
Hoſpitium quis Ioannis cognomina ſancit,
His nigro Crux in ſagulo eſt argentea, vitæ
Teſſera belligera: fuit & cura vnica, ſacram

Si quis adit Solymam, tutos præstare recessus,
Accessusque mari, & terra fines quetueri,
Excubiasque agere assiduas pro gente piorum.
Hos Equites hodie Rhodicos cognominat vsus.
Namque Rhodum post ceperunt: qua perdita, inarcta
Se Melite contra Turcas fœliciter armant.

CAPVT III.

DE REGVLA, ET Instituto sacræ Religionis Hierosolymitanæ; vbi multa de Hospitalitate, & Militia, habitu fratrum, & obligatione recitandi horas Canonicas referuntur.

SVMMARIVM.

Religio nulla instituì potest, nisi aliquam ex Regulis antiquis ab Ecclesia approbatis accipiat. 1.

Regula vndè dicatur, & quotuplex in Ecclesia sit. 2.

Ordines Militares sub Regulis S. Basilij, S. Augustini, & S. Benedicti instituti fuere. 3.

Ordo S. Ioannis sub Regula S. Augustini approbatus fuit. 4.

Regula Ordinis S. Ioannis refertur. 5.

Vota tria castitatis, obedientiæ, & paupertatis constituunt Religionem in esse talis. 6.

Vota paupertatis, castitatis, & obedientiæ comprobantur ex sacræ paginæ locis. 7.

Ordo S. Ioannis Hospitalitatis, & Militiæ opus amplectitur. 8.

Hospitalitas commendatur ex multis. 9.

Hospitalarij dicuntur fratres S. Ioannis, & Religio fundata ad Hospitalitatem, in qua præcesserũt Templarios. 10.

Bellum Duobus modis est iustũ. 11.

Bellum ad defendendam Religionem Christianam est sacrum, & pium, vt Bellum Machabeorum. 12.

Votum eundi ad Bellum pro recuperatione Terræ sanctæ est antiquissimum, & reservatum. 13.

Militare institutum pro fide commẽdat Sanctus Bernardus. 14.

Sancti Bernardi locum adducũt authores pro Ordine Hierosolymitano. 15.

Militia pro Christo commendatur in statutis Ordinis. 16.

Milites dicuntur fratres S. Ioãnis, & gaudent omnibus privilegijs Militaribus 17. *& dicuntur Religiosi, & sacri.* 18. 19.

Vota tria Religionis rectè conveniunt Instituto Militari. 20.

Militiæ nihil excellentius, & præclarius. 21. *& 23.*

Bellum iustum omni iure est permissum. 22.

Sancti Patres ex militia laudem acquisierunt. 23.

Religio Hierosolymitana propugnaculum est, & antemurale Christiani populi. 24.

Summi Pontifices Religionem Hierosolymitanam laudibus vsque ad Cœlum extollunt, & referuntur verba aliquarum Bullarum pro Religione, & benemeritis Hierosolymitanorum. 25.

Cardinales S. R. E. qui habitũ Militarem S. Ioannis habuerunt, referuntur. 26.

Regula

Regula ex vi talis non obligat Regulares ſub culpa lethali. 27. *ex vi tamen promiſſionis, & voti quãdo obliget ſub culpa mortali traditur.* 28.

Capitula ad ſtatum perfectionis, & ad implementum Regulæ neceſſaria leguntur in Aſſambleis, quæ in ieiunijs quatuor temporum celebrãtur, & referuntur. 29.

Statuta de Habitu fratrum, & de Orationibus per fratres quotidie dicendis maximè ſpectant ad Regulæ inſtitutum. 30.

Habitus non facit Monachum. 31.

Habitus eſt ſignum demonſtrativum alicuius qualitatis. 32.

Habitus, & veſtis Ordinis Sancti Ioannis componitur ex clamide, ſeu mantelo nigri coloris, & Cruce alba octogona, & in pectore in parte ſiniſtra defertur, & quare. 33.

Habitum non deferens ab ſtatuto punitur. 34.

Habitum non deferens peccat mortaliter. 35. *& incidit in excommunicationem maiorem.* 36. *dum continuò, & in contemptum Ordinis nõ geſtet Habitum: ſecus ſi vno, vel altero die Habitum, ſeu inſigne non deferat.* 37.

Fratres Clerici S. Ioannis tenẽtur quotidie perſolvere horas Canonicas, Equites verò debent recitare Officium parvum Beatæ Mariæ, & Officium Defunctorum, ſeu vtriuſque loco centies quinquagies Orationem Dominicam, vulgò Pater noſter. 38.

Orationes recitare anteneantur Equites ſub peccato mortali. 39.

Lex aut ſtatutum quando ſub lethali culpa obliget. 40.

Commendatarij Hieroſolymitani tenentur ſub culpa mortali horas Canonicas recitare ex opinione Bonacinæ. 41. *ſed impugnatur.* 42.

Parvitas materiæ datur in recitatione horarum Canonicarum. 43.

EXpoſitis origine, & progreſſu ſacræ Religionis Hieroſolymitanæ, Regulam, & Inſtitutum deſcribere, recta dicendi methodus expoſcit. Et in primis animadvertendum eſt, Regulam ad perfectionem ſtatus Regularis adeò præciſam eſſe, vt in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. decretum fuit, quod nulla Religio inſtituatur, niſi aliquam ex Regulis antiquis ab Eccleſia approbatis accipiat; & Concilium Tridentinũ *ſeſſ. 25. de Regularib. cap. 1.* neceſſarium eſſe cenſuit præcipere, prout præcepit, vt omnes Regulares tã viri, quàm mulieres ad Regulæ, quã profeſsi ſunt, præſcriptum, vitam inſtituant, & componant. Nam Regula, vt explicat S. Iſidorus *lib. ethimologiar. cap.* 16. & continetur *in cap. 2. diſt. 3.* dicta eſt, ex eo quod rectè ducit, nec aliquando aliorſum trahit, vel ex eo quod regat, vel quod normam rectè viuendi præbeat. Ideò Sancti Patres Religionum fundatores Regulas inſtituerunt, & à Regulis, quas fratres profitebantur, Regulares dicti ſunt. Præcipuè tamen Regulæ, & quas Eccleſia approbavit, & vſque in diẽ ſervantur, fuerunt S. Baſilij, Sancti Auguſtini, & Sancti Benedicti: & ſub dictis Regulis omnes Religiones Militares inſtitutæ videtur; vt ſpecialiter de vnaquaque Religione Militari ſermonem facientes exponunt Laurencius Beierl. *in Theatro vitæ humanæ tom. 7. verb. Religio.* Aſcanius Tãburinus *tom. 2. de iure Abbatũ diſput. 24. quæſt. 3.* vbi *quæſt. 4.* ſub Regula Sancti Auguſtini Religionem Hieroſolymitanam Sancti Ioannis Baptiſtæ deſcribit; quia exordio Ordinis ſub prædictã

prædicta Regula Summi Pontifices Religionem approbarunt, vt in Bullis Calixti II. Lucij II. & Eugenij III. confirmatorijs Ordinis describitur: & continetur in Statutis antiquis Religionis *fol.* 5. & notarunt Volateranus *lib.* 21. *Anthropologiæ*. Hieronymus Paulus *in Provinciali Ecclesiarum*, & omnes, qui de gestis huius Religionis scripsere, quos iam *cap.* 1. *&* 2. citavimus, & passim in hoc opere referemus.

Regula igitur Hospitalariorũ, & Militiæ Ordinis S. Ioannis Baptistæ Hierosolymitani á Raimundo primo Magistro cum consilio fratrum iuxta Regulam Sancti Augustini instituta, & in statutis Ordinis relata *fol.* 1. ea est: *In nomine Domini, Amen. Ego Raimundus servus Pauperum Christi, & Hospitalis Hierusalem custos, de consilio Capituli fratrum instituo hæc in domo Hospitalis Sancti Ioannis Baptistæ Hierusalem. Præcipio enim, quod omnes fratres accedentes ad obsequium pauperum, & tuitionem fidei Catholicæ, teneant, & cum divino præsidio servent tria, quæ promissa sunt Deo, videlicet castitatem, obedientiam: hoc est, quod adimplebunt quidquid eis erit iniunctum à suo Magistro: atq; viuere sine proprio: quoniam Deus requiret hæc tria ab eis in vltimo iudicio.*

Et deveniendo ad huiusce rei explicationem notatur primò, in dicta Regula vota tria essentialia Religionis enumerari; in quo convenit Religio Hierosolymitana cũ Monachalibus, & Mendicantibus, licét non ita rigidè, & strictè serventur, sed iuxta propria statuta, & Religionis consuetudinem, quæ latitudinem aliquam statui Militari congruentem admisit. Quæ quidem vota castitatis, obedientiæ, & paupertatis Religionem in esse talis constituunt; vt probat S. Thom. 22. *quæst.* 186. *artic.* 2. *&* 3. & constat *ex cap. cum ad Monasterium, de statu Monach.* Concil. Trident. *sess.* 25. *de Regul. cap.* 1. Et sunt media necessaria ad status perfectionẽ consequendam; nam de paupertate Christus Dominus apud *Matth. cap.* 19. dixit: *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus.* De castitate Divus Paulus. 1. *Corinth. cap.* 7. *mulier inupta, & virgo cogitat, quæ Domini sunt, vt sint sancta corpore, & spiritu.* Et de obediẽtia *Matth. cap.* 16. *Si quis vult venire post me abneget semetipsum.*

Secundo ex dicta Regula notatur institutum; quod duas partes continet, Hospitalitatem, & Militiam, in quo convenit, & differt Religio Hierosolymitana S. Ioannis Baptistæ cum alijs multis, quæ sunt in Ecclesia Militanti; Nam aliæ habent solùm Hospitalitatis institutum: vt Religio Hospitalaria S. Ioannis de Deo, in Hispania primo erecta, in inclyta, & celeberrima Granatensi vrbe, vbi corpus Sancti Patriarchę in Conventu Minimorum Sancti Francisci de Paula custoditur: aliæ, Militiæ tantùm habent institutum, vt Ordines Sancti Iacobi de Spatha, Calatravæ, & Alcantarę. Religio autem S. Ioannis Baptistæ, vtriusque, & Hospitalitatis, & Militiæ opus amplectitur; in quo quidem excedit omnes Regulares: nam si Hospitalitatem consideramus, factum est ardentis charitatis; status autem perfectio in charitate consistit. S. Thom. 2. 2. *quæst.* 184. *art.* 1. *&* 3. Et ideò Divus Paulus *ad Colossens. cap.* 3. Charitatem *vinculum perfectionis* appellavit, & *ad Roman. cap.* 13. inquit, quod plenitudo legis consistit in illa: & Sanctus Prosperus

perus *lib. 3. de vita contemplativa cap. 14. nihil boni deeſſe poſſe, quibus charitas ineſt.* Quia, vt legitur Ioannis *Canon. 1. cap. 4. Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* Vndè meritò in Regula, quod fratres ad obſequium pauperum teneant, fuit ſanctiſſimè inſtitutum; & vt tale commendatur etiam in ſtatutis *ſub titulo 4.* vbi quod inter cætera pietatis atque humanitatis officia, communi totius populi Chriſtiani conſenſu, Hoſpitalitas primum locum obtinet vtpote, quæ alia omnia complectatur. Vndè ſi cà bonis omnibus magno ſtudio colenda eſt, quanto maiori ab ijs, qui Hoſpitalariorum Militum appellatione, & cognomento ſe notos eſſe volunt? Quapropter nihil potius illis faciendum eſt, quàm quod in nomine proferunt, re, & actis præſtent. Et cum hoc ſit primum inſtitutum Ordinis, Hoſpitalarij, dicuntur fratres ab Innocentio III. *in Cap. licet de Regularib. & in Cap. ex parte, de decimis, & in Cap. Canonica. 50. de ſent. excommunicat.* Scripto à Summo Pontifice *Magiſtro, & fratribus Hoſpitalis Hieroſolymitani.* Et Religionem ad Hoſpitalitatem fundatam dixerunt Lapus *in tract. de Hoſpitalitate, quæſt. 2. in 4. vol. tract.* Iacobus Puteus *deciſ. 382. num. 5.* Fr. Ioannes de Rioche *in vita Clementis V.* Vbi aſſerit, quod in Hoſpitalitate præceſſerunt fratres Militares S. Ioannis Baptiſtæ Templarios. Et Hoſpitalitatem, quam in Melitenſi Inſula exercent fratres, commendat Gregorius XIV. *in Bull. quæ incip. Quanta 25. Iulij. 1592.* Dicés, quod inter virtutes, quæ Theologicæ dicuntur, charitatem principé obtinere locum, quæ charitas nunc potiſsimum elucet eo in Hoſpitali, quod in Inſula Melitę, Beati Pauli Apoſtoli, cuius in tutela eſt, multis celebrata miraculis, ab eo Ordine conſtitutum fuit.

Secundum, & principale inſtitutum *tuitionem fidei Catholicæ* expreſſum his verbis in Regula. Opus eſt pium, ſacrum, & Eccleſiæ vniverſali vtile, & neceſſarium. Nam bellum duobus modis eſt iuſtum: nempè quando ordinatur, ſeu dirigitur ad vtilitatem temporalem alicuius Principis, quæ eſt ad reſtaurationem, vel conſervationem ſui iuris; vel quando immediatè ſit ad defendendam Religionem Chriſtianam, ſacroſanctam Fidem, Eccleſiam vniverſalem, & Chriſti populum, contra Chriſtiani nominis hoſtes, quo quidem caſu non ſolùm iuſtum, ſed ſacrum Bellum, & pium appellatur, vt fuit bellum Machabeorum ex mente S. Thomæ. 2. 2. *quæſt. 188. art. 3.* Et tale dicitur, quod debèt facere Princeps Chriſtiani ad recuperandam à Turcis Terram ſanctam, & ſacram Civitatem Hieruſalem, vbi myſteria, & opera Redemptionis humanæ ſalutis à Domino Noſtro Ieſu Chriſto fuerunt operata, & vbi ſacroſanctũ Sepulchrum eius veneratur. Vndè votum ad huiuſmodi bellum ſuſcipiendum antiquiſsimum eſt, & vnũ ex reſervati. *Cap. ex multa Cap poſtulaſtis de voto.* Et hoc inſtitutum, & opus commendat Sanctus Bernardus *in Serm. ad Milit. temp. c. 1.* vbi inquit, quod novum Militiæ genus ortum nuper auditur in terris, & in expertum omnibus ſæculis: quos gemino pariter conflictu, atque infatigabiliter decertatur, tũ adverſus carnem, & ſanguinem, tũ contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Quod autem vivens, vel moriens timeat, cui vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum? Gaude fortis Athleta, ſi vivis, & vincis in Domino: ſed magis exulta, & gloriare, ſi

ſi moreris, & iungeris Domino: ſi beati, qui in Domino moriuntur, multo magis, qui pro Domino moriuntur. O vita ſecura vbi pura cõſcientia! O verè ſancta,& tuta militia, atque ab illo duplici periculo libera, quo id hominum genus ſolet frequenter in militia ſęculi periclitari, vbi Deus non eſt cauſa militandi! Quoties namque congrederis, qui militas militia ſæculari timendum omnino, ne aut occidas hoſtem quidem in corpore,te autẽ in anima: aut tu fortè occidaris ab illo in corpore ſimul, & anima. Ex cordis namque affectu non belli eventu penſatur, vel periculum, vel victoria Chriſtiani. Et iterum *Cap.* 3. *eiuſd. Serm.* ibi: *Miles Chriſti ſecurus interimit, interijt ſecurior: ſibi præſtat cum interit, Chriſto cũ interimit.* Et eod cap. *Mors, quam irrogat, Chriſti eſt lucrum, quam excipit ſuum.* Divus Antoninus *in 2. p. Hiſtor. tit.* 15 *cap.* 20 Caſaneus *in Catalogo Glor. Mund. p.* 9 *conſid.* 4. Et pro noſtris Hierololymitanis Renatus Chopinus *de ſacra Politica lib.* 3 *cap.* 8 *num.* 23. Alexander Sperellus *deciſ.* 21. *num* 9. eumdemmet locũ refe ens Archiepiſcopus Granatenſis *en la Hiſtoria del Monte Celia lib.* 1. *cap* 11. *fol.* 88. ibi: *Que ſi San Bernardo, hablando de los Templarios, que ſe acabaron ayer, ſolo porque deſcubrieron camino de echar mano tan preſto al Roſario, como a la Eſpada, en defenſa y obſervancia de la Fè, nos llama y combida a todos, q̃ los ſalgamos a ver, venerar, y reſpetar, diziendo que es vna coſa nueva, no viſta, ni experimentada en el mundo. Y en el cap.* 3. *proſiguiendo en ſus alabanças, nos dize, que no puede perder el que encaminare por aqui ſu vida: porque yendo contra los enemigos de Chriſto, y de ſu Fè, ſi los mata, queda en la tierra con victoria, y ſeguridad; y ſi lo matan, haze ſu viage con mucha mayor al Cielo: ſi muere, a ſi ſe haze el biẽ: y ſi mata, a Chriſto; porque el ſe libra del peligro, y a Chriſto quita vn enemigo delante. Segun eſto, Religion que ſe ha conſervado en el valor de ſu braço, y esfuerço de ſu pecho tan valeroſamente, como la de San Iuan; que ha aunado en ſi Religion, y Soldadeſca: que campea, y ſe recoge: que no ſe le cae de la mano el Roſario, ni de la cinta la Eſpada: y que con eſſas Armas acomete a el enemigo. Que dixera San Bernardo? A que incitara viendo ſu conſervacion, y aumento, y el Inſtituto de pureza, y caſtidad que guardan, conſiderandolos embueltos en guerras con los Turcos, en defenſa de la Fè Catholica? Sin duda que nos convocàra, como a coſa nueva, que ſalieramos a ver vn Cavallero de San Iuan, que aora viva, aora muera, ſiempre ſale con vitoria, con ganancia para ſi, o para ſu Dios y Señor: que eſto lleva de ventaja el ſer Soldado de Chriſto, y Religioſo, quando entra en las batallas del Señor, como Soldado ſuyo, armado de ſu Fè, de ſu Religion, de ſu Pureza, y de ſu brio.*

15

Vndè meritò in Ordinis ſtatutis cùm de Regula tractatur, exercitiũ Militię pro Chriſto ſic commendatur: Ordo noſter ab eius primæva inſtitutione ſacroſanctæ Sedis Apoſtolicæ, Catholicorumque Regum, Principum, & devotorum Chriſticolarum munificentia, ſuffragio, favore, prędijs, poſſeſſionibus, ditionibus, gratijs, privilegijs, immunitatibus, dotatus, auctus, ampliatus, ditatus eſt: vt vera charitate virtutum matre, firmaque baſi intenti, Milites Ordinem profeſſi, ſanctæ Hoſpitalitatis fideiMilitiam adiungerent, cumularent, copularent, duplicique fungentes officio, & exercitio,

16

citio, geſtis virtuoſis ſeſe dicarent. Peculiare certé, & proprium eſt Chriſti Militibus [non poſtpoſitis ſacræ Hoſpitalitatis ſanctis operibus] pro Chriſti nomine, pro cultu divino, pro fide Catholica pugnare, iuſtitiam colere, revereri, tueri, oppreſſos fovere, ſublevare, defendere. Ad hoc enim Hoſpitalarij Milites, Chriſti Hoſpitalitatem, & Militiam exercentes, exteriori veſte ſignum Crucis octogonæ devota conſideratione virtutibus inſignitum geſtant: vt interiori etiam veſte viuificæ Crucis ſignum ſpiritualiter deferant, dexteraque manu acutum vibrantes gladium, poſt multifariam eleemoſynarum elargitionem, gentem Mahumetanam, & qui à fide deviant, oppugnent, præmant, peſſundent. Quibus quidem ſanctis operibus addicti, ſanctorum martyrum militum Machabeorum pro cultu divino pugnantium exemplum ſaluberrimum ſequi, imitarique monentur, invitantur, accenduntur. Qui pauci innumeros exercitus prophanarum gentium divino adiuti præſidio quandoque præmere, vincere, ſubijcere ſoliti ſint. Meminerint perpetuaq; mente teneant Religioſi Milites noſtri, cultus divini zelo informati ſacratiſsimæ Regulæ vota ſubſtãtialia, obedientiam, caſtitatem, paupertatem tenere, complere, perficere: virtutibuſq; Moralibus, & Theologicis intendere ſtudeant. Quibus prudenter, temperanter, fortiter, charitate inflãmati, pro Chriſti Salvatoris nomine, pro vivificę Crucis ſigno, pro iuſtitia, pro pupillis, pro viduis gladio exerto quæque certè pericula aggredi non formident. Nemo quippe maiorem charitatem habet, quàm vt animam, ideſt vitam ponat pro amicis, id eſt, Catholicis. Id eorum proprium eſt, ea eſt vocatio, ea eſt electio, ea eſt iuſtificatio, ea denique eſt ſanctificatio: vt hac peregrina vita peracta, ſpe firma erecti, æterno fruantur præmio, ad quod humanum genus à Deo creatum eſt.

Et cùm Bellum, & Militiam cum Religione, & votis pauperratis, caſtitatis, & obedientiæ profiteantur: prænomina tria merito conſequuntur Hieroſolymitani; nam dicuntur Milites, quoniam ſunt ad militandũ inſtituti, parati ſemper pro Chriſtiana Religione mortem ſubire, & vt tales gaudent omnibus privilegijs Militaribus. Ioann. Franciſcus de Ponte *conſ.* 14 *num.* 1. Albericus *in l. licèt. C. locati col.* 2. Didacus Perez *in l.* 1 *tit.* 1 *lib.* 4. *Ordina. col.* 1319 & 1326. Azevedus *in l.* 14. *tit.* 5 *lib.* 3. *Recop. num.* 5. Lanceiotus Politus *de ſubſtitutionib. Rubr. de comp ſubſt. num.* 14. Capiblancus *in Pragm.* 1. *de Baron. num.* 63. Ioann. Baptiſta de Thoro *in compend. deciſ. verb. Milites p.* 2. Gaſpar. Klokius *de contribut. cap.* 14. *num.* 80. (quæ privilegia Militibus conceſſa refert Ayala *de iure belli lib.* 3. *cap.* 7. Enenkelius *in integro tractatu de privilegijs Militum*. Marcus Mantua, Georgius Accaſius *eod. tract.* Martinus Laudenſis *de Militibus*. Petrus Bellinus *de re Militari*. Guill. Benedictus *in cap. Rainutius de teſtam. verb. Teſtamentum.* 1. *num.* 21. *cum ſeqq.* Tuſcus *lit. M. concl.* 227. Caballus *reſol. crim. cent.* 3. *caſu.* 293.) & ex hoc capite ſi aliàs à Maioribus ſuis nobiles non fuiſſent, ex Militia abũ dè nobilitarentur; quia ratione Militiæ verè ſunt in dignitate conſtituti. *Arg. l.* 1. *C. de equeſtr. dignit. lib.* 12. Et quia non ſolùm rempublicam defendunt, ſed ſanctam Sedem Apoſtolicam, divino auxilio mediante à Barbaris prçſervant, vt

benè reſolvit Bonus de Curte *de nobilit. 3. p. num.* 151. Caravalho *de una & altera quarta. 1. p. num.* 184. *in fin.*

18 Dicuntur etiam Religioſi, quia Milites in hoc Ordine recepti, tribus ſe Religionis votis obſtringũt. Carolus Maranta *reſponſ.* 89. *num.* 12. *p.* 5. Et Sacri, quoniam Regulam Eccleſię authoritate approbatam profitentur, Deo tribus votis devincti, & addicti ad dimicandum pro fide, & Religione Chriſtiana.

19 Azor *inſtit. Moral. part.* 1. *lib.* 13. *cap.* 3. *quæſt.* 1. adeò, vt dixerit Villaguta *in deciſ.* 34. *num.* 5. Emittere quartum votum defendendi proprio ente omnes Chriſtianos ab Infidelibus, etiam cum ſuæ vitę periculo, quod reprobat Sperellus *deciſ.* 21. *num.* 11.

20 Cui Militiæ inſtituto Regula, & ſtatutis præcepto optimè conveniunt dicta tria vota eſſentialia Religionis, vt rectè conſideranti videbitur clarum, & tradit Pellizarius *in Manuali Regular. tom.* 1. *tract.* 1. *cap.* 3. *num.* 25. Et de noſtris Hieroſolymitanis loquens benè Garcia *in Polit. Regul.* 1. *p. tra.* 5. *dificult.* 5. *dud.* 3. *num.* 4. ibi: *El Voto de caſtidad es muy a propoſito, pues con eſſo eſtà deſembaraçado el Soldado de muger, y hijos, y no le lleva el afecto deſde la guerra a volver a ſu caſa; y aſſi puede libremente entregarſe ſin rezelo en las ocaſiones, y peligros, que conſigo trae la guerra, vendiendo ſu vida en defenſa de la Fè, y de la Igleſia. A mas deſto, eſte Voto, ſupueſta la continencia en que quiere viuir cada vno deſtos Soldados, es muy acepto a Dios, y a propoſito para recebir de ſu Mageſtad auxilio y favor para pelear: a propoſito para conſervar la pureza del alma tan importante para los peligros de la guerra. Lo ſegundo el voto de pobreza que hazen, tambien ayuda mucho, porque con eſto no pretenden en la pelea hazienda propria, ni les lleva el interès a los robos, rapiñas, ſacos, y otros inſultos de la guerra a que precipita la codicia, con que queda la conciencia ſegura, y ſiempre mirando puramẽte a la gloria, y ſervicio de Dios, q̃ es vn genero de caminar a la perfeccion. Lo tercero el Voto de obediencia, ya ſe ſabe quan importante es para la Militia: el ſugetarſe, y rendirſe, es acto de obediencia muy proprio del eſtado religioſo. Finalmente tambien ſe entregã a la Religion, pues exponen ſus perſonas a peligro de muerte, particularmente los Comendadores de San Iuan, quando la obediencia lo diſpone, que es vna caridad muy levantada.*

Et hoc quidem Militiæ inſtitutũ 21
adeò neceſſarium eſt, vt inter omnia exercitia mortalium nihil ſit excellentius, nihil præclarius; quoniã ſumma laus eſt communi vtilitati intẽdere *Cap. in ſumma* 33. *q* 1. Et vt ait Seneca *in Hercule furente traged.* 1. *Omnis in ferro eſt ſalus.* Ideò dicitur, bellum iuſtum, omni iure, divino, naturali, & gentium permiſſum eſſe. *Geneſ.* 14. *& Reg.* 2. 22
cap. 10 *cap. iuſtum cap. Dominus* 33. *q.* 2. *l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur.* Paulus Caſtrenſ. *conſ.* 33. Ayala *de iure belli lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 6. Grotius *eod. tract. lib.* 1. *cap.* 2. *per totũ.* Molina *de iuſt. & iur. tom.* 1. *diſpu.* 99. Bonacina *tom.* 2. *diſp.* 2. *de reſti. q. vltim. ſect.* 1. *punct. vltim. §.* 1. *nu.* 2. Quin, & plerique Sancti Patres ex Militia laudem acquiſierunt, vt Propheta David, qui militaſſe legitur *Reg.* 1. *cap.* 28. Et Iudas Machabeus, & Ioſue, & alij multi, qui divinis literis referuntur: vnde Divus Auguſtinus *epiſt.* 1. *ad Bonifac.* 23
Noli, inquit, exiſtimare neminem

Deo

Deo placere, qui armis bellicis ministrat: nam David Deo acceptissimus, & Centurio ille, cuius fides divino testimonio extollitur, & alij sancti viri operam Militiæ dederunt. Per Militiam enim, & armorum exercitium Reipublicę quies, atque salus quæritur, & conservatur, & ab omni hostili vastitate liberatur; cuius exercitij laudes, & vtilitatem ipsa humana indigentia demonstrat, & extollit. Imperator Iustinianus *in Novella.* 149. *cap.* 2. vbi notat Gotthofredus *litera. F.* Expluribus Ayala *de iure belli lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 1. *&* 11. Osorius *lib.* 7. *de Regis instit.* Calaneus *in Catal. Glor. Mundi. p.* 9. *consid.* 3. Saavedra *en sus Politicas, empressa.* 83. *fol.* 573. Vndè Alexan. Sever. apud Lamprid. *Disciplina*, inquit, *maiorum Rempublicam tenens, quæ si dilabatur, & nomen Romanum, & Imperium amittimus.* Quamobrem Summi Pontifices Christianos Milites, & fidei Defensores multis immunitatibus, indultis, & privilegijs iuvarunt; & multa bella sacra in Ecclesia fovere; vt sacrum Bellũ Hierosolymitanum factum à Gottofredo, & Principibus Occidentalibus ad directionem, & petitionẽ Vrbani Secundi. Est enim bellum sæpè necessarium ad defensionem Ecclesiæ, introductionem Evangelij, pacem Christianismi, & conservationem patrimonij Regum Catholicorum, vt considerat Garcia *vbi supra num.* 2. Et potest esse eventus, in quo culpa lethalis sit non bellare. Molina *dict. disput.* 99. *vers. statuenda.* Iusti autem belli cõditiones describit Ayala *lib.* 1. *cap.* 2. Bonacina *vbi supra §.* 2. *num.* 3. Diana *resol. Moral. p.* 6. *tract.* 4. *resol* 3.

24 Quo instituto Militari adeò strenuè semper Religio sacra S. Ioannis se habuit, vt per illam vniversali Ecclesiæ sit succursum; illa fuit, & est Propugnaculum, & Antemurale Christiani populi; vt omnes Historici, & Scriptores proclamant. Sed quid egemus testibus, cum Summi Pontifices Domini Nostri Iesu Christi Vicarij, multis in locis sic loquantur: Innocentius VIII. in Bulla, *Dũ præclara*, Romę apud S. Petr. 4. non. Iulij. 1492. ibi: *Dũ præclara Religionis Fratrũ Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani merita debita consideratione pensamus, & ponderamus, quantum ex eorum ministerijs solerti cura, & diligentia fides Catholica, cuius indefessi propugnatores existunt, & culiores: susceperit hactenus; & continuè suscipiat opportunè protectionis defensionem: ad ea multo libentius intendimus, per quæ status dictæ Religionis augeri possit.* Clemens VII. in *Bulla, Dat cuncta* Romæ apud S. Petr. 4. Ianuarij 1523. ibi: *Quod inter præcipua præsidia, & defensiones contra inimicos orthodoxæ fidei Religio Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani Antemurale, & assiduum Propugnaculum immemorabili tempore citra semper extitit, & quod pro eiusdem fidei conservatione tutela, & augmento viros Religione decoros, & propugnatores acerrimos, in temporalibus providos, & spiritualibus circunspectos continuò produxit, circa illius fœlicem statum perspicatius aciem nostræ mentis dirigimus, eiusque profectum eo desiderabilius affectamus: quod per eãdem Religionem vniversali Ecclesiæ succurritur, ac illius personas Christi Athletas magnis subiacere periculis, oculis conspicientes digna ad ea intendimus: per quæ illius prosperitas solidetur, eiusque præclari nominis serenitas in nullo*

valeat obnubilari. Pius IV. in Bulla motus proprij, quæ incip. *Circunſpecta.* Kalend. Iunij 1560. apud S. Petr. ibi: *Nos igitur cupientes, vt Regio Hoſpitali huiuſmodi, cuius fratres, nullis parcendo periculis, contra Pyratas, Turcas, & alios Chriſti nominis hoſtes dimicare, ac pro ſalute Chriſtiana honeſtam mortem oppetere nõ ceſſant, & quaqua verſum Claſis Chriſtianorum in Infideles dirigitur, vocati ſe illi adiungunt, primoſque congreſſus fortiter ſuſtinent; ſicuti noviſſimè in expugnatione terræ Aphricæ, priſcam virtutem oſtendentes, omnium primi illius muros conſcenderunt, ſalubriter dirigatur, & amplietur.* Sixtus V. in Bulla *Salubri regularium*, Romę apud S. Petr. die 20. Martij 1586. ibi: *Nos igitur ad præclara Religionis huiuſmodi merita debitum reſpectum habentes, conſiderantes, illius fratres fidei Catholicæ indefeſſos propugnatores, cultores, & defenſores exiſtere.* Gregorius XIV. in Bulla 1591. *Quanta* (inquit) *Chriſtianæ Reipublicæ commoda, quæ ornamenta omni tempore attulerit Hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani ampliſſimus Ordo, quæ aſſiduè præſtitit pietatis, & charitatis officia iam latè teſtantur ſummo ardenti q; ſtudio.* Et omnes alij, qui Religionis privilegia confirmarunt, vt ex lectura Bullarum apparet.

26 Et in honorem Ordinis Magnos ſuos Magiſtros ita Pontifices honoravere, vt ad ſummam Cardinalatus dignitatem duos extollerent; vt Frater Petrus de Abuſon, qui à Sũmo Pontifice Innocentio VIII. electus fuit Cardinalis S. R. E. anno 1480. Et Frater Hugo de Loubenx Verdala à Sixto V. anno 1587. Fuit etiam Cardinalis Fr. Petrus Bembo Prior Vngariæ anno 1547. Funes *in Coronic. p. 2. lib. 3. cap. 6.* Et nunc vivit Frater Fredericus Lanſgrave de Heſſe Magnus Prior in Germania, qui creatus fuit Cardinalis ab Innocentio X. die 12. Februarij 1652. qui eſt Frater Lanſgrave de Heſſe Sereniſſimi Principis in Germania: & alios Cardinales huius ſacri Ordinis fuiſſe mihi relatum eſt.

His de Regula, & Inſtituto ſacri Ordinis ſcriptis, ne imperfecta maneant, quæ ad hanc partem attinẽt, animadvertendum oportet; quod licèt Regula ex vi talis non obliget Regulares ſub culpa lethali, vt cum Sancto Thoma 2. 2. *quæſt.* 186. tenent Peirinis *de ſubdito quæſt.* 1. *cap.* 5. Emanuel Rodericus *tom.* 3. *quæſt. Regular. quæſt.* 50. *artic.* 1. Garcia *in Polit. Regul. tom.* 1. *trat.* 5. *dif.* 2. *dud.* 1. Et alij multi ab eis citati: tamen ex vi promiſſionis, & voti in materia tangente aliquid circa ſubſtantialia eorum, obligat ſub mortali culpa, ſi materia fuerit grauis, & ſub veniali ſi fuerit levis, vt ex S. Thoma probat Garcia *dud.* 3. & hoc continent Ordinis ſtatuta *num.* 3 *tit.* 1. ibi: *Vt fratres Orainis noſtri, Regulæ, ac ſtatutorum tranſgreſſores non fiant, decernentes declaramus, quod contentorum in Regula tranſgreſsio animam corpuſque obligat: ſtatutorum autẽ, & conſuetudinum infractio, & violatio, corpus tantùm ad pœnam obnoxium reddit: niſi horum quorumdam omiſsio, aut tranſgreſsio ſecũdum ius divinum, aut canonicas ſanctiones animam obligaret.* Quæ limitatio etſi ſtatuto non exprimeretur, adhuc tranſgreſſio eius generis ſub culpa lethali fratres obligaret, quia ſecluſa Regula extat obligatio ratione alterius præcepti; vt in vſura, fornicatione, ſimonia, & alijs ſimilibus delictis, de quibus in ſpecialibus capitulis, & numeris decernitur

27

28

cernitur in ſtatutis, vt in titulo de prohibitionibus, & pœnis. Et ſpecialiter præcipitur ijſdem ſtatutis, vt in Aſſambleis, quæ in ieiunijs quatuor temporum celebrantur, poſt lectam Regulam, certa quædã ſtatuta etiam expreſſé perlegantur, vtpote ad ſtatum perfectionis, & ad implementum Regulæ neceſſaria. Quæ ſtatuta perlegenda enume 29
rantur *tit.* 1. *num.* 5. & Hiſpanè ſcripſit Micheli *en el Teſoro Militar de Cavalleria fol.* 43. & antecum Marchio de Tarifa *en el Viage de Ieruſalen, en la deſcripcion de la Orden cap.* 1 *fol.* 110. Et ſunt ſequentia.

De Regula.

Exercitium Militiæ pro Chriſto.
De pœna tranſgreſſionis Regulę.

De receptione fratrum.

De Habitu Fratrũ Hoſpitalis Hieroſolymitani.

De Eccleſia.

De rebus divinis, ac ſacris colendis.
De orationibus per Fratres quotidie dicendis.
Dies in quibus Fratres ieiunare tenentur.
Dies in quibus Fratres Mantellum portare tenentur.

De Hoſpitalitate.

Quod Fratres Hoſpitalitatem exerceant.

De communi & Ærario.

De debitoribus noſtri communis Ærarij.

De Capitulo.

Quod Fratres accedant ad Capitulum Generale.

De Magiſtro.

Quod Fratres obediant Magiſtro.

De officio Fratrum.

De honeſto veſtitu Fratrum cum ſequenti.
Quod Fratres in armis ſe exerceãt.
Quod Fratres quolibet anno conficiant deſpropriamentum.

De Commendis.

De Reſignationibus.
De pœna reſignantium.
Quod Fratres non impetrent Commendas, aut Beneficia extra Ordinem noſtrum.

De contractibus, & alienationibus.

Quod Fratres non exerceant mercimonia.
Inhibitio fœnoris, & vſuræ.
Quod bona Ordinis noſtri non alienentur.
Quod Fratres nõ alienent bona acquiſita.

De prohibitionibus, & pœnis.

Quod non licèt Fratribus teſtamentum condere, hæredem inſtituere, aut legata facere.
Quod Fratres non diſcedant á Cõventu ſine licentia.
Quod Fratres nõ impetrent literas commendatitias pro obtinendis Commendis.
Caſus per quos Fratres Habitu privantur, cum quatuor ſequentibus.
De concubinarijs publicis cum ſequenti.
De obedientia.
De pœna eorum, qui non interſunt divinis Officijs.

Quæ omnia ferè ſtatuta, & leges Municipales Ordinis ſuis locis trademus, licèt ſeriem, & methodum eorum non ſequamur; quia commẽtaria ad ea non ſcribimus, ſed Propugnaculum ad Privilegia Ordinis tuenda, & quæſtiones practicas, & quæ quotidiè prę manibus ſe offerunt, enucleandas.

Verumtamẽ, quia aliqua ex ſcriptis ad Regulæ ornatum, & inſtitutũ 30
maximè

maximè faciunt, & alteri materiæ non ita conveniunt; vt ſunt ſtatuta de habitu fratrum, & de orationibus per fratres quotidie dicendis: huic capiti, in quo de Regula, & inſtituto agimus; aliqua de illis ſcribere libuit, vt de illis hac ratione, cæteris omiſsis, ſpecialiter mentionem fecit Marchio de Tarifa *in dicto cap.* 1. vbi de Regula ſcripſit. Igitur quamvis habitus non faciat Monachum, ſed Monachus
31 habitum *cap. porrectum de Regularib.* Et voluit Gloſſ. *in cap. tuarũ de privilegijs*, loquendo de ſæculatibus falſo Cruce ſignatis, qui fratres Hieroſolymitani fingebantur: tamen cum habitus ſit ſignum demonſtrativum alicuius qualitatis, vt colligitur ex Divo Gregorio *in Domin. Reſur. homil.* 21. ibi: *Stola candida coopertus apparuit, quæ feſtivitatis noſtræ gaudia nunciavit*. Et eſt ſignum externum profeſ
32 ſionis interiꝰ, vt dicit S. Thomas 2. 2. *q.* 185. *art.* 8. Habitus enim hominis enuntiat deeo *Eccleſ.* 19. 27. Fratres Hieroſolymitani ad diſtinctionem aliorum Regularium Militarium, & in honorem ſui Ordinis, & inſtituti habent ſpecialem veſtem, & habitum conceſſum ab Eugenio III. anno 1145. vt ſupra *cap.* 2. diximus *num.* 19. qui habitus ex clamide ſeu Mantelo nigri coloris, & Cruce alba octogona cõ-
33 ponitur; & in pectore in parte ſiniſtra defertur, vt Crucem Frater toto corde diligat, & dextera pugnet, & defendat: vt *in tit.* 2. *num.* 1. *ſtatut.* continetur; & expoſuit dictus Marchio, ibi: *Otroſi, et Habito que eſtos nueſtros Freyles y Ieroſolimitanos hoſpitaleros fue determinado traer, es vn Manto negro cõ vna Cruz blanca ochavada, en remembrança de aquella Cruz en que Nueſtro Salvador por nos padecio, y a la ma no ſiniestra, porque con todo coraçõ la amen, y con la otra ſe esfuerzen a pugnar en defenſa de la Santa Fẽ, contra las profanas gentes.* Paulus Claſcar *en el glorioſo Triunfo de la ſagrada Religion de San Iuan lib.* 1. *cap.* 4. *fol.* 17.

Quem habitum Religioſi omnes 34
portare tenentur, vt iubetur ſtatuto *num.* 3. quod ſiquis ſine habitu Ordinis ambulaverit, & Crucem lineam veſti ſuæ inſutam palam, & aperte non tulerit, pro prima vice ad quarentenam condemnatur, pro ſecunda ad carcerem Turris per tres menſes, pro tertia habitu privatur, ita ſtatuto decidente *tit.* 18. *num.* 26. vlterius peccat mortaliter non neferens habitum, & inſigne proprium ſui Ordinis, vt de Equitibus Militaribus, & in expreſſo de noſtris abſolutè docent. Diana *reſol. Moral. part.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 30. 35
verſ. 3. Navarr. *in ſumm. cap.* 27. *num.* 131. Isla *in Regul. S. Iacob. cap.* 14. Mota *de confirmat. Ordin. S. Iacob. lib.* 2. *cap.* 3. *num* 6. Andr. Mendo *de Ordinib. Militarib. diſquiſit.* 12. *quæſt.* 1. *vbi num.* 4. nullus excuſabit, inquit, a peccato lethali Equites Sancti Ioannis, ſi ſuũ habitum non geſtent.

Imò Frater Hieroſolymitanus 36
non deferens inſigne, & habitum ſui Ordinis incidit in excommunicationem maiorem inflictam ipſo facto in iure *in cap. vt periculoſſa, ne Clerici, vel Monachi in* 6. Rodericus *quæſt. Regul. tom.* 2. *q.* 76. *artic.* 2. Pellizarius *in Manual. Regul. tom.* 1. *tract.* 5. *cap.* 7. *num.* 11. Diana *vbi ſupra dict. reſol.* 30. *& p.* 10. *tract.* 12. *&* 2. *Miſtel. reſol.* 1. *verſ. ex quibus.* Thomas Delbene *de Immunit. Eccleſ.* 1. *p. cap.* 1. *dubit.* 11. *ſect.* 3. *num.* 3. intelligendo tamen dicta cum grano ſalis in Equite ſcilicet, qui continuò, vel

publicè,

publicè, & quasi in contemptum Ordinis non gestat habitum; non de eo, qui vna, vel altera die habitū seu insigne non deferret: vt prudēter more suo notavit Mendo *dict. quæst.* 1. *num.* 5. nam licèt Monachi sub excommunicationis pœna semper debeant habitum proprium gestare, multum probabile esse, quod Equites Hierosolymitani in dicto
37 capite non comprehendantur; ex Lezana *tom.* 2. *Regul. cap.* 5. *nu.* 37. affirmavit Machado *en su perfecto Confessor lib.* 5 *part.* 4. *trat.* 2. *docum.* 6. *in fin.* quem sequitur Garcia *in Polit. Regul.* 1. *tom. trat.* 1. *dificult.* 5. *dud* 4. *punct.* 2. *num.* 15. ibi: *Son Apostatas, si dexan la Religion: y aunque algunos afirman, que deven siempre llevar el Habito como los demas Religiosos sub pœna excommunicationis; pero muy probable es, dize Machado, que no se comprehenden.* Quod sic intelligendum est, vt non comprehendantur rigorosè, ita vt semper, & sine intermissione vlla debeant Equites habitum, & insigne gestare. Quod si opponatur communi opinioni citatū statutum Ordinis; quo deferentes habitum pœna corporali puniuntur, statuti autem effactionem tantùm ad pœnam Equitem obnoxiū reddere, non animam; facilè respondetur, hanc excommunicationis pœnam iure canonico stabilitam esse contra deferentes habitum; statuti autem decretum non procedit, quoties transgressio, vel omissio actus secundùm ius divinum, vel canonicas sanctiones obligat animam; vt in hoc casu, in quo communem opinionem cum dicto tamen temperamento certam puto, nec contrariam absolutè posse defendi in nullo foro censeo.

38 Tenentur etiam omnes Clerici, quamvis non initiati sint in sacris, in Ordine Militari S. Ioannis quotidie persolvere horas Canonicas, Equites verò debent recitare Officium parvum Beatæ Mariæ, & Officium Defunctorum, seu vtriusque loco centies quinquagies orationē Dominicam vulgo *Pater noster*. Qui numerus orationis Dominicæ datus censetur in compensationem horarum Ecclesiasticarum, vt in statutis *tit.* 3. *num.* 2. continetur. Sansovinus *de la origine de Cavalieri lib.* 2. *pag.* 31. ibi: *Et dicano certo numero di Pater nostri in luogo di hore Canoniche.* Calaneus *in Catal. Glor. Mund. p.* 9. *consid.* 4. *vers. Raimundus.* Marchio de Tarfa *dicto cap.* 1. *fol.* 110. Hieronymus Romā *lib.* 7. *de la Republica Christiana cap.* 7 *fol* 412. Volaterranus *lib.* 21. *Anthropologiæ.* Petrus Gregorius *lib.* 15. *syntagmāt. cap.* 34. *num.* 9. Stephanus Durantus *quæstionum iuris. q.* 6. *pag.* 41. Gerardus Maynardus *decis. Thol.* 17. *num.* 1. *lib.* 1. Carolus Maranta *resp.* 3. *p.* 4. *nu.* 35. Paulus Rubeus *in annotat. ad decis. Rotæ.* 16. *tom.* 3. *recens.* Azor *instit. Moral p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 4. *quæst.* 5. Mendo *de Ordinib. Milit. disquisit.* 13. *quæst.* 1. *num.* 13. Hieronymus Garcia *vbi supra dicto puncto.* 2. *num.* 15.

Sed an teneantur Equites sub peccato mortali recitare has orationes prædicto statuto præscriptas bene disputat Mendo *dict. disq.* 13. 4. 2. vbi cum Thoma Sanchez *lib.* 7. *consil. cap.* 7. *dub.* 5. Et P. Peñafiel Araujo *tract. de obligat. Ordin. Milit. tract.* 2. *cap.* 1. Et Mota *in Regul. Ordin. S. Iacob. lib.* 2. *cap.* 2. negativè respondet, ex eo quod non est imponenda obligatio sub peccato mortali, nisi constet de lege sic obligante. Non datur autem lex, quæ obligat ad has orationes præstandas sub peccato mortali, ergo licèt 39

licèt ſtatuto prædicta Horarum recitatio præcipiatur, earum omiſſio non erit peccatum mortale; vt tenet etiam de Militaribus loquens Quintana Dueñas *tom. 2. ſingul. tract. 8 ſing. 6. num. 3.* Et huic opinioni facit, quod tunc lex, aut ſtatutum ſub lethali culpa obligat, cum verba quibus promulgatur, ſeu præſcribitur, id indicant, & cum legiſ-
40 lator intendit ſub mortali culpa obligare, & aliunde qualitas materiæ id ipſum expoſcit; quod colligitur *ex cap. cum contingat de iure iurando. Clement. exivi de verbo. ſignificat.* Docèt D. Auguſtinus *lib. 2. de Baptiſmo cap. 6.* Theologi communiter cum Divo Thoma *2. 2. q. 104. art. 6. & q. 147. artic. 3.* Suarez *lib. 3. de legibus cap. 20. & lib. 4. cap. 18.* Covarrub. *in regul. peccatũ. p. 2. §. 9.* Navarr. *in ſumm. cap. 23.*

41 Sed loquendo de Commendatarijs Equitibus Bonacina *tom. 1. tractat. de ijs, quæ ad privat. div. officij recit. pert. diſp. 1. q. 2. punct. 4. num. 3.* inquit, quod Equites Commendatarij Hieroſolymitani tenentur ad Canonicas Preces recitandas, ſicut cæteri habentes Beneficia Eccleſiaſtica; & ita peccabunt mortaliter, ſicut omnes Beneficiarij, qui Preces Canonicas non recitant; pro cuius opinione refert Molfeſium *in ſumm. cap. 2. tract. 6. nu. 20.* Navarr. *de orat. cap. 2.* Et ipſis non relatis tenet noviſſimè Thomas Hurtado *de congrua tom. 1. lib. 2. reſol. 5. num. 769.* Sed hæc opinio certa non eſt, quia Commendæ non ſunt Beneficia Eccleſiaſtica, vt infra *diſcept. 10. cap. 2.* ex profeſſo probamus: & impugnat Bonacinã Mendo *diſquiſit. 10. quæſt. 7. num. 53.* vltra, quod aliud eſt habere obligationem recitandi Commendatarium ratione Commendę, aliud ratione, & vi ſtatutorum. Vndè cum ſtatutum non obliget ſub culpa lethali, illius trãſgreſſio, & omiſsio nõ erit peccatum mortale. Sed an hæc certa ſint, cogita, opinio eſt Theologorum, & favorabilis Equitibus, 42
qui non recitaverint; ego cum ſim iuriſperitus non decido, ſed refero, quia nolo conſcientias multorum ampliare. Vnum tamen in hac materia certum mihi ſemper ſuaſi, nẽpé dari parvitatem materiæ in re- 43
citatione Horarum Canonicarum. Aragonius *in 2. 2. quæſt. 83. artic. 12.* Soto *de iuſt. & iur. lib. 10. quæſt. 6. artic. 3.* Fauſtus *de horis Canonicis lib. 2. quæſt. 183.* Merolla *tom. 1. diſp. 2. cap. 4. dub. 7. difficult. 3. num. 127.* Caſtrus Palaus *tom. 1. diſp. 2. punct. 5. num. 1.* Diana *p. 2. tract. 12. reſol. 41. & part. 5. tract. 5. reſol. 26.*

* * *
*

DISCEPTATIO II.

DE DIVISIONE FRATRVM, ET LINGVARVM, DE AVTHORITATE MAGNI MAGISTRI, ET CONVENTVS MELITENSIS, DE BAIVLIVIS CONVENTVALIBVS, ET EORVM DIGNITATIBVS, ET OFFICIJS, DE PRIORIBVS NATIONVM, DE BAIVLIVIS CAPITVLARIBVS, DE PRIORE ECCLESIÆ, ET EPISCOPO MELITENSI.

CAPVT I.

DE DIVISIONE Fratrum, & Linguarum.

SVMMARIVM.

FRatrum Ordinis Sancti Ioannis triplex eſt differentia: alij ſunt Milites, alij Sacerdotes, alij Servientes. 1.

Milites S. Ioannis alij ſunt, qui magnis Crucibus ornantur, alij qui parvas Cruces afferunt. 2.

Milites magnæ Crucis ſunt Dignitates, & ſpeciali vrbanitatis titulo ſalutantur; & de eis eligitur Magnus Magiſter. 3.

Meritorum ratio habetur in promotione ad Magnam Crucem. 4.

Milites Magnæ Crucis inter ipſos præcedunt ſecundùm antiquitatem. 5.

Sacerdotum, & Servientium ſtatus in duo dividitur, in Sacerdotes cõventuales, & Sacerdotes obediẽtiæ, & in Servientes armorum, & Servientes officij. 6.

Ordo dividitur in octo Linguas ſive Nationes, & quot Prioratus, & Commendas obtinet. 7.

1 FRatrum Ordinis Militaris S. Joannis Hierosolymitani triplex est differentia: alij enim sunt Milites, alij Sacerdotes, alij Servientes: sic exponunt statuta *tit. 2. de divisione gradûm Fratrum Ordinis nostri num. 2.* Sansovinus *de origine Cavall. lib. 2 pag. 34.* Micheli *en el Tesoro Militar fol. 46.* Marchio de Tarifa *en la fundacion de la Orden de San Iuan, en el Viage de Ierusalē fol. 109.* Paulus Clascar *en el glorioso Triunfo de la Religion de S. Iuan lib. 1. cap. 4. fol. 19.* Mendo *de Ordinib. Milit. disquisit. 1. quæst. 5. num. 115.* Lezana *consulto. 5. num. 21. & 22.* Rota *coram Rojas decis. 44. num. 10.* apud Bordonum post tractatum de Professione Regulari.

2 Milites autem alij sunt, qui Magnis Crucibus ornantur, alij qui parvas Cruces afferunt: primi sunt Dignitates Ordinis, & Primates; vt *in tit. 13. de electione num. 8.* & in alijs relatis à Ioanne Francisco de Ponte *cons. 14. num. 11.* vbi benè probat, Equites afferentes Magnas Cruces esse in Dignitate constitutos; & ita speciali titulo vrbanitatis salutantur; & de Magnis Crucibus eligitur Magnus Magister, & reliquæ Ordinis Dignitates. In promotione autem ad Magnam Crucē habetur ratio meritorum magis, quâm antianitatis respectu temporis, præcipiente ita Paulo V. *const. 30. incip. Accipimus de anno 1606.* apud Laert. Cherub. *tom. 3. pag. 217.* Barbosa *in summ. decis. Apostolicar. collectan. 314. num. 4.* Mendo *dicto num. 115.* Inter ipsos tamē præcedentia antiquitatis servatur 5 S. Congregatio *in Melit. 9. Maij 1609.* Navor *in Lucern. Regul. verb. Præcedentia num. 20.* Barbosa *de iure Ecclesiastico lib. 1. cap. 43. num. 193.*

6 Sacerdotum item, & Servientiū status rursus in duo dividitur: Sacerdotum, in Sacerdotes conventuales Conventus Melitensis, & Sacerdotes obedientiæ in Commendis ad Beneficia præpositos: Servientium, in Servientes armorum, & Servientes officij; de quorum qualitatibus aliqua infra *discept. 4. cap. 2.* dicimus videnda.

7 Divisus est Ordo in octo Linguas, sive Nationes: Provincię, Alvernię, Franciæ, Italiæ, Aragoniæ, Angliæ, Alemaniæ, Castellæ; sic statuta *tit. 13. num 45.* Ioannes Augustinus de Funes *in Coronica Religionis in Prologo.* Barbosa *dict. collect. 314. num. 20.* Azor *instit. Moral. p. 1. lib. 13. cap. 6. quæst. 2. vers. Præest.* Sansovinus, Micheli, & Mendo iam citati. Inhis Linguis sive Nationibus habet Ordo vigintiquatuor Prioratus, & sexcentas, & quinquaginta tres Commendas, & plura Loca, & Ecclesias, & Monasteria Monialium, de quibus aliqua, Deo dante, dicemus.

CAPVT II.

DE AVTHORITATE Magni Magistri, & Conventus Melitensis.

SVMMARIVM.

MAgni Magistri nomen impositum est ad instar illius, qui habet regimen plurimorum Militum. 1.

Magister Militum dicitur Illustris. 2.

Magister dicitur, quia maior est in statione. 3.

Magister

Magiſter appellatus fuit Chriſtus à Diſcipulis. 4.

Magiſter eſt cui totius rei gubernatio eſt commiſſa. 5.

Magiſtratus per derivationem à Magiſtris cognominantur. 6.

Magni titulus additus fuit Magiſtro Hieroſolymitano ad differentiam Magiſtrorum aliarum Militiarum, qui Magiſtri nominantur. 7.

Magnus Magiſter voce Eminentiæ vt Cardinalis ſalutatur, & inter Principes ſæculares Sereniſſimus appellatur. 8.

Magnus Magiſter poſt Papam præcedit omnes Patriarchas, & Cardinales, & poſt Imperatorem, & Reges habentes iura Imperij, omnes Principes, & Reges ſubditos Imperio. 9.

Triremes, & armamenta Ordinis poſt naves Summi Pontificis, & Regum præcedunt navigia, & Triremes omnium Principum Chriſtianorum. 10.

Magnus Magiſter habet poteſtatem, & imperium in toto Orbe Chriſtiano, & nullum niſi Summũ Pontificem recognoſcit in Eccleſia Superiorem. 11.

Rex Hiſpaniarum præcedit omnes Reges, quia omnes in Regnorũ, & Provinciarum numero ſuperat. 12.

Magnus Magiſter eſt Princeps in temporalibus non recognoſcens ſuperiorem, & Dominus Inſulæ Melitenſis. 13.

Magnus Magiſter habet iuriſdictionem vniverſalem in Ordine. 14.

Melitenſis Conventus iuriſdictionem habet vnà cum Magiſtro. 15.

Magnus Magiſter an poſſit à Conventu removeri. 16.

Magiſter Folco de Villar removetus ab officio, fuit reſtitutus. 17.

Magiſter Ioannes Leveſque de Caſſiere ſuſpenſus fuit à Magiſterio, & per ſententiam reſtitutus. 18.

Magnus Magiſter, inconſulto Summo Pontifice, non debet ab officio removeri, nec Princeps à populo. 19.

Confœderationem faciens cum inimicis Chriſtianæ fidei amittit Dignitatem. 50.

Magnus Magiſter remotus à Cõventu appellans à remotione, permanere debet in poſſeſsione Magiſterij. 21.

Remotionis, vel ſuſpenſionis ab officio decretum eſt appellabile. 22.

Magnus Magiſter habet multa ſpecialia, quæ referuntur. 23.

Electionis Magni Magiſtri ordinationes, & leges traduntur remiſsivè. 24.

Magnus Magiſter eſt Eccleſiaſticus, & in quo ſenſu poſsit dici Laicus. 25.

Magiſtrorum nomina referuntur.

MAGNI Magiſtri nomen impoſitum eſt huius ſacræ Religionis Militaris ſupremo Præſuli ad inſtar illius, qui habet regimen, & adminiſtrationẽ plurimorum Militum; de quo eſt *Rubrica. C. de officio Magiſtri Militum.* & vt denotetur eius authoritas, additum eſt iſtud adiectivum *Magnus* ad denotandam maioritatem, & ſuperioritatem vltra illam, quam habet Magiſter Militum, qui dicitur Illuſtris, vt habetur prædicto *titulo. l. vltim. in ſuperſcriptione*, vbi: *Imperator Iuſtinianus Zitæ viro Illuſtri Magiſtro Militum*. Et Magiſter dicitur, quia maior eſt in ſtatione; qui etiam Princeps Militum vocatur. 2. *Reg. cap.* 10. Hoſtienſis 1 2 3

tiensis *in ſumm. de Magiſtris §. 1.* Et Ioan. Andreas *in Clement. 2. de Magiſtr.* qui dicit, quod nemini debet huiuſmodi nominatio eſſe moleſta, cùm Chriſtus ſic á Diſcipulis
4 vocaretur *Ioan. 3.* quod etiam ipſe acceptavit *Ioan. 12. Vos vocaſtis me Magiſter.* Et propriè Magiſter eſt, cui totius rei gubernatio eſt com-
5 miſſa. *l. 1. §. 1. ff. de exercit. act.* & facit *l. item Magiſtri. ff. de pactis. l. actor. ff. rem ratam haberi*, vel dicitur Magiſter à Monendo; nam quibus præcipua rerum omnium cura incumbit, & qui magis, quàm cæteri diligentiam, & ſolicitudinẽ rebus quibus præſunt, adhibent, debent Magiſtri appellari: quin etiam ipſi Magiſtratus per derivationem à Magiſtris cognominantur.
6 *l. quibus ff. de verb. ſignif.* idcirco iudices, & Magiſtri eodem Ordine præcepti ponuntur *Deuteron. 16. Iudices, & Magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis: vt iudicent populum iuſto iudicio.* Caſaneus *in Catal. Glor. Mund. 9. part. conſiderat. 4. verſ. prædicti.* Mendo *de Ordinib. Militarib. diſquiſit. 1. q. 6. num. 30.* Rota *deciſ. 295. num. 13. apud Rubeum tom. 1. noviſſ.*

7 Et licèt multi ex Magiſtris Ordinis in initio eius non habuiſſent titulum *Magni*, creſcente in diem familia, & obſequijs erga Eccleſiam vniverſalem, ad differentiam Magiſtrorum aliarum Militiarum Regularium, qui Magiſtri tantùm nominantur, additus fuit titulus *Magni* in Magiſtro Fratre Ioanne de Laſtic, Priore Alverniæ, electo in Magiſtrum anno 1454. qui primus inter Magiſtros Ordinis habuit titulum *Magni*; vt notat Micheli *en*
8 *el Teſoro Militar de Cavalleria fol. 42.* & ex tunc Magiſtri omnes Magni prænominati fuere; & voce *Eminentiæ* vt Cardinales ſalutantur: inter Principes verò ſæculares voce *Altitudinis*, vt Reges ſimplices nominantur: & Sereniſſimus Princeps appellatur in Coronica Ordinis ſcripta à Ioanne Auguſtino de Funes, Magnus Magiſter Frater Antonius de Paula. Et eadem vrbanitate Magnum Magiſtrum nominari apud Curiam Neapolitanam conſtat ex Merlino *controverſ. cap. 95. num. 4.*

De Magni Magiſtri authoritate 9
ſcripſit Caſaneus, quod crederet, poſt Papam præcedere omnes Patriarchas, Cardinales, & alios Pontifices Eccleſiaſticos; & cùm videatur eſſe tantæ Dignitatis, cuius eſt Patriarcha, quod poſt Imperatorẽ, & alios Principes habentes iura Imperij, vt ſunt Reges Hiſpaniæ, & Franciæ, præcederet omnes Principes recognoſcentes ſuperiorem, & non habentes iura Imperij, puta Reges ſubditos Imperio, & quoſcumque Duces. Quod meritò notat Funes *lib. 2. Coron. cap. 3. fol. 135.* Et Ioannes de Caravalho *de vna & altera quarta. p. 1. nu. 348.* vbi appellat eum Archimagiſtrum, & præcedere omnes Reges Imperio ſubditos, Patriarchas, & Cardinales, tenet cum Caſaneo. Sicut 10
triremes, & armamenta Ordinis poſt naves Summi Pontificis, & Regum præcedunt navigia, & triremes omnium Principum Chriſtianorũ. Funes. *p. 2. lib. 5. cap. 11. fol. 454.* vbi tradit Epiſtolam Regis noſtri Philippi Secundi circa præcedentiam triremium Ordinis.

Quod dictum Caſanei de præce- 11
dentia, & authoritate Magni Magiſtri, vt certum habui ſemper, & habeo, conſiderans in Magno Melitenſi Magiſtro ius quoddam Poteſtatem, & Imperium in toto Orbe Chriſtiano, quod nullus Princeps Eccleſiaſticus habet. Nam Patriarcha,

cha, Archiepiſcopus, & Epiſcopus, intra limites Patriarchatus, Archiepiſcopatus, & Diœceſſis, iuriſdictionem habent, & Imperium: ſed hæc limitata ad vnam partem Prouinciæ, & ad aliqua Oppida, & Ciuitates; habent etiam in Curijs Regum, & Imperatoris, Legatos à latere Summi Pontificis, ſuperiores, & iudices appellationum; itemque in temporalibus ſubijciuntur Regibus, quorum vaſalli ſunt in meliori opinione. Rodericus *in ſumm. tom. 4. cap.* 168. *num.* 1. Valaſcus *conſult.* 100. *num.* 2. quidquid dicat Diana *part.* 5. *tract.* 1. *reſol.* 19. At Princeps Ordinis Magnus Magiſter nullum niſi Summum Pontificē recognoſcit in Eccleſia ſuperiorē; habetque plenariam, & omnimodam etiam meri, & mixti Imperij iuriſdictionem, & ſuperioritatem in octo Nationibus, & Linguis Ordinis. Pius IV. *in Bulla, quæ incipit Circunſpecta kalend. Iulij* 1560. *in Bullar. tom.* 2. *fol.* 9. habet etiam propē infinitos ſubditos, Ciuitates, Villas, Loca, & Caſtra in toto Orbe terrarum, maximè in Francia, Hiſpania, & Italia, ex quo Principis magnitudo arguitur, in multitudine enim populi Dignitas Regis cōſtat *Proverb. cap.* 14. Et hoc eſt vnū 12 ex argumentis ad præcedentiam Regis noſtri ad omnes Reges terrarum, quos omnes in Regnorum, & Prouinciarum numero ſuperat, & ideò omnes præcedere debet. Baldes *de Præcedentia cap.* 12.

13 Eſt etiam Princeps in temporalibus non recognoſcens ſuperiorē, & Dominus totius Inſulæ Melitenſis vbi Imperium in omnes habet. Iacobus de Nigris *in l.* 1. *ff. de officio eius.* Ioannes Franciſcus de Pōte *conſ.* 14. *num.* 22. Mendo *dicta diſquiſit.* 1. *num.* 112. Machado *en ſu perfecto Confeſſor tom.* 2. *lib.* 5. *p.* 4. *trat.* 3. *docum.* 6. *num.* 3. Cui facienda eſt remiſſio d linquentis in Inſula Melita. Merlino *controuerſ. cap* 95. & habet iuriſdictionem vni 14 verſalen in Ordine. Mohedanus *deciſ.* 10. Rota *deciſ.* 101. *num.* 2. *lib.* 2 *p.* 3. *diverſ.* Creſcenſis *deciſ.* 16. Poſtius *de manut. deciſ.* 198. *num.* 1. & 2. Barboſa *in ſumm. deciſ collect.* 314. *num.* 5. Rota *deciſ* 457. *apud Paulum Rubeum.* 1. *p. noviſſ.* quam iuriſdictionem habet etiam Conuētus Melitenſis vnà cum Magiſtro, *vt in dicta conſtit. Pij IV. verſ Nec* 15 *non cauſas*, continetur. Rota *dict. deciſ.* 101. *num.* 2. Oldradus *conſ.* 128. *per totum, præſertim num.* 3. & 6. Verall. *deciſ.* 219. *in fin. p.* 1. Poſtius *vbi ſup. num.* 3. Flaminius Pariſius *de reſign. Beneficio. tom.* 2. *lib.* 11. *quæſt.* 3. *num.* 112. Caputaquenſis *deciſ.* 219. *num.* 5. Sed Magnus Magiſter habet exercitium ex conſuetudine, & privilegio. Nec eſt inconueniens, vt vna, & eadem iuriſdictio ſit penes Conventum, & Magiſtrum, apud Conventum quidèm habitu, apud Magiſtrum actu; vt conſiderat Poſtius, *num.* 4. arguens de ſimili diſcrimine, quod conſiderant Doctores, quando diſtinguunt officium iudicis à iuriſdictione, vt *in l.* 1. *vbi Bartol. num.* 9. & *ibi Cagnol. num.* 49. *ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Pariſius *vbi ſupra num.* 113. Paulus Rubeus *num.* 6.

Sed an Magnus Magiſter poſſit 16 á Conventu remoueri, ingens eſt difficultas; & pro Conventu ſcripſit Oldradus *conſ.* 128. vbi ex multis probat, remoueri poſſe Magiſtrum ex cauſa: vt remouit Falconē de Villareto Prouincianum; & Oldradum videtur ſequi Caſaneus. *d. conſiderat* 4. *in fin.* Iacobus Putеus *deciſ.* 382. *num.* 7. ſed pro contraria opinione facit, quod dictus Magiſter Folco fuit reſtitutus in Dignitatem

17 tem Magiſtralem a Summo Pontifice Ioanne XXII. Et ipſe poſtea ſponteneæ voluntatis renunciavit, & deceſſit vt privatus Eques, ſepultuſq; fuit in Mompeller anno 1322. vt teſtantur Funes *lib.2.Coron.cap. 4.& 5.* Micheli *en el Teſoro Militar de Cavalleria fol.42.* qui etiam refert, ſuſpenſum fuiſſe à Magiſterio Magiſtrum Fratrem Ioannē Leveſque de Caſſiere, Marſcilem, & caput Linguæ Alverniæ, electum anno 1572. qui cum ſuſpenſus fuiſſet, & eius Locotenentis eligeretur Prior Tholoſæ Frater Maurieius de Leſcoret Romegas, deceſsit Ro
18 mæ anno 1581. & poſt eius mortem Magiſter fuit reſtitutus ad Dignitatem Magiſtralem per ſententiam Summi Pontificis Gregorij XIII.

19 In hoc dubio rationes, & argumēta multa tradidit Oldradus, quæ probant Conventus poteſtatem, & authoritatem in Magiſtrum; ſed etſi de rigore procedant, de æquitate, & honeſtate non debet vnquam Magnus Magiſter removeri; ſicut nec Princeps à Populo removēdus eſt, vt contra aliquos tenet Ayala *de iure belli lib. 1. cap. 2. num. 27.* quoniam non omne, quod licet, honeſtum eſt. *l. ſemper.42. ff. de ritu nupt.* ibi: *Non ſolùm quod liceat conſiderandum eſt, ſed & quid honeſtum ſit.* Et Summo Pontifice in conſulto, imò eo ſic non præcipiente, non poteſt Conventus tali poteſtate vti; vt in remotione, & privatione Regnorum deciſum eſt *in Cap.alius.15.q.6. Cap.ad Apoſtolicæ, de ſent. & re iudicat. in 6. Cap. grandi de ſupplend. neglig. Prælat. lib.6.* Et ſic experientia docuit; ſemel atque iterum Magiſtris à Conventu ſuſpenſis, à Sūmis Pontificibus eos reſtitutos fore. Nec remotionis cauſam inconſulto Summo Pōtifice ſufficientem eſſe cenſeo, ſi dicatur, quod Magiſter facit confæderationem cū inimicis fidei Chriſtianę, & quod Ius & Dignitatem amiſsit ipſo iure. *l. quoties. C. de Dignitatib.* quod maximè aliegabatur ab Oldrado *in dict. conſ. num. 16.* quia ſi teſtes ſunt ipſimet Equites, qui optant remotionem; non ſunt facilè credendi; nec debent eſſe accuſatores, & iudices; nec eſt iudicandum ſecundùm faciem, ſed rectum iudicium debet iudicari, conſulendo ſummum Eccleſiæ iudicem, qui in rebus tanti ponderis, quod certum, & melius fuerit, decernet. Et aliter Conventus procedere, quantumvis iuriſdictionem, & poteſtatem habeat, non poteſtati, ſed tempeſtati erit attribuendū. Quod ſi procedat de facto, etiā proceſſu formato, poteſt quidem appellare Magiſter, qui appellatione pendente, donec à Summo Pontifice fuerit deciſum, debet eſſe in poſſeſsione Magiſterij; quoniam provocationis remedio, condemnationis extinguitur pronunciatio *.l.1.§.fin.ff. ad Turpil. l. 2. ff. de pœnis. l. furti vbi Gloſſ. verbo Provocaverit. ff. de his qui notantur infamia,* Et quia remotionis, vel ſuſpēſionis ab officio decretum appellabile eſt, & appellatione pendente cōtinuare poteſt eius vſum. Philpp. Franch. *in cap. ad hæc quoniam, in princip. de appellat.* & per argumētum ab ſpeciali *textu in Cap. is cui, de ſent. excommunicat. in. 6.* tenet Gloſſ. *ibi verbo, Sequentem; & in cap. ſæpè verb. ſententia in fin. de appellat.* Lancelotus, Emanuel Rodericus, Bobadilla, Scaccia, & alij laudati, & ſecuti á Salgado *de Reg. Protect. 2. p. cap. 5 num. 124.* & latè *p. 3. cap. 8. num. 1.*

Habet multa ſpecialia Magnus 23 Magiſter, quæ continentur in ſtatutis *tit. 9.* & in alijs locis, quæ denotant

norant ſuperioritatem illius, item, & excellentiam, & celſitudinem Dignitatis; nam eſt ſanctum, vt omnes Fratres quacumque authoritate fungentes obediant Magiſtro; quod ex ſpolio ſui prædeceſſoris poſſit retinere certa bona, & vaſa argentea, & aurea; ité habet 22. Commendas pro Camera Magiſtrali, poteſt conſtituere Locumtenentem; & concedere multa Fratribus, quæ pertinent ad licentiam vivendi, & recedendi à Conventu, & de bonis patrimonialibus teſtandi; poteſt etiam quædam delicta remittere; habet Bullam plumbeam, in cuius cũeo ſuperiori imago perſonę eius ſculpta ſit, & quolibet quinquenio poteſt dare de gratia vnam Commendam, quæ vacaverit in quolibet Prioratu, *vt in tit. 14. num. 24.*

24 In electione autem Magni Magiſtri ordinationes, & leges, quas obſervare debent Equites Melitenſes, tradidit Vrbanus VIII. *conſt. 87. incip. Inſpecula. 3. Iulij 1628. apud Angel. Mar. Cherub. tom. 4. Bullar. pag. 100.* Et cæremoniale pro huiuſmodi electione præſcribit idem Vrbanus VIII. *conſt. 24. alias 134. incip. Militantis. 21. Octobris 1634. apud Angel. Mar. Cherub. d. tom. 4. pag. 41.* Barboſa *in ſumm. deciſ. Apoſtolicar. collect. 314. nu. 12.* Et quia eligitur ex Equitibus Magnæ Crucis, qui reſpectu Capellanorum dicuntur Laici; cùm vni dicantur conſtituti in Ordine Militari, alij in Ordine Clericali. Gloſſ. *in cap. 1. verbo Perſolvãt, de*
25 *Verb. ſignificat. in 6.* Lotterius *de re beneficiaria lib. 1. quæſt. 36. num. 29 & quæſt. 4. num. 53.* Magnum Magiſtrum Laicum eſſe exiſtimavit Ioannes Andreas *in cap. canonica, de ſententia excomunicationis.* Cabedo *de Patronatu Regiæ Coronæ cap. 15. num. 18.* quod in hoc ſenſu intelligendum eſt, aliter enim abſurdum eſſet, cum non Sæculatis ſive Laicus, ſed Princeps Eccleſiaſticus ſit, & Prælatus ſacri Ordinis Militaris.

Magiſtrorum autem nomina vſque ad Fratrem Fabricium Carreto ſcripſit Marchio de Tarifa *en el Viage de Ieruſalem fol. 151. & 152.* & vſque ad Fratrem Hugonem de Loubenx Verdala tradit Hieronymus Romam *lib. 7. de la Republica Chriſtiana cap. 7.* & vſque ad Fratrem Antonium de Paula retulit Eunes *in Cronologia Magiſtrorum*, & vſque ad Fratrem Ioannem Laſcares Caſtelar commemoravit Micheli *vbi ſupra fol. 41.* & ſunt ſequentes. 26

Frater Gerardus Rector Hoſpitalis, & Fundator Ordinis.
Frater Raimũdus de Podio primus Magiſter, & Inſtitutor Regulę.
Frater Augerius de Balbin Fundator Hoſpitalis in Civitate Sichem.
Frater Arnaldus de Comps.
Frater Gilbertus de Aſſali.
Frater Caſtus.
Frater Iobertus.
Frater Rogerius de Molins.
Frater Guarnierus de Napoli.
Frater Germanus Adaps.
Frater Gofredus de Duiſon.
Frater Ildephonſus de Portugal Hiſpanus ex lingua Caſtelię.
Frater Gofredus de Res.
Frater Guarinus de Mõteagudo.
Frater Bertrandus de Texi.
Frater Gerinus.
Frater Bertrandus de Comps.
Frater Petrus Vilebride.
Frater Guillelmus de Caſtelnuevo.
Frater Hugo Revelo.
Frater Nicolaus Lorgue.
Frater Ioannes de Villers.

Frater

Frater Odon de Pins.
Frater Guillermus de Villareto.
Frater Folco de Villareto, qui Inſulam Rhodum vi armorumoc cupavit, & à Magiſterio fuit amotus per Conventum.
Frater Mauricius de Pagnae.
Frater Elion de Villanova.
Frater Deodato de Gozon, qui Serpentem Rhodi interfecit.
Frater Petrus de Corillan.
Frater Rugerius de Pins.
Frater Raimundus Berengarius.
Frater Robertus de Iuliar.
Frater Ioannes Fernandez de Heredia Hiſpanus ex Lingua Aragoniæ.
Frater Ricardus Caraciolo.
Frater Filibertus de Nailaco.
Frater Antonius Fluviano Hiſpanus ex Lingua Aragonię.
Frater Ioannes de Laſtic, qui primus nominatus fuit Magnus Magiſter.
Frater Iacobus de Milli.
Frater Petrus Raimundus de Acoſta Hiſpanus ex Lingua Aragoniæ.
Frater Baptiſta Orſino.
Frater Petrus de Abuſon, qui electus fuit Cardinalis ab Innocẽtio VIII.
Frater Emericus Daboyſe.
Frater Guido de Blanchefort.
Frater Fabricius Carreto.
Frater Philippus de Villers Liſadam, qui Rhodi Inſulam perdidit.
Frater Pierino del Ponte.
Frater Deſiderius de Santa Sala.
Frater Ioannes Omedes Hiſpanus ex Lingua Aragonię.
Frater Claudius de la Sengle.
Frater Ioannes la Valeur, qui Melitam Inſulam acerrimè defendit.
Frater Petrus de Monti.
Frater Ioannes Leveſque de Caſſere, qui à Magiſterio per Conventum fuit ſuſpenſus.
Frater Mauricius de Loſcoret.
Frater Hugo de Loubenx Verdala, qui electus fuit Cardinalis à Sixto V.
Frater Martinus Garces Hiſpanus ex Lingua Aragoniæ.
Frater Alogius Viñacourt.
Frater Ludovicus Mendez Vaſconcelos Hiſpanus ex Lingua Caſtellę.
Frater Antonius de Paula.
Frater Ioannes Laſcares Caſtelar.
Frater Martinus de Redin Hiſpanus ex Lingua Aragonię, qui cũ fuiſſet Magnus Prior Navarræ, & Prorex in Regno Siciliæ, electus fuit in Magnũ Magiſtrum Ordinis.
Frater Ioannes Danneto.
Frater Raphael Cotoner Hiſpanus ex Lingua Aragoniæ, qui tempore electionis Baiulivus Maiorícarum erat, & nunc gubernat.

CAPVT III.

DE BAIVLIVIS Conventualibus, & eorum Dignitatibus, & Officijs.

SVMMARIVM.

BAiulivorum appellatione qui comprehendantur, & vndè tales dicantur. 1.

Senatus Ordinis S. Ioannis cõſtitutus fuit ex octo Dignitatibus, & Baiulivis, vnus de vnaquaque Natione & Lingua. 2.

Magni Commendatarij officium & præeminentiæ traduntur. 3.

Mareſ-

Mareſcalli officium, & præeminentiæ. 4.

Mareſcallus habet iuriſdictionem in certis cauſis. 5.

Iuriſdictio in dubio cenſetur data cumulativè, & non privativè. 6.

Magnus Magiſter non poteſt ſine Conventu avocare cauſas à Mareſcallo præventas. 7.

Mareſcallus non poteſt cognoſcere de cauſis Familiarium Magni Magiſtri. 8.

Familiares Principis non conueniuntur coram Tribuno Militum. 9.

Hoſpitalarij officium, & præeminentiæ. 10.

Admirati officium, & præeminentiæ. 11.

Magni Conſervatoris officium, & præeminentiæ. 12.

Turcopolerij officium, & præeminentiæ. 13.

Magni Baiulivi officiũ, & præeminentiæ. 14.

Magni Cancellarij officium, & præeminentiæ. 15.

Prælatio ad Dignitates Conventuales innititur benemeritis. 16.

1 APpellatione Bailiorum, ſive vt dicimus, Baiulivorum, comprehenduntur Baiulivi Conventuales, & Capitulares, Priores, & Caſtellanus Empoſtæ: Bailij autem antiqua Gallorum lingua, dicebantur, domorum, aut aliorum prædiorũ Prefecti, vel Adminiſtratores; vndè Commendæ à maioribus Bailiæ dictę ſunt. Sic explicant ſtatuta *tit.* 29. *de Verb. ſignif. num.* 8. & vt diſtinctione de his omnibus agamus, de Baiulivis Conventualibus in primis eſt ſermo, qui etiam *Pilerij* dicũtur, quia ſunt Capita, & Præſides, ac veluti Columnę Nationum. Igitur, vt Ordo maturius poſſit gubernari, Senatus, ac Concilium; quod Magiſtro adeſſet, fuit conſtitutum; quod ex octo Dignitatibus, Officijs, ſeu Baiulivis, compoſuere Fratres, vnum de vnaquaque Natione, & Lingua: vt ſuarum Linguarum fuiſſent Præſides, & ſemper in Conventu adeſſent; qui Baiulivi Conventuales dicuntur. Et ſunt Magnus Commendatarius, Mareſcallus, Hoſpitalarius Admiratus, Magnus Conſervator, Turcopolerius, Magnus Baiulivus, & Magnus Cãcellarius. Quorũ officia referunt Claudius Robertus *in Gallia Chriſt. tit. de Generalibus Ordinum*: latiſſimè Marchio de Tarifa *en la fundacion de la Orden, en el Viage de Ieruſalem ex cap.* 6. *cum ſeq.* Sanſovinus *della origine de Cauallieri lib.* 2. *pag.* 36. Azor *Inſtit. Moral. p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 6. *q.* 2. *verſ. Præeſt.* Barboſa *in ſumm. deciſ. Apoſtolicar. collect.* 314. *nu.* 20. Mendo *de Ordinib. Militarib. diſquiſit.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 114. Micheli *en el Teſoro Militar de Cavalleria fol.* 41. ibi: *Los Baylios fueron ſiempre, en eſta Religion, de tan grande autoridad, y peſo, que han ſido en ella del Conſejo Colateral de los Grandes Maeſtres, como los Cardenales en el Conſiſtorio Apoſtolico de la Igleſia Romana cõ los Papas, precediẽdo ſiempre en eſto a los Priores, como parece muy claro de los eſtablecimientos; y gozan de aſſientos mas preeminentes que los Priores, por ſer ſu Dignidad mas antigua en ſu Orden, que la de los Priores, y la primera, ſiempre, deſpues de la ſuprema de los Maeſtres, como parece por los miſmos eſtablecimientos, mandandoſe por ellos, que donde quiera que concurrieren los Baylios, y Priores de la Gran Cruz, todos los Comendadores, Cavalleros, y Freyles, y las demas perſonas*

2

de la Orden les tengan todo reſpeto, y acatamiento, como a ſuperiores ſuyos, ſo pena de inobediencia, y de las penas devidas a la calidad de el cargo. Ya los Baylios, y Priores deſde ſu principio ſe les ha dado, y dà la honra, y corteſia en el trato, q̃ a los Obiſpos, llamandoles indiferentemente de Señoria.

3 Magnus Commendatarius eſt Præſes Linguæ Provinciæ, & ei horrei, & granorum conſervatio eſt cõmiſſa, ad quod ponit probos homines, qui de eo curant. Eſt quoque Ærario deputatus, officiales Granarij, & parvæ Commendæ Magiſtro, & Concilio Ordinario præſentat confirmandos. Sumebat antiquitus in ſpolijs Locàle ad valorem quinque florinorum; vt hæc, & alia continentur *in tit.* 10. de Baiulivis.

4 Mareſcallus caput eſt Linguæ Alvernię, quod nomen eſt Gallicũ, & importat idem, quod Tribunus Militum, vt *in tit. de Verb. ſignif. num.* 7. Et tradunt Alciatus *de ſingul. cert. cap.* 34. *num.* 4. Tiraquellus poſt Budeum *de Nobilit. cap.* 8. *nu.* 17. Caſaneus *in cat. Glor. Mund. p.* 9. *conſiderat.* 17. D. Sebaſtia. Covarrub. *en el Teſoro de la Leng. Eſpañ. verb. Mariſcal.* Guard. *de Nobit. cap.* 45. Ioannes de Caravalho *de vna & altera quarta part.* 1. *num.* 388. Capicius *deciſ.* 27. *nu.* 4. Et Mareſcallo Fratres omnes obedire tenentur, exceptis Baiulivis Conventualibus, Prioribus, & alijs expreſſis *dict. tit.* 10. *num.* 2. & pertinet ei Vexillum Ordinis, quod cũ conſilio Magiſtri, vel eius Locotenentis poteſt cui ſibi placuerit commendare, habetque iuriſdictionem
5 in certis cauſis, ad inſtar Tribuni Militum, ad cuius officium ſpectat audire Militum querelas. *l. officiũ. §. officium Tribunorum, vbi Gloſſ. in verb. principij ff. de re Militari.* Lucas à Penna *in. l. Tribuni num.* 2. *C. de re Militari lib.* 12. Budeus *in cap. quamvis eod. tit.* Vigerius *lib.* 2. *de offic. Tribun.* nam *in tit.* 19. *de Albergio num.* 13. cavetur, vt Milites adverſus Servitores eis infeſtos faciant planctum, id eſt querelã porrigant Pilerio, qui eſt caput Linguę, qui eos componat; quod ſi nõ fecerit, fiat querela Magiſtro, ſeu Mareſcallo, qui iuſtitiam faciant; *& in tit. del Sguardio*, & alijs, vt ex multis probat Poſtius *poſt tract. de Manut. deciſ.* 198. *ex num.* 8. *cum ſequent.* Rota *coram R. P. D. Vbaldo apud Paulun Rubeum.* 1. *p. noviſ. deciſ.* 457. *ex num.* 11. *cum ſequentibus.*

Quæ iuriſdictio eſt ad prævention em cum Magno Magiſtro, qui licèt habeat vniverſalem iuriſdictionem, vt dictum eſt ſupra capite antecedenti, ſuccedit regula, vt cũ inferiori competat iuriſdictio in certis caſibus, non propterea cenſeatur adempta iuriſdictio ſuperiori, iuxta. *l. vlt. C. de iuriſdict. omn. iudic.* vbi etiam ſi Rectori Militum concedatur iuriſdictio de rebus Militaribus, non tamen adempta cenſetur iuriſdictio, eiſdem de cauſis competens alteri Magiſtratui Ordinario, vt declarat Menochius *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 18. *n.* 28. vbi adducit textum *in. d. l. fin.* & benè facit textus *in Cap. per hoc, de hæret. in.* 6. *& in Clement.* 1. *§.* 1. *eod. tit. l.* 1. *C. de offic. Præfec. Vrb. l. nec quidquam. ff. de offic. Procõſ. l. vlt. C. vbi cauſæ fiſcales.* In dubio enim cenſetur iuriſdictio data cumulativè, & non privativè. Bartol. *in. d. l.* 1. *C. de offic. Præfect. Vrb.* Decius *conſ.* 13. *num.* 3. Romanus *conſ.* 373. *num.* 1. Felinus *in capit. Paſtoralis, nu.* 2. *de offic. Ordinar.* Rota *deciſ.* 316. *nu.* 7. *& deciſ.* 121. *num.* 4. *p.* 1. *recenſ.* Gregorius XV. *deciſ.*

deciſ. 4. num. 5. Menochius *vbi ſup. num. 24.* Poſtius *num. 12.* Paulus Rubeus *num. 16* Eſcobar *de Ratiocin. cap. 7. num 41.* Vantius *de nullitate ex defectu iuriſd. Ordin. nu. 26.* Guazinus *de defenſ. reor. def. 1. c. 1. num. 26.* Scaccia *de iudicijs lib. 1. cap. 66. num. 5.*

7 Magnus autem Magiſter non poteſt ſine Conventu avocare cauſas à Mareſcallo præventas, cùm hoc ſit de pertinentibus ad abſolutam poteſtatem. Affictis *deciſ. 361. nu. 18.* Franc. à Ponte *de poteſt. Proregis tit. 2. §. 1. num. 24.* Quæ talis non eſt in Magiſtro, ſed vnita cum Conventu; & ita deciſum eſt in Rota *coram Pirovano deciſ. 209. tom. 1. noviſſim. apud Rubeum.*

8 Mareſcallus autem non poteſt cognoſcere de cauſis Familiarium Magni Magiſtri, quia Familiares Principis non conveniuntur coram Tribuno Militum, ſed coram Siniſcaldo, ſeu Magiſtro Domus. *l. cubicularios. C. de Præpoſit. ſacri Cubiculi lib. 12. l. vlt. C. de Caſtrenſ. & Miniſt. l. 2. C. de Decan. lib. 12.* ita

9 deciſum fuit in Rota *coram Pirovano deciſ. 291. p. 1. noviſſim. & deciſ. 324. apud Rubeum.*

10 Hoſpitalarius eſt Princeps Linguæ Franciæ, & habet ſua cura Hoſpitale; tenetur quolibet anno invētarium quorumcumque bonorum Infirmariæ vnà cum probis hominibus facere, & apothecam Infirmariæ accerſitis Medicis viſitare, habet cuneum ferrum, Capellanum in Infirmaria deputat; curam adhibet, vt de bonis, & præſtantioribus nutrimentis, ægrotis per Infirmarium ſubveniatur; & vnà cum Infirmario, & probis hominibus adeſſe debet recognitioni omnium bonorum defunctorum; & Infirmarium eligit, & ipſum Magiſtro, & Concilio confirmandum preſentat: vt hęc & alia continentur *in d. tit. 10. de Baiulivis, & in tit. 5. de Hoſpitalitate.*

Admiratus caput eſt Linguę Italiæ, cuius officium eſt præeſſe Claſi Maritimæ, vt exponunt Volateranus *lib. 19. de Magiſtratibus Græcorum, & Romanorum.* Caſaneus 11
in cat al. Glor. Mundi. p. 9. conſiderat. 24. Covarrub. *vbi ſupra verb. Almirante.* Guard. *dict. cap. 45.* Moreno de Vargas *en la Nobleza de Eſpaña diſcurſ. 13. num. 18.* Menochius *conſ. 302. num. 24.* Cabedo *2. p. deciſ. 99.* Caravalho *vbi ſupra 1. p. num. 487.* de quo officio, & munere agitur *in. l. 1. C. de Claſſicis lib. 11.* vbi Cuiatius. *l. 24. tit. 9. p. 2. & l. 2. & 3. tit. 24. ead. part.* Habet prœeminentiam ſuper armamenta, & omnes Fratres, & Sæculares expeditionis, & Claſſis Maritimæ ei ſubijciuntur, ſtipendia quoque ab Ærario ſumit ad ſolutionem remigium, & nautarum.

Magnus Conſervator Præſes eſt 12
Linguæ Aragoniæ, ad eius officiū attinet diſtributio ſoldeatum, ſivę ſtipendiorum, habet curam pannorum, & adeſt ſpolijs Fratrum diſtribuendis; & ipſe dat licentiam ſcindendi, & faciendi veſtes; vt hæc, & alia continentur *dict. tit. 10.*

Turcopolerius Baiulivus Convē 13
tualis Linguæ Anglię dicitur à Turcopolis, qui vt in Hiſtorijs Bellorū à Chriſtianis in Syria geſtorum habetur, Equites erant levis armaturæ; ita ſtatuta *tit. 19. de verb. ſignif. num. 8.* ad eius curam pertinet cuſtodia Inſulæ, & ad hoc habet Milites dictos Turcopolos, quos deſtituere non poteſt ab officijs abſque cauſæ cognitione; vt *in dict. tit. 10. num. 26.* continetur.

Magnus Baiulivus Præſes Lin- 14
guæ Alemaniæ habet præeminentiam viſitandi Caſtellum S. Petri in

ditione Turcarum ſituati; & quia ſupradicta præeminentia, quâ Rhodi habebat, amplius vti non poteſt, ſtatutum fuit, vt ipſius loco ius viſitandi notabilem Ciuitatem Veterē Inſulæ Melitæ, & Caſtellum Gaudiſij habeat.

15 Magnus Cancellarius Baiulivus Conuētualis Linguæ Hiſpaniæ, ſeu Caſtellæ habet præeminentiam, quod virum doctum, & idoneum Vicecancellarium habeat Cancellariæ exercitio deputatum; & vacāte Vicecancellariatus officio duos, vel plures Fratres Ordinis idoneos, & ad ipſum exercitiū ſufficiētes ſucceſſivè Magiſtro, & Concilio Ordinario prēſentat, ex quibus vnum Magiſter, & Concilium acceptant; & Vicecancellarius Proviſiones quaſcumque Cancellariæ expedit, ac more ſolito ſignat, & eius fructus, redditus, & emolumenta recipit, vt *in dicto tit.* 10. *num.* 34. *cum ſequentibus* continetur. Magni autem Cancellarij officium in Republicis conſtitutum eſt in locū Quæſtoris Sacri Palatij. *l.* 1. *ff. de officio Quæſtoris, vbi Bartol.* Menochius *de Arbitrar. caſu.* 68. *nu.* 9. Bellinus *de re Militari.* 1. *p. tit.* 22. *num.* 9.

16 Prælatio autem ad has Dignitates Ordinis obtinendas non innititur antianitate, vt regulare eſt in Commendis, & Baiulivatibus Capitularibus, ſed in benemeritis, vt ex deciſione Rotę notat Lotterius *de re beneficiaria lib.* 2. *quæſt.* 15. *num.* 48. Rota in cauſa Domini Martini de Redin *coram Virili deciſ.* 473 *p.* 2. *noviſſimar.* apud Paulum Rubeum.

* * * * * * * *

CAPVT IV.

DE PRIORIBVS Nationum, Baiulivis Capitularibus, Priore Eccleſiæ, Epiſcopo Melitenſi, Commendatarijs, Legatis, & Receptoribus communis Ærarij.

SVMMARIVM.

PRiores Prouinciarum quare inſtituti ſint. 1.

Priores Ordinis S. Ioannis ſunt in Dignitate Eccleſiaſtica conſtituti. 2.

Priores, & Caſtellanus Empoſtæ ciuilem, & criminalem iuriſdictionem habent vnà cum Capitulo Prouinciali, quæ nominatur Aſſemblea. 3.

Priorum iuriſdictio eſt quaſi Epiſcopalis. 4.

Abbates exempti iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habent. 5.

Priores Militiarum ſunt Prælati Eccleſiaſtici. 6.

Prælatorum appellatione non ſolùm Epiſcopi, ſed Abbates, & Priores comprehenduntur. 7.

Priores præcedunt omnes Titulares Seculares. 8.

Priorum multæ ſunt præeminētiæ. 9.

Baiulivorum Prouincialium officium, & præeminentia. 10.

Prior Eccleſiæ Melitenſis debet eſſe Præsbiter, & iuriſdictionem habet in Capellanos, & Clericos. 11.

Prioris Eccleſiæ præeminentiæ. 12.

Epiſcopus Melitenſis à Rege Hiſpa-

Hiſpaniarum eligitur, vnus ex tribus, quos ex ſuo Ordine Magiſter præſentat. 13.

Epiſcopus Melitenſis eſt ſuffraganeus Archiepiſcopatus Panormitani in Regno Siciliæ. 14.

Priorem Eccleſiæ in Concilio præcedere debere Epiſcopum deciſum eſt. 15.

Dignitas Epiſcopalis non conferens ad actum non inducit mutationem loci. 16.

Qualitas duplex concurrens in perſona, illius conſideratio habetur, cuius contemplatione actus geritur. 17.

Perſona eadem in vno caſu poteſt eſſe maior, & dignior, & in alio minor. 18.

Præcedentia non habetur ratione antiquitatis in receptione, quando ille qui vltimò recipitur, eſt in Dignitate. 19.

Dignitas minor habens adminiſtrationem inter illas perſonas cum quibus convenit, debet præcedere maiorem Dignitatem non habentē adminiſtrationem aliquam quo ad illas perſonas, cum quibus congregatur. 20.

Dignitas maior debet reverentiam minori in loco, in quo maior nullam habet iuriſdictionem. 21.

Metropolitanus in Synodo præcedit Epiſcopos. 22.

Præsbiter præcedit Diaconum, & Subdiaconum. 23.

Epiſcopus interveniens in Capitulo, vt Canonicus debet habere ſecundum locum poſt caput Capituli. 24.

Ordo literæ quando debeat attēdi. 25.

Linguarum Dignitates, Priores omnes, & Baiulivatus deſcribuntur. 26. *vſque ad* 35.

Commendæ quot ſint in Ordine, & aliqua de Commendatarijs. 36.

Procuratorem Generalem, ſeu Legatum habet Ordo in Curia Romana: & etiam in Curijs Principū ſunt huius Ordinis Legati. 37.

Legatus Ordinis S. Ioannis præcedit Legatum Bononiæ. 38

Receptoris communis Æranij munus. 39.

QVamvis Ordo á ſuæ originis inſtitutione conſiliarios quoſdam titulis Dignitatum ornatos Magiſtro aſſiſtentes haberet, neceſſarium tamen viſum fuit ſuccedente tempore, Linguas, & Provincias diſtinguere, Baiulivos ampliare, & Priores inſtituere, vt ſuis limitibus ac ditionibus Religioſi quietius profeſſioni, & regimini intenderent. Igitur Priores inſtituti ſunt, qui Provincijs præſiderent, additiq; ſunt quidam Tituli, qui Baiulivi Capitulares dicuntur, qui Capitulis aſcripti ſunt, Concilioque interſunt. Qui Priores, inquit Caſaneus *in tract. al. Gloriæ Mundi part. 9. conſiderat. 4. verſ. Sub ſe*, habent aliqui adiectionem huius verbi *Magni* in qualibet Provincia: vt in Francia eſt vnus, qui dicitur Magnus Prior Franciæ, & habet ille Magnus Prior multos alios Commendatarios ſibi ſubiectos: eſt etiam vnus Magnus Prior Alvernię, alius Magnus Prior Campaniæ, & ſic de ſingulis, qui honorantur inter eos ſecundùm eorū ordinem, & ſecundùm antiquitatē promotionis. Et in Hiſpania ſunt quoque eadem adiectione Priores ornati, vt Magnus Prior Caſtellæ, & Legionis, Magnus Prior Navarræ, in Aragonia autem loco Prioris Caſtellanus Empoſtæ nominatur. 1

Prædictos Priores nemini dubiū eſt in Dignitate Eccleſiaſtica fore conſtitutos, tum ex diſpoſitione iuris cōmunis *in Clement. etſi principalis* 2

cipalis de reſcriptis, vbi Gloſſ. & Doctores, & in cap. fin. de oſſ. ordinar. in 6. Cardinalis *in Clement. 1. §. fin. de ſuppl. neglig. Prælat.* Felinus *in cap. cum olim in princip. de Maiorit. & obedient.* Ioannes Fraciſcus de Ponte *conſ. 14. num. 15.* tũ ex diſpoſitione Municipali Ordinis, in cuius ſtatutis exploratiſſimũ eſt, Priores eſſe in Dignitate conſtitutos, & Prioratum eſſe Dignitatẽ, vt *in tit. 4. cap. 4.* vbi: *Baiulivi, ſivè Commendatarij ad Dignitatem Prioralem ritè, & canonicè promoti, &c.*

3 Habent Priores, & Caſtellanus Empoſtæ civilem, & criminalem iuriſdictionem, & correctionem regularem vnà cum Capitulo Provinciali [quod nominatur Aſſemblea, & eſt vox Gallica denotans congregationem] in omnes Fratres Ordinis, cuiuſcumque qualitatis fuerint, qui in limitibus ſuorum Prioratuũ, aut Caſtellanię Empoſtæ commorantur, aut in eis reperti fuerint, qua iuriſdictione ſemper vſi ſunt, & vti poſſunt ſervata forma ſtatutorum, vt *in tit. 11. de Prioribus num. 5.* continetur. Quæ ſtatuta confirmata ſunt à Sixto V. *in Bulla quæ incip. ad futuram die 20. Martij anno 1586. impreſſa fol. 1. ſtatutor.* Idque continetur etiam in Bulla Pij IV. *quæ incip. Circunſpecta, data kalend. Iulij anno 1560. quæ eſt in Bullar. tom. 2. fol. 9.* Et approbavit Vrbanus VIII. *in Bulla, quæ incipit, Exponi. 17. Februar. 1628. tom. 4. Bullar.* Et ab Innocentio X. *in Bulla, quæ incipit, Vniverſalis. 14. Iulij 1648.* Et agnoſcunt Ioannes Franciſcus de Ponte de Prioribus latè diſſerens *conſ. 14. num. 18.* Alvar. Valaſc. *conſult. 152. num. 11.* Decianus *reſp. 51. ex num. 9. vol. 3.* Farinac. *conſ. 197. lib. 3.* Marius Giurba *conſ. 77. num. 17.* Chachera-nus *aeciſ. 27. num. 28.* Franchis *deciſ. 479. num. 4. & 5.* Cæſar de Grafſis *deciſ. 47. num. 12.* Maynardus *deciſ. 17. ex num. 1.* Petrus Gregorius *lib. 15. ſyntagm. cap. 34. num. 6.* Franciſc. Leo *theſaur. for. Eccleſ. cap. 18. num. 71. p. 2.* Bobadilla *in Polit. lib. 2. cap. 19. nu. 15.* Bolaños *in Cur. Philip. 3 p. §. 1. nu. 13.* Theſaurus *quæſt. forenſ. lib. 1. q. 18. n. 3.* Maſtrillus *de Magiſtratibus lib. 2. cap. 6. num. 35.* Marta *de iuriſdictione 4. p. cent. 2. caſu. 113. num. 31.* D. Thomas Carleval *de iudicijs lib. 1. tit. 1. diſp. 2. num. 451.* noviſſimè P. Andræas Mendo *de Ordinib. Militarib. diſquiſit. 2. quæſt. 2. nu. 68.* vbi de Aſſemblea mentionem fecit.

Quam iuriſdictionem eſſe quaſi 4
Epiſcopalem multis probat Ponte *dicto conſ. 14.* loquens de Priore Vngarię huius Ordinis vbi *nu. 36.* concludit ita: *Ex quibus clariſſimè apparet, quod ſicut Epiſcopus dicitur Prælatus, ita etiam, & Prior: & ſicut ille habet iuriſdictionem in ſua Diœceſi, ita etiam & Prior in ſua Provincia, & diſpoſita in Prælato, Doctores voluerunt habere locum in Abbate, & Priore, propterea concludendum erit noſtrum Priorem, attenta ipſius qualitate, magnitudine Dignitatis, ac iuriſdictionis, eſſe proculdubio Prælatum Epiſcopo per omnia coæqualem, eademque Dignitate potiri debere.*

Quod ſuadetur ex eo, quod Ab- 5
batibus exemptis iuriſdictio quaſi Epiſcopalis competit, quia ſunt Prælati Archiepiſcopis, vel Epiſcopis non ſubiecti cum territorio, & cura animarum erga ſubditos, *Cap. Abbates, & ibi Gloſſ. de privileg. in 6. Cap. vt apoſtolicè, eod. tit. Cap. decernimus, de iudicijs.* Valençuela Velazquez *conſil. 74.* 6
num. 12.

num. 12. Sed Priores Militiarum ſunt etiam Prelati. Gloſſ. *in Clemet. 1. de elect. in verb. Prælatum, & in Cap. nullus in verb. prælaturam de elect. in 6.* Et habent territorium, pluraque oppida, & ſubditos cum exemptione omnimoda: igitur habent iuriſdictionem quaſiepiſcopalem ſicut Abbates. Quinimo Prælatorum appellatione non ſolùm Epiſcopi, ſed Abbates, & Priores comprehenduntur. Abbas *in Cap.* 7 *decernimus de iudicijs in principio.* Quod certiſſimum eſt, & communiter admiſſum in omnibus Prioratibus Militaribus. Chokier *de iuriſdict. in exempt. part. 4. quæſt. 20.* Barboſa *de iure Eccleſiaſtico lib. 1. cap. 17.* Machado *en ſu perfecto Cõfeſſor tom. 2. lib. 4. p. 5. docum. 2. & docum. 4.* vbi benè tractat, & plures refert Mendo *diſquiſit. 7. quæſt. 4. num. 36.* D. Laurentius Matheu *de Regimine Regni Valentiæ tom. 2. cap. 8. § 8. num. 314.* qui multos pro hac concluſione citant. Fagundez *in præcepta Eccleſiæ lib. 7. cap. 2. num. 55.* vbi loquitur de Priore Cratenſi S. Ioannis Hoſpitalarij in Regno Luſitaniæ, & de eius Vicario Generali, per quem exercetur iuriſdictio quaſiepiſcopalis in ſubditos, & vaſallos Prioratus.

Priores ratione iuriſdictionis, & ſuperioritatis in ſuis Provincijs habent ſub ſe Baiulivos Provinciales, & Commendatarios, qui ad Capitulum Generale ſui Prioratus accedere tenetur; ita *tit. 6. num. 15.* & ob id *tit. 10. num. 45.* appellantur Priores Titulis Dignitatũ ornati; ſuntq; de Concilio Magni Magiſtri, & tã de Concilio Ordinario, quàm de Concilio, quod dicitur completũ, & ſunt perſonæ clariſſimæ. Ponte *dict. conſ. 14. num. 59.* & ſunt tractãdi vti Titulati in cameris Regum in ſeſſionibus, & in capella, cum præcedentia ad omnes Titulares Seculares, vt benè probat Ponte *per totum conſilium decimumquartum.*

Habent etiam Priores multas 9
præeminentias: nam poſſunt conſtituere Locumtenentes diſcedentes à Prioratibus, quolibet quinquenio vnam Commendam ſui Prioratus concedere poſſunt, & Commẽdam ſuæ diſpoſitioni ſpectantem cum Commendatario tenuiorem habenti permutare poſſunt, & permutatam alteri de gratia concedere; permittitur Prioribus vltra quatuor Cameras Priorales quintam Cameram retinere; & alia, quæ cõtinentur in Titulo de Prioribus, de Commendis, de Concilio, & alijs in Indice ſtatutorũ relatis, vbi etiã deſcribitur, quę Priores debent efficere, vt facilé videri poſſunt in dictis ſtatutis.

His de Prioribus relatis, de Ba- 10
iulivis Provincialibus dicunt ſtatuta, eſſe Titulos Provinciæ, qui cum Prioribus capitulariter debent cõgregari in Aſſembleis, ſeu Capitulis ad celebrationem eorum, & in omni re præcedunt omnes Commendatarios, quãvis ſeniores ſint propter excellentiã Tituli Baiulivatus. Ponte *dict. conſ. 14. num. 19.* non poſſunt alias Dignitates conſequi niſi probaverint ſe Baiulivatum Capitularem meliorãſſe, & alia ſpecialia habent, quæ continentur prædictis ſtatutis.

Inter Baiulivos Provinciales, qui 11
Magnis Crucibus ornantur, numeratur Prior Eccleſiæ, qui debet eſſe Præsbiter. *Cap. canonica. 50. de ſent. excommunicat.* Et ex Capellanis omnibus magis idoneus eo muneri dilectus. Petrus Gregorius *lib. 15. ſyntagmat. cap. 34. num. 5.* Capellanis, & Clericis præeſt, & in eos iuriſdictionem exercet. Hinc

eſt

eſt (inquiunt *ſtatuta tit.* 11. *n.* 6.) quod Fratres Capellani, & Clerici Ordinis in Conventu exiſtentes, & qui pro tempore in Conventum venient, ſint ſubditi Prioris Eccleſiæ præceptis, exceptis Capellanis Magiſtri. Prior autem ijs, qui ſub eius poteſtate ſunt conſtituti, poteſt iniungere, vt officium Eccleſiæ diligenter celebrent, confeſſiones audiant, Euchariſtiam Fratribus, & Confratribus præbeant, & cœtera Eccleſiæ Sacramenta adminiſtrent. Poteſt etiam in Prioratibus, 12 Caſtellania Empoſtę, Baiulivatibus, & Commendis Religionis deputare, nominare, & eligere, Proviſores, Vicarios, & Viſitatores ad exercendam iuriſdictionem Eccleſiaſticam, & Spiritualem in Capellanos, & Clericos Seculares, & Laicos, ſubditos, & vaſallos Religionis, & hoc vbi Priores, Caſtellanus Empoſtæ, Baiulivi, & Commendatarij nullam habent iuriſdictionem ſpiritualem; nam illam habentes ipſi Vicarios huiuſmodi conſtituunt ſtatut. *d. tit.* 11. *nnm.* 9. eſt etiam Prior Eccleſiæ de Concilio Ordinario Religionis cum Magiſtro, octo Baiulivis, & Prioribus, *tit.* 7. *de Concilio num.* 2. quas præeminẽtias cõceſſas fuiſſe Priori Eccleſiæ propter honorem Sacerdotalis Ordinis, & Superioritatem erga omnes Capellanos, dixit Marchio de Tarifa *en el Viage de Ieruſalem, en la fundacion de la Orden cap.* 5. *fol.* 120. ibi: *Aſsimiſmõ fue permitido, que todo Prior de la Cathedral Igleſia de San Iuan pudieſſe ſer ordenado de Habito Barlial, por honra de el Sacerdocio, y ſuperioridad, que ha ſobre todos los Capellanes de la Religion.*

13 Eſt etiam Epiſcopus Melitenſis, de quo in ſtatutis nihil ferè dictum eſt; nam ſolùm *in tit.* 7. *de Concilio num.* 2. dicitur, quod in Concilio Ordinario interveniunt Magiſter, & Locumtenens Magiſtri, ſeu Magiſterij, ſi quis erit, *Epiſcopus Melitenſis, qui nuper introductus eſt*. Prior Eccleſiæ, & alij qui ibi referuntur. Hic autem Epiſcopus Melitenſis à Rege noſtro eligitur vnus ex tribus, quos ex ſuo Ordine Magiſter præſentat. Mendo *diſquiſit.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 111. in recognitionem donationis Inſulæ, quia habet Rex noſter Ius patronatus Eccleſiaſticum in Inſula Melita, vt conſtat ex ſcriptura donationis Inſulę, quam tradit Funes *in Coron.* 2. *p.* 14 *lib.* 1. *cap.* 13. & Epiſcopatus Melitenſis eſt ſuffraganeus Archiepiſcopatus Panormitani in Regno Siciliæ. Barboſa *de Poteſt. Epiſcop. tit.* 1. *cap.* 7. *fol.* 69. *& in tract. de penſionibus fol.* 395.

Sed an Prior Eccleſiæ in Concilio præcedere debeat Epiſcopum Melivitanum, fuit iam dubitatũ, vt refert Funes. 2. *p. Coron. lib.* 3. *cap.* 1. *fol.* 209. & deciſum in Rota *in vna Melivitana præeminentiæ die* 27. *Februarij.* 1548. apud Puteum, quę eſt *deciſio.* 104. *lib.* 3. vbi inquit quod ex ſeptem votantibus, quinque tenuerunt, quod Prior Eccleſiæ debet præcedere Epiſcopum Melivitanum. Caputaquenſis *deciſ.* 307. *part.* 1. Valençuela Velazquez *conſ.* 101. *num.* 101. *vol.* 2. quia Dignitas Epiſcopalis non conferens ad actum non inducit mutationem loci. Felinus *in cap. ex literis in prim. notab. de probat.* Purpuratus *in l. et ſi prætor in princip. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict.* Stephanus Gratianus *tom.* 1. *diſceptat. cap.* 106. *num.* 2. quoties enim in eadem perſona duplex qualitas ſive officium concurrit, illius conſideratio habetur, cuius contemplatione actus geritur. Seraphin *deciſ.* 158

15

16

17

Grive-

Grivelus *decis.* 82. *num.* 20. D. Solorçan. *de iure Indiar. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 7. *& tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 24. *num. vltim. & cap.* 23. *num.* 38. quia non est inconveniens, quod vna & eadem persona ob varios respectus diverso iure censeatur; nam in vno casu potest esse maior, & dignior, & in alio minor, & minus dignus. Menochius *cons.* 902. *num.* 71. *cum seqq.* Teodos. de Rubeis *in singul. Rot. p.* 4. *resp.* 1. *tit. de præcedentia, num.* 2. *tom.* 2. *& resp.* 2. *nu.* 14. Felicius Contelorius *de Præcedentia num.* 63. Amaya *in. l. fin. num.* 65. *C. de Decuriombus lib.* 10. prosequitur latè exempla aliqua referens Baiola *de iure Ecclesiastico lib.* 1. *cap.* 43. *num.* 196. Cùm ergo Dignitas Episcopalis quo ad illum actum interessendi in Concilio, non conferat ad illum actum Concilij, sequitur inde non facere mutationem loci.

19 Nec obstat doctrina Romani *in. l. si verò. § de viro, col.* 55. *vers. Nono defertur. ff. sol. matr. & in singulari suo* 691. in quibus locis tenet, quod licèt deferatur antiquitati ratione receptionis, tamen quando ille, qui vltimò recipitur, est in Dignitate, vt Episcopus, tunc antiquitati non defertur, sed Episcopus præcedere debet. Quia respondetur, quod doctrina Romani procedit vbi omnes sunt pares, & tantùm inter illos receptio consideratur, & tunc est verum, quod Dignitas superveniens debet præcedere. Sed in casu proposito non vertitur controversia inter pares, quia Prior Ecclesiæ etiamsi vltimò receptus, præcedit omnes Priores, quia habet Dignitatem cum administratione. Quod habeat Dignitatem, patet, quia vt supra *num.* 2. probatur, omnes Priores in Dignitate sunt constituti, sed nullam iurisdictionem in Conventu habent. Prior verò Ecclesiæ vltra Dignitatem habet iurisdictionem in spiritualibus, & potest Fratres adinvicem se percutientes absolvere. *Cap. Canonica de sent. excommunicat.* Ex quo sequitur, quod minor Dignitas habēs administrationem inter illas personas cum quibus convenit, debet præcedere maiorem Dignitatem non habentem administrationem, aliquam quo ad illas personas cum quibus congregatur. *l. omnes. C. vt Dignitat. Ordo servet. lib.* 12. hinc videmus quod maior Dignitas debet reverentiam minori in loco, in quo maior nullam habet iurisdictionem, vt Archiepiscopus in territorio Episcopi: ex multis Hermosilla *in Prolog. Part.* 5. *num.* 59. & maior cedit minori, dum est in domo minoris. Decianus *cons.* 67. *num.* 11. *lib.* 2.

Secundò respondetur, quod Romanus *in. §. de viro*, allegat textum *in Cap. Placuit*, 17. *dist.* qui textus tantū inquit, quod in Synodo Episcopi debent secundùm eorum ordinem sedere, sed Metropolitanus debeat præcedere, cuius ratio est, quia omnes illę Dignitates conferunt ad actum Concilij, & ita nil mirum si maior Dignitate præferre debeat. At in casu, de quo loquimur, Episcopatus Dignitas non cōfert ad actum Concilij, cum ibi sit, vt deferens Magnam Crucem, & non vt Episcopus.

Item idem Romanus *in singul.* 691. allegat textum *in Cap. statuimus, de Maiorit. & obedient.* qui etiā nil facit ad propositū, quia omnes illi ordines, Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbiteratus ad idem cōferunt, nimirū si maior ordo prēponatur; hic autem secus est, quia Dignitas Episcopatus non confert ad actum Concilij.

24 Non obſtat ſecundo, quod Epiſcopus in ſecundo loco poſt Magnũ Magiſtrũ ſedere debebat per Gloſſ. *in Cap. à collatione, de appellat. in 6.* Et quod dicit Abbas *in Cap. poſtulaſti, de conceſſ. præbendæ*, nempè quod Epiſcopus intervenies in Capitulo, vt Canonicus, debet habere ſecundum locum poſt Caput Capituli. Gratianus *vbi ſupra n.* 9. Hermoſilla *num.* 63. Franchis *deciſ.* 138. *num.* 4. Capicius *deciſ.* 27. *num.* 27. Marta *deciſ.* 101. *num.* 3. Maſtrill. *deciſ.* 130. *lib.* 2. Valençuela *conſ.* 101. *num.* 105. Quia reſpondetur, quod procedit, vbi Epiſcopus intervenit in loco, in quo inter perſonas, quæ ſunt ibi, Epiſcopus iuriſdictionem habet; nam licèt Epiſcopus non ſit Caput Capituli, tamen iuriſdictionem habet inter illas perſonas Capituli: quod ſecus eſt in caſu noſtro, nam cum Religio ſit exempta ab Epiſcopo, Epiſcopus nullam iuriſdictionem habet, ſed eſt ſimplex ibi Conſiliarius, & ita illam Gloſſam *in Cap. à collatione*, & dictum Abbatis *in. d. Cap. poſtulaſti*, intelligit Caſaneus *in Catalog. Glor. Mundi. 4 p. conſiderat. 45.*

25 Non obſtat tertio, quod *in dict. tit. 7. num.* 2. vbi deſignantur Dignitates, ex quibus componitur Cõcilium Ordinarium, poſt Magnum Magiſtrum nominetur Epiſcopus, & poſt eum Prior Eccleſiæ, quaſi ordo ſcripturæ, & literę debeat attendi. *l. quoties ff. de vſufructu. l.* 1 *ff. de albo ſcribendo.* Nam argumentum ab ordine literæ fallax eſt, & potius ordo intellectus, quàm ſcripturæ attenditur. *l. cum pater.* §. *fidei tuæ ff. de legat.* 2. *l. nec enim ff. de ſolut.* Et in eodem numero poſt Priorem Eccleſię continentur octo Baiulivi Conventuales, qui præcedunt omnes Priores, quia ſunt à latere Magni Magiſtri, & ſicut Cardinales in Conſiſtorio Papæ, & ſunt Præſides, & Capita Nationum, & antiquiores Dignitates, quorum Baiulivatuum titulus etiam ab ordine literæ præcedit titulos Priorum, & reliquarum Dignitatum. Si tamen in hoc contraria fuerit conſuetudo, ſtandum eſt illi, nam quæ certam interpretationem per conſuetudinem, & vſum habent, non ſunt mutanda.

26 Expoſitis Linguarũ ac Baiulivorum Conventualium numero, & qualitate, itemque Priorum Dignitatibus, & Officijs, necnon Baiulivorum Capitularium Titulis, & Eccleſiæ Priore, qui Baiuliva Dignitate eſt etiam decoratus, & Melitẽſis Epiſcopi Dignitate, quo ad ſtatum Religionis attinet: Dignitates Linguarum, ſeu Nationum, Priores omnes, & Baiulivos Capitulares deſcribere libuit, quorum enumeratio hęc eſt.

27 Linguę Provincię, Magnus Cõmendatarius: Prior S. Ægidij, Prior Tholoſę, Baiulivus Capitularis Manoaſcæ.

28 Linguæ Alverniæ, Mareſcallus: Prior Alverniæ, Baiulivus Capitularis de Deveſſet.

29 Linguę Franciæ, Hoſpitalarius: Prior Francię, Prior Aquitaniæ, Prior Campanię, Baiulivus Capitularis Moreæ, Baiulivus Capitularis Theſaurarius Generalis.

30 Linguæ Italiæ, Admiratus: Prior Vrbis, Prior Lombardiæ, Prior Venetiarum, Prior Baroli, Prior Meſſanæ, Prior Capuę, Baiulivi Capitulares Sanctę Euphemiæ, Sancti Stephani prope Monopolim, Sanctę Trinitatis de Venuſio, Sancti Ioannis de Neapoli.

31 Linguæ Aragonię, Cathaloniæ, & Navarrę, Magnus Conſervator: Caſtellanus Empoſtæ, Prior Cathaloniæ, Prior Navarræ, Baiulivi Capitulares

pitulares Maioricarũ, & de Caspe.

32 Linguæ Anglię, Turcopolerius: Prior Anglię, Prior Hibernię, Baiulivus Capitularis Aquilæ.

33 Linguæ Alemaniæ, Magnus Baiulivus: Prior Alemaniæ, Prior Bohemiæ, Prior Vngarię, Prior Dacię, Baiulivus Capitularis de Brandeburgh.

34 Linguæ Castellæ, Legionis, & Portugalliæ, Magnus Cancellarius: Prior Castellæ, & Legionis, Prior Portugallię, Baiulivus Capitularis de Lora, Baiulivus Langonis seu de Leça, Baiulivus S. Sepulchri Taurinæ Vrbis, Baiulivus de las Nuevevillas.

35 Capitulares autẽ Baiulivi, Prior Ecclesię, & Præceptor Cypri, communes sunt omnibus Linguis: Baiulivus verò Capitularis Negropontis communis est duabus Linguis Aragoniæ, & Castellę ex concordia inter eas habita.

36 Expositis Prioribus, & Baiulivis Capitularibus iuxta seriem statutorum *tit.* 10. *in fine*, rectus dicendi ordo postulat, vt de Commendatarijs, & Commendis aliqua dicamus. Commendas enim sexcentas quinquaginta, & tres in Ordine numerari dicitur, in eis enim Commendatarij Iudices sunt Ordinarij, & potiuntur fructibus tanquam vsufructuarij certa portione quotannis communi Ærario soluenda: sunt Commendatarij de Concilio Priorum, concurruntque in Capitulo, seu Assemblea. De illis, & de Commendis est titulus 14. in statutis, & tractatur infra tota Disceptatione decima.

37 Habet etiam Religio Procuratorem Generalem, seu Legatum in Curia Romana ex priuilegio Clementis VII. & Pij IV. relato in Bull. quæ incip. *Circnspecta*, *Kalend. Iulij.* 1560. *apud Laert. Cherub. tom.* 2. *fol.* 9. De eius electione, & qualitatibus requisitis ad hoc munus agendum loquitur statutũ *tit.* 13 *de elect. num.* 12. & hic Legatus præcedit Legatum Bononiæ; vt viuo 38
vocis oraculo decreuit Pius IV. 16. *Maij.* 1562. Funes *in Coronica p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 8. *fol.* 438. & non solùm in Roma, sed in Curijs Regum, vt in Mantua Carpentana, Vienna, & Parisijs habet etiam Religio sic Procuratores, seu Legatos constitutos cũ eisdem præeminentijs, & honoribus, vt absentes pro Religionis causa, & in officium, & vtilitatem totius Ordinis.

Denique habet Ordo in quolibet 39
Prioratu Procuratores, seu Receptores communis Ærarij, munus quidem honorificum, & magnę confidentiæ: de illis, & eorum obligationibus tractatur latè in statutis *tit.* 5. *de communi Ærario*. Ipsi enim habent facultatem recipiendi annuas pensiones, seu annatas ex fructibus Commendarum: item iura Mortuariorum, & vacantium, quo tempore locare possunt Commendarum bona: item Passagium, seu quantitatem, quam Fratres donant Ordini tempore receptionis: item quæcumque spolia Fratrum, vel hęreditatem Ordini expectantem: & denique habent munus patrimonium Ordinis recipiendi, & plenum mandatum ad eius bona consequenda, & reparãda; ad quod si opus fuerit, possunt comparere per se, vel Procuratoris nomine, nó solùm ante Iudices Conservatores Ordinis, sed in quocumque Tribunali, & iudicio sęculari, vel Ecclesiastico, & mouere quascumque lites, & actiones, quę competant Ordini quouis titulo, & iure, & contra quascumque personas, & in omnibus instantijs; nam patrimonium Ordinis sua cura pendet: & officium Re-

ceptoris eſt amplũ abſq; vlla limitatione in ordine ad bona, & iura Ordinis conſequenda, reſtauranda, & recuperanda, ſi fortè alienata ſunt, aut incuria, & omiſsione deperdita, & occultata: vt hęc, & alia continẽtur in ſtatutis, vbi omnes ferè caſus, qui accidere poſſunt ad hoc Munus attingentes, deciſi ſumma cum diſcretione, & prouidentia reperiuntur

***

DISCEPTATIO. III.

DE QVALITATE EQVITVM ADMITTENDORVM AD PROFESSIONEM ORDINIS MILITARIS SANCTI IOANNIS HIEROSOLYMITANI.

CAPVT. I.

DE LEGITIMATIONE requiſita ad admiſsionem Habitus Militaris Sancti Ioannis Hieroſolymitani.

SVMMARIVM.

LEgitimatio requiritur ad admiſſionem Habitus Militaris Sancti Ioannis. 2.

Illegitimi abſque diſpenſatione canonica ad Beneficia Eccleſiaſtica ſunt inhabiles. 3.

Illegitima proles non videtur honorabilis. 4.

Incontinens præſumitur, cuius pater incontinens fuit. 5.

Filius ſolet ſimilis eſſe patri. 6.

Naſci de adulterio non eſt culpa eius qui naſcitur, ſed illius qui generat. 7.

Virtus origo, & cauſa eſt totius nobilitatis. 8.

Illegitimi benemeriti ad Dignitates admittuntur. 9.

Illegitimi fuerunt multi Pontifices, & Imperatores. 10.

Legitimationis qualitas ad admiſsionem Habitus S. Ioannis poteſt diſpenſari à Magno Magiſtro. 11.

Illegitimus diſpenſatus manet habilis ad omnes Honores, & Commendas Ordinis. 12. 15. & 17.

Illegitimatio tollitur Religionis profeſsione. 13.

Habitus Regularis receptione tollitur irregularitas. 14.

Ordines Militares potiuntur priuilegijs Regularibus conceſsis. 16.

Ordinis S. Ioannis Dignitates, & Officia conceduntur in remunerationem obſequiorum, & ob benemerita. 17.

Legitimationis qualitas requiſita ad Habitum S. Ioannis limitatur in filijs Comitum, aut maioris gradus, & Tituli Dominorũ filijs. 18. & 21.

Baſtardi magnarum Domorum ſunt nobiles. 19.

Naturales filij in Hiſpania ſuccedũt in Arma, & Inſignia Domus, & admittuntur ad Maioratus, & Patronatus. 20.

Arbor mala malos fructus facit. 21.

Vincula

Vincula duo magis ligant, & difficiliùs ſolvuntur. 23.

Diſpenſationes tot ſunt neceſſariæ, quot obſtacula. 24.

Liberti nota præteritæ ſervitutis affecti ſunt. 25.

Libertorum filij à Dignitatibus repelluntur. 26.

Servi non poſſunt ad Religionis ſtatum admitti. 27.

Legitimati admittuntur ad honores, & officia, quæ legitimationē requirunt. 28.

Bullæ Sixti V. & Greg. XIII. editæ circa natalium defectum notantur. 29.

Bullæ dictæ non comprehendunt Ordines Militares. 30.

1 DEſcriptis origine, progreſſu Regula, & Inſtituto ſacræ Religionis Hieroſolymitanæ, & diviſione Fratrum in tres ſpecies, Equitum, Capellanorum, & Servientium; nec non authoritate Magni Magiſtri, Baiulivorum, Priorum, & reliquarum Dignitatū, ex quibus componitur, & ornatur ſacra hæc nobiliſsima Religio. Sequitur nunc videre de qualitate Equitum admittendorum ad Ordinem; cuius rei norma traditur in ſtatutis Ordinis *tit.* 2. & exornatur in hac Diſceptatione.

2 Ad cuius cognitionem deuenien do, ſtatutorum ordine ſecuto, in primis ſeſe offert legitimatio. *Non admittatur ad profeſsionem* (exprimunt ſtatuta *dicto tit.* 2. *num.* 5.) *qui ſit extra matrimonium, & à parentibus illegitimis natus.* Idem decernunt Leo. X. & Pius IV. eius mentionem faciens in Bull. quæ incipit, *Circunſpecta*, Kalend. Iulij. 1560. apud Laert. Cherub. *tom.* 2. *pag.* 13. & notarunt Sanſovinus *della origine de Cauallerilib.* 2. *fol.* 34. ibi: *Non ſia accetato chi non è legitimo.* Marchio de Tarifa *en la fundacion de la Orden de San Iuan, en el Viage de Ieruſalem, cap.* 2. *fol.* 111. Ioan. Maria Novarius *in Lucerna Regular. verbo, Illegitimus, num.* 3. Barboſa *in ſumma Deciſ. Apoſtolic. collect.* 415. *num.* 3. Mendo *de Ordinib. Militarib. diſquiſit.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 10. Sunt enim illegitimi abſque diſpenſatione canonica ad Eccleſiaſtica Beneficia, Officia, Dignitates, & perſonatus pœnitùs inhabiles. Gregorius XI. *conſt.* 8. *incipit, Et ſi à Sacris.* 3. *Idus Novembr.* 1374. apud Laert. Cherub. *tom.* 1. *pag.* 120. de qua Novarius *in ſumm. Bullar. tit. de illegitimis inhabilibus.* 3

Ratio huius prohibitionis eſt, 4 quòd proles illegitima non videtur honorabilis hominibus, neque Deo amabilis, neque in bello fortis, neq; in fide ſtabilis, vt ſcripſit Bonifacius Martyr ad Regem Anglorum relatus *in Cap. Si gens Anglorum.* 56 *diſt.* & probatur *in Cap. Siquis cum Militibus.* 5. *quæſt.* 1. vbi quod nati ex meretrice degeneres, & ignobiles iudicantur; & Honores paternos, & Dignitates habere non merentur, vt dicit textus *in Cap. penult.* 56. *diſt.* Et latè agunt Caſaneus *in Cathalogo Gloriæ Mundi part.* 11. *conſiderat.* 15. Eſcobar del Corro *de Puritate ſanguinis.* 1. *p.* 5 *quæſt.* 4 §. 6. Bonacina *de Irregularit. diſput.* 7. *quæſt.* 2. *punct.* 3. *num.* 2.

Requiritur etiam legitimatio na 5 talium in Fratre Hieroſolymitano propter præſumptionem incontinentiæ, quæ conſideratur in prole illegitima; incontinens enim præſumitur, cuius pater incontinens fuit, vt *ex dict. Capit. Si gens Anglorum* probat Alciatus *de præſumpt. reg.* 1. *præſumpt.* 24. Rojas *de ſucceſſ. cap.* 15. *num.* 11. Rebuffus *in praxi*

praxi Benef. tit. de diſpenſat. ſuper defectu natalium num. 5. D. Solorçan. *de iure Indiarum tom. 2. lib. 3. cap. 20. num. 16.* Et vt eſt in proverbio, ſæpè ſolet filius ſimilis eſſe patri. Gloſſ. *in l. quod ſi nolit. §. ſi mācipia. ff. de ædilit. edict. l. quiſquis. §. illis verò. C. ad leg. Iul. Maieſtat.* Vndè Ovidius *lib. 4. Metamorph.* cecinit. 6

Qui viret in foliis, venit à radicibus humor,
Et patrum in natos abeunt cum ſemine mores.

7 Verùm cum natalium defectus excludens â Dignitatibus, & Honoribus illegitimos nitatur, & fundetur in præſumptione, & non in culpa eorum; cùm naſci de adulterio, non ſit culpa eius, qui naſcitur, ſed illius, qui generat, vt inquit Divus Hieronymus relatus *in Cap. Naſci 56. diſt.* & præſumptio omnis cedit veritati *l. nuptura. ff. de iure dot.* certum, & indubitatum eſt, dari illegitimos benemeritos Dignitatũ, & Honorum propter ingentes virtutes, quibus ornantur, & veram, & naturalem nobilitatem, qua potiuntur. Virtus enim, origo, & cauſa 8 eſt totius nobilitatis, vt latè probat Tiraquellus *de nobilitate cap. 4.* vbi hos verſus affert:

Si pater eſt Adam cunctis, ſi mater & Eva,
Cur ne omnes ſumus nobilitate pares?.
Degenerant homines vitijs, fiuntque minores;
Exaltat virtus, nobilitatque genus.

Quos etiam adducit Barnabas Moreno de Vargas *en los diſcurſos de la Nobleza de Eſpaña diſcurſ. 1. num. 7.* vbi originem nobilitatis à virtute deſcendere benè oſtendit; & pro epigrammate alios ſcripſit in Lingua, & Idiomate Hiſpano, qui certè nobilitatis originem, & conſervationem diſcretè comprehendunt, ibi:

Las Armas, y las Letras dan nobleza,
Conſervala el valor, y la riqueza.

9 Non adeò illegitimi ſunt incapaces Honorum, quin morũ probitate, & virtute clariſſimi, ad omnes Honores, Dignitates, & Officia admittantur. Fuerunt enim ad ſummam Pontificatus Dignitatem quamplures admiſſi, quorum nomina, & pa- 10 rentes referuntur *in Cap. Oſius. 56. diſt.* Et plures Imperatores, Reges, Principes, Epiſcopos, & Doctores illegitimos referunt Paleotus *de nothis, & ſpurijs, cap. 57. num. 7. & cap. 66.* Tiraquellus *de nobilitate cap. 15. num. 31.* Rojas *de ſucceſſ. cap. 15. num. 18.* Lara *de Capellanijs lib. 2. cap. 4. num. 6. & 7.* Vndè qualitas legitimationis natalium requiſita ad Ordinis Hieroſolymitani receptionem diſpenſari poteſt, & de- 11 bet in perſonis benemeritis, quarũ admiſſio in Religione nihil damni, ſed vtilitatem potius afferat: vt ſi in armis, vel literis præſtantiores videantur. Gratia tamen diſpenſationis non poteſt concedi à Prioribus Linguarum, ſeu Nationum, quia nullam, & irritam facit ſtatutum *dict. tit. 2. num. 8.* ſed ſolùm à

Magno

Magno Magiſtro Ordinis, cui facultas diſpenſandi cum inhabilibus ratione ætatis, & defectus natalium, cõceſſa eſt à Leone X. & Pio IV. in dicta Bulla circunſpecta 1560. & hæc prima limitatio eſt ad ſtatutũ, & qualitatem legitimationis.

12 Sed an eo ipſo, quod diſpenſetur cum illegitimo, & admittatur in Ordine, maneat legitimatus ad Commendas, Munera, & Officia honorifica Religionis; poteſt eſſe dubium; inquo partem affirmativã teneo, quia profeſſione in totum ſit habilis ad quoſcumq; Honores, vt potè plenè legitimatus *Cap. 1. de filijs Præsbiteror.* Rodericus *tom. 1. Regul. quæſt. 13. art. 3. & 5.* Bordonus *in reſolut. Regul. reſol. 12. num. 37.* quod ad ingreſſum, & receptionem habitus extendunt idè Emanuel Rodericus *art. 4.* Hieronym. Rodericus *reſol. 76. num. 8.*

13 vbi ſolum receptione, & geſtatione habitus tolli irregularitatem affirmant, & poſſe novitium in anno approbationis ordinari Machado

14 *en el perfecto Confeſſor lib. 1. p. 3. tract. 17. docum. 2. num. 6.*

15 Tum etiam, quia ex privilegio aliquibus Ordinibus conceſſo illegitimus per profeſſionem cenſetur ipſo facto diſpenſatus ad omnes Dignitates Religionis. Portel *in dubijs Regularibus verbo illegitimus num. 9.* Leand. à Mureia *in cap. 4. ſuper. 2. regul. D. Franciſci. §. 2. num. 17.* Diana *part. 10. tract. 13. reſol. 39.* Quo privilegio, & omnibus hùc vſque Regularibus con-

16 ceſſis potiuntur Militares per communicationem, vt ex multis Bullis obſervat. Mendo *diſquiſit. 2. num. 208.* Diana *in ſumma verbo Regularium privilegia quo ad communicationem num 21.* Machado *lib. 5. part. 4. tract. 3. docum. 6. num. 4.* militat etiam ſpecialis ratio in Ordine S. Ioannis, quia Commendæ, 17
& Officia conceduntur in remunerationem obſequiorum, & ob benemerita, & iure antianitatis, & fuiſſet intolerabile, quod diſpenſaretur illegitimus ad onera, & pericula belli exercenda, & ad Commendas, & ad Honores non admitteretur, quod nec ratio, nec æquitas ſuadet. Quæ dicta intelligẽda ſunt reſpectu Commendarum Cabimenti, vel Melioramenti, non primarũ Dignitatum Ordinis ex ſtatuto *tit. 13. num. 4.*

Secundo qualitas legitimationis 18
natalium limitatur *in filijs Comitũ aut maioris gradus, & Tituli Dominorum filijs.* Ita ex primunt ſtatuta *dict. tit. 2. num. 5.* & Bullã Pij IV. & notant Sanſovinus, Mendo, & alij; quia de generali conſuetudine Baſtardi Nobiliũ, maximè Magnarum Domorum ſunt nobiles; nec in eis conſiderandus venit natalium defectus, præcipuè in filijs Regum, & Principum, cum parentes legibus ſint ſoluti. Voluit Rainerius *de* 19
nobilitate quæſt. 2. 5. p. princip. loquens de Baſtardo Sabaudiæ; cui conſuetudini, vt generali in toto Orbe, ſtandum eſt, Tiraquellus *de nobilit. cap. 15. num. 25.* vbi vigere eamdem conſuetudinem in Francia teſtatur. Idem firmant Boerius *deciſ. 127.* Guido Papa *deciſ. 580.* Nevizanus *conſ. 8. num. 18.* Paſchalis *de viribus patriæ poteſtatis p. 4. cap. 2. num. 26.* & ex Hiſpanis Moreno de Vargas *en la Nobleza de Eſpaña diſc. 3. num. 16.* Parlad. *in ſexquitcent. diff. 145. §. 1. num. 6.* Gutier. *in § ſui inſt. de hered. qualit. num. 190.* Flores de Mena *variar. lib. 1. quæſt. 16. num. 9. & 37.* D. Larrea *deciſ. 32. num. 45.* & in filijs naturalibus in Hiſpaniarum Regnis, quod ſint nobiles, & ſuccedant in Arma, & Inſignia Domus, &

admit-

admittantur ad Maioratus, & Patronatus, vbi excluſi verbis expreſſis non reperiuntur latè Larrea *d. deciſ.* 32. Caſtillo *lib.* 2. *controverſ. cap.* 19. *ex num.* 51. Eſcobar *de puritate. p.* 1. *quæſt.* 8. §. 3. *num.* 52. D. Solorzano *de iure Indiarum tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 17. *ex nu.* 10. *cum ſeqq.* quidquid contrarium velit cum multis Noguerol *allegat.* 9. *nu.* 24.

21 Verùm hæc limitatio abſoluta non eſt, quia additur in ſtatutis, & in Bulla, quod Comitum aut maioris gradus, & Tituli Dominorum filij, *patre, avo, & proavo paterno fæcularibus, ijſque Comitibus, aut maioris gradus, & Tituli Dominis ſint prognati.* Quia, ſi filius Baſtardus nepos, & pronepos Baſtardi, & Eccleſiaſtici eſt, eum forè continentem, ſtabilem, & firmum, & bonis moribus decoratum præſumendum non eſt, cum arbor mala malos fru-

22 tus faciat, Math. *cap.* 7. & duo vincula magis ligent, & difficilius ſol-

23 vantur. §. *affinitatis inſtit. de nuptijs*, & de duobus impedimentis

24 vno ſublato remanet alterum. *Cap. Paſtoralis de privilegijs*, vndè tot ſunt neceſſariæ diſpenſationes, quot ſunt obſtacula. Gonzal. *in Regul.* 8. *Chancell. gloſ.* 13. *num.* 96.

25 Additur etiam *num.* 7. quod filij Comitum, aut maioris Tituli, & gradus Dominorum *ſint ex ingenua matre nati*; nam liberti nota illa præteritę ſervitutis affecti ſunt. *l.* 2. *C ſi ſervus aut libertus* cum ex infami ſervitutis ſtatu ad libertatę perducuntur, iuxta ea, quæ tradit Amaya *lib.* 3. *obſervat. cap.* 6. *nu.* 7. vndé filij libertorum à Dignitati-

26 bus repelluntur. *l. nequis.* 6. *C. de Dignitatib. lib.* 10. & quemadmodum ſervi non poſſunt admitti ad Religionis ſtatum *Cap. ſi ſervus.* 54 *diſt. Cap. generales.* 48. *diſt. Cap. ſi-*

27 *quis incognitus.* 17. *quæſt.* 2. & decidunt ſtatuta in Ordine *tit.* 2. *n.* 1. propter ſervitutis notam, libertos, eorumque filios in Ordine Hieroſolymitano ſtatuta meritò excluſerunt.

Tertio qualitas legitimationis 28
natalium limitatur in legitimatis non ſolùm per ſubſequens matrimonium in quibus non cadit dubiũ
ex textu *in Cap. tanta qui filij ſint legitimi*, ſed & per Principis reſcriptum; qui legitimati admittendi ſunt ad Honores, & Officia, quæ legitimationem etiam per ſpecialia ſtatuta requirunt; quia filius legitimatus verè legitimus dicitur *Auth. præterea, & Auth. item ſine C. de naturalib. liber. l.* 4. *tit.* 15. *p.* 4. ibi: *Y ſon dende adelante legitimos.* Et conſequitur patris nobilitatem ac legitimus Otalora *de nobilit.* 2. *p.* 3. *princip. cap.* 3. *num.* 4. *verſ. de legitimis.* Cervantes *in. l.* 12. *Tauri num.* 129. Gutierrez *lib.* 4. *pract. quæſt.* 23. Et quo ad Honores, & Dignitates nulla hodie adeſt differentia inter legitimos, & legitimatos *ex dicta l.* 4. ibi: *Que los hijos legitimados, han todas las honras, y las proes, que en los hijos de caſamientos. l.* 12. *Tauri. l.* 10. *tit.* 8. *lib.* 5. *Recop.* Latè hanc limitationem probant Eſcobar. 1. *p. quæſt.* 4. §. 6. *ex num.* 18. *cum ſeqq.* Lara *de Capellanijs lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 110. vbi, quod ſi ſpurius legitimaretur à Principe, admitteretur in his ſtatutis, nam ſublato nobilitatis velamine, iuris myſterio inducto, quod Princeps aufert, apparet ſanguinis nobilitas, qua mediante ſatisfacit ſtatuto, cũ verè ſit nobilis, & res defacili revertatur ad ſuam naturam. *l. ſi vnus.* §. *pactus ne peteret. ff. de pactis.*

Circa natalium autem defectum 29
edidit Bullam Sixtus V. *anno* 1587. quàm Gregorius XIII. derogavit, de quibus Rodericus *tom.* 1. *Regu-*

lar.

lar. quæſt. 13. & tom. 3. quæſt. 10. artic. 2. & 3. Barboſa de poteſtate Epiſcopi allegat. 101. num. 41. & 42. Bordonu. de profeſſione regulari cap. 3. quæſt. 26. vbi latè de his agit. Hieronymus Garcia in Politica Regulari tom. 1. tratado. 2. dificultad. 2. vbi duda. 8. num. 11. ex Bulla Gregoriana concludit poſſe admitti illegitimos in Religionibus, dum natalium defectum morum probitate ſuppleant; & quod ſic praxis admiſſit, ſervando tamen in receptione qualitates, & conditiones à Gregorio XIII. requiſitas.

30 Sed Azor *Inſtit. Moral. 1. p. lib. 12. cap. 3. quæſt. 8.* concludit, quod hæc conſtitutiones non habent locum in recipiendis ad Ordines Militares, quia in odijs, & pœnis ſub Religioſis Ordinibus non continẽtur, vndè receptio vel excluſio ſecundùm ſtatuta cuiuſque Militiæ menſuranda eſt.

CAPVT II.

DE PVRITATE ſanguinis requiſita ad admiſſionem Habitus Militaris S. Ioannis Hieroſolymitani.

SVMMARIVM.

PVritas ſanguinis requiritur ad Habitum S. Ioannis. 1.

Puritatis ſtatuta ſunt iuſta. 2.

Mores paterni filij mores arguunt. 3.

Puritas ſanguinis præſumitur. 4.

Puritas ſanguinis præſumpta non ſufficit ad Habitus Militares. 5.

Puritas ſanguinis quomodo probetur. 6.

Puritas patris ex ſua parte concludit puritatem filij. 7.

Nobiles deſcendentes à Mauritanis admitti poſſunt ad Habitum S. Ioannis, ſicut ad alios Habitus Militares admittantur. 8.

Mauri, ſicut vniverſæ Mundi nationes, nobilitate naturali gaudent. 9.

Originis in conſideratione legali vſque ad proavos tantùm fit extenſio. 10.

Puritate probatâ non eliditur per contrariam memoriam nec per initium vltra centum annos. 11.

Originem primam ſi quæramus omnium eadem eſt. 12.

Liberorum appellatione intelligũtur deſcendentes in infinitum. 13.

Deſcendentes à familiâ Iudæorum, quæ poſt legem gratiæ non incidit in Iudaiſmum poſſunt admitti ad Ordines Militares. 14.

Hæbreorum genus nobiliſſimum fuit. 15.

Statuta puritatis non ſunt intelligenda de deſcendentibus à Iudæis, qui ab Apoſtolis converſi fuerunt. 16.

Iudæi Carpentani prædicationẽ Sancti Iacobi perceperunt. 17.

Deſcendentes ab Indis an poſſint admitti ad Habitus Militares, & quando. 18. 19.

Expoſiti reputantur puri ſanguinis. 20. *& legitimi.* 21. *contrarium.* 26.

Expoſiti ſunt habiles ad omnes Ordines, & Beneficia ſine diſpenſatione. 22. *& ad Præbendas obtinẽdas.* 23. *contrarium ſervatur in Hiſpania.* 27.

Expoſiti non admittuntur ad Habitus Militares. 24.

Puritas ſanguinis ſtatutis requiſita debet conſtare poſſitivè non præſumptivè. 25.

Nobilitas non præſumitur. 28.

Expoſiti diſpenſari poſſunt ad Habitus Militares. 29.

1 DE puritate ſanguinis Ordinis Hieroſolymitani ſtatuta *tit.* 2. *num.* 7. ita diſponunt: *Inſuper nulli detur Habitus Ordinis noſtri, qui originem à Iudæis, Marranis, Saracenis, aut alijs Mahumetanis traxerit, etiam ſi filij Comitum, aut aliorum Principum eſſent.* Cuius ſtatuti mentionem faciunt Sanſovinus *della origine de Cavallieri lib.* 2 *fol.* 34. Marchio de Tarifa *en el Viage de Ieruſalem cap.* 2. Eſcobar del Corro *de Puritate.* 1. *p. quæſt.* 2. *num.* 6. Et illius prohibitionis, & ſtatuti ratio conſiſtit in ijs, quæ latè, & doctè circa iuſtitiam huiuſmodi ſtatutorũ
2 ſcripſere Lara *de Capellan. lib.* 2. *cap* 4. Bobadilla *in Polit. lib.* 1. *c.* 4. Azebed *in l.* 12. *tit.* 7. *lib.* 1. *Recop.* Valençuela *conſ.* 120. *p.* 3. *lib.* 2. Solorçan. *tom.* 2. *de iur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 4. *& in Polit. Indiar. lib.* 4. *cap.* 19. Eſcobar *de Purit. quæſt.* 1. § 4. *& quæſt.* 3. § 2. Hieronym. de la Cruz *in libro pro defenſione ſtatutorum nobilitatis Hiſpaniæ.* Hieronym. Garcia *in Polit. Regul. tom.* 1. *trat.* 2. *dificult.* 7. *dud.* 1. *ex num.* 8. vbi quod Hæbrei, & Agareni, & eorum deſcendentes abiecti, & infames ab omnibus reputantur, ſunt ſeditioſi, cupidi, avari, & pernicioſſi ad communitates, ſuſpecti in fide, inquieti, ambicioſſi, & perfidi, atque Infideles, mendaces, & fallaces, increduli, & duræ cervicis, & inimici Chriſtianis, vt experientia rerum magiſtra docuit.
3 Quæ omnes qualitates & pravi mores Hæbreorum, & Agarenorum facilè in eorum progeniem tranſeunt, cum paterni mores filij mores arguant ſecundùm Ariſtot. *de generat. animal. lib.* 1. *cap.* 19. Et Senecam in Hippolyt. ibi: *Reddit ad auctores genus, ſtirpemque primam degener ſanguis refert.* Moreno de Vargas *en la Nobleza de Eſpaña diſcurſ.* 9. *num.* 1.

Puritas autem ſanguinis licèt 4
præſumatur in omnibus ex ratione textus *in. l. cum quidam.* 24. *ff. de legat.* 2. *l.* 3. *C. de Infantib. expoſit. Cap. fin. de præſumpt.* tamen cum ſtatutis Militaribus expecialiter expoſcitur, præſumpta non ſufficit, ſed probanda venit, vt ex multis probat Eſcobar. 1. *p. q.* 8. § 2. *ex nu.* 5
35. Probatur autem ſanguinis puritas ex communi æſtimatione, & fama, ex longeva poſſeſſione Chriſtianæ fidei nulla macula aut labe affecta, & ex medijs diſuſſè ſcriptis ab Eſcobar *quæſt.* 9. § 2. 3. *& 4. & quæſt.* 15 *per totam*, & in terminis Habitus Militaris S. Ioannis eſt optima Rotæ deciſio *apud Farinacium.* 315. *lib.* 2. *deciſ. crimin.* in 6
cauſa nobilis Ioannis de Caſtañeda Equitis Hiſpalenſis, in qua controverſia fuit de puritate ex parte Donnæ Iſabellæ aviæ paternæ, quæ prætendebatur deſcendere à Magno illo Paulo Burgenſi Archiepiſcopo, qui ante Chriſtianam fidem ſuſceptam fuit inſignis legis Moſaicæ Rabbinus: & Dominis de Rota viſum fuit hoc non probari, ex præſumptione iuris, quæ militat pro puritate; & ex depoſitione teſtium deponentium de publica voce, & fama pro illius puritate; & ex eo quod pater eius fuit admiſſus ad Habitum Fratris Capellani eiuſdẽ Ordinis, qui non ſolet concedi niſi ijs, qui ſunt puri ſanguinis; & quia nobilitas patris, & puritas ex ſua parte neceſſariò concludit nobilitatem,

tem, & puritatem filij, cùm vna, & eadem perſona reputetur. *l. fin. C.*
7 *de Impùber. & alijs ſubſtit.* cui acceſsit depoſitio teſtium examinatorum de anno 1521. ad inſtantiam Ferdinandi de Caſtañeda patris Donnæ Iſabellæ deponentium de illius puritate, necnon teſtes deponentes Licenciatum Petrum de Caſtañeda fuiſſe Conſultorem, & advocatum Sanctæ Inquiſitionis Hiſpalenſis, ad quod officium non admittuntur impuri: & ita fuit concluſum pro admiſsione ad Habitum.

8 Verùm licèt prædictum ſtatutũ adhuc abſolutè loquatur, interpretationem admittere poteſt iuri cõformem, & æquitati, nam inprimis nobiles deſcendentes à Mauritanis quorum aſcendentes in expugnatione Regni Granatenſis fidem ſuſteperunt, & pluſquàm centum annorum ſpatio Piè, & Catholice vitã egerunt, cenſeo admittendos forè ad Habitum Militarem S. Ioannis, ſicut admittuntur ad alios Ordinũ Militarium. Quia cum ſint deſcendentes, vel à Regibus Mauritanis, vel à genere nobili, dubium non eſt concurrere in eis nobilitatis qualitatem, cùm Mauri nobilitatẽ naturali, ſicut & vniverſę Mundi nationes gaudeant. Otalora *de nobi. lit. 2. p. cap. 7. num. 27.* qui loquitur *de los Abencerrages, y Almoravides.* Ioannes Garcia de eis loquens 9
de Nobilit. Gloſſ. 7. num. 19. Concurrit quo que puritas ſanguinis ſinẽ macula aut labe infecta; quia & ſi prima origo fuiſſet ex genere Mauritano, poſt ſæculum temporis tranſactum, illa origo non eſt attendenda, nec venit in conſideratione legali, inqua vſque ad proavos tantũ fit extenſio. *l. 2. tit. 21. part. 2.* ibi: 10
Faſta el quarto grado que llamamos viſabuelos. Garcia *Gloſſ. 12. & 18. num 4. §. 1.* Et nobilitate, & puritate probata, non eliditur (vt volunt aliqui) per contrariam memoriam nec per initium probatum vltra centum annos extraditis à Covarrubia *in Regul. poſſeſſor. 2. p. §. 3.* 11
num. 7. Molina *de Primogen. lib. 2. cap. 6. num. 61. vſque ad 66.* Craveta *de antiquitat. temp. 4. p. cap. mat. ſingul. num. 40.* Nam neceſſe eſt, vt omnia periodo terminentur, vt ex Philoſopho inquit Baldus *in l. 1. C. de emancip. liber. num. 8.*

Nec hic intellectus repugnat li- 12
teræ ſtatuti, nam origo de qua loquitur, eſt de ea, quę cognoſci potuit, non de prima radice, & primeva origine, nam ſi illam quæramus,

Omne hominum genus in terris ſimili ſurgit ab ortu:
Vnus enim pater eſt, vnus cuncta miniſtrans:
Mortales igitur cunctos edit nobile germen.

Boetius *lib. 3. de Conſolatione.*

13 Nec etiam advertatur ſtatutum, dum filio Comitum aut aliorum Principum excludit, ſi originem traxerint à Saracenis, quia iuxta datum intellectum, origo non antiquiſſima, & primeva, ſed legalis vſque ad proavos eſt animadvertẽda, & in his generationibus nobilitas etiam titulata non delet puritatis defectum iuxta literam prædicti ſtatuti, & ideo de filijs tantùm mẽtionem fecit, non de liberis, aut deſcendentibus Comitum aut Principum, quia hi cum intelligantur in infinitum. *l. liberorum. 220. ff. de verb. ſignif.* ſi vltra centum annos cum nobilitate Gentilitia fidem Catholicam obſervarunt, & ſunt quinctæ aut ſextæ generationis prætendentes,

dentes, non ſolum nobilitatem, ſed ſanguinis puritatem in eis dari exiſtimo; vt Habitu Hieroſolymitano poſſint decorari. Sed quia in hoc nolo opinionem facere, ſi contraria fuerit conſuetudo, quam ignoro, ſequenda erit; nam conſuetudo eſt optima legum interpres.

14 Secundo idem poteſt dici, & defendi de deſcendentibus à familia Iudæorum, quę nullo modo morti Chriſti Domini aſſenſum pręſtitit, ſed contra dixit, nec incidit in Iudaiſmum poſt legem gratiæ promulgatam; quem caſum ponit Quintana Dueñas *tom. 2. ſingul. tract. 16. ſingul.* 10. Et ait poſſe admitti ad Ordines Militares, & ad Dignitates Eccleſiaſticas, quæ ſanguinis puritatem exigunt; nam genus Hæbreorum ex ſe nobiliſſimum fuit, vt pa-

15 tet *Numerorum Cap.* 1. Ioan. Garcia *dict. Gloſſ. 7. num.* 19. Et nobiliſſimum fuiſſe Chriſtum Dominum, eiuſque ſacratiſſimam Matrem, & Progenitores, de fide eſt, *ex Cap.* 1. *Math.* macula autem, & nota inuſta eſt Hæbreis, eo quod Chriſto D. necem intulerint, & poſtmodum in Iudaiſmo perſeveraverint; nulla autem nota inuſta fuit his, qui nec conſenſerunt, nec legem Iudaicam deinceps profeſſi ſunt. Sed huius caſus probationem moraliter impoſſibilem eſſe animadvertit. Mendo *de Ordinib. Militarib. diſquiſit. 3 quæſt. 5. num.* 15. verùm cum poſſibilitas ſit res ampla, caſus non eſt

16 omittendus, nam ſimilem referunt Eſcobar *de purit. 1. p. q. 4. §. 2. n.* 24. & Rodericus *tom.* 3. *Regul. quæſt.* 11. *artic.* 1. qui cum multis dicunt ſtatuta puritatis non eſſe intelligenda de deſcendentibus à Iudęis, qui olim ab Apoſtolis converſi fuerunt, vt Iudæi Hiſpani, maximè Carpentani, qui libentiſſimè prædicationē Sancti Iacobi perceperunt, vt affirmat Flavius Dexter *in anno Chriſtt.* 37. & Iulianus Petrus *in Hiſtoria Alphonſi VI.* & de ijs, qui converſi fuere anno 1400. deciſū refert in Barcinonæ Senatu Fontanel. *de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 1. p. 1. n.* 107. 17

Tertio idem procedit in deſcendentibus ab Indis, nam licèt ex defectu puritatis ſanguinis Indos, & Æthiopes non poſſe admitti ad Habitus Militares, vt noviter converſos, velit Lara *de anniverſ. lib. 2. cap. 4. num.* 140. quia ex ſententia D. Pauli 1. *ad Timot. c. 3.* Neophiti ad Epiſcopatus, & ſimiles Honores facile eligi non debent; contrariū tamē probat Eſcob. 1. *p. q. 3. §. 3. num.* 48. quorum dicta ita accipienda ſunt, vt prohibitio tantùm procedat de Indis noviter converſis, qui proprié ſunt Neophiti, non de Indis, qui à nonaginta annis, & vltra fuerūt ad fidem cōverſi, quia ex eis deſcendentis ad omnes Dignitates, & Officia admitti debent. D. 19 Solorçano *tom. 2. de iure Indiar. lib. 1. cap. 27. num.* 83. & ad Habitus Militares, Indos nobiles, qui ab Imperatoribus, & Regulis, & Municipiorum, & Provinciarum Ducibus, quos *Caciques* dicimus, originem trahunt, admittendos fore affirmat idem Solorçano *num.* 86. *& in Polit. Indian. lib. 2. cap. 29 fol.* 242. ſed in praxi nullos ſic Militaribus inſignijs decoratos vidi nec audivi, vndè in hoc conſuetudo attendenda eſt. 18

An Idem dicendum ſit de expoſitis dubium vertitur; & pro parte affirmativa, quod debeant admitti ad Dignitates, & Officia, inquibus adſunt ſtatuta de puritate ſanguinis, facit primò; quod ex præſumptione iuris habent puritatem ſanguinis, quod ſępius firmavit Rota apud Ludoviſiū *deciſ.* 498. & apud Coccinum *deciſ.* 68. & ideò expoſi- 20

tos

tos reputand s esse puri sanguinis tene r plures apud Dianam. *p.* 10. *tract.* 16. *resol* 96. Valençuela Velazquez *tom.* 1. *cons.* 90. *num.* 70. reputantur etiam legitimi, vt communiter affirmant Doctores, Cardina-
21 lis Paleotus *de nothis, & spurijs cap.* 63. *num.* 3 Philipp. Paschalis *de virtb patr. potest p.* 1. *cap.* 6. *nu.* 10. Barbosa *de potest. Episcop. p.* 3. *allegat.* 55. *num.* 150. Castillo *tom.* 6. *cont overs. cap.* 124. *num.* 21. Lezana *in summ. quæst. Regut. tom.* 3. *verb. Illegitimi regulares num.* 15. Baseus *in Florib Theol. verb. Expositiuus num.* 2 Bordonus *tom.* 1. *resol.* 12. *num.* 55. Pellizarius *in Man. Regul. tom.* 2. *tract.* 7. *cap.* 5. *nu.* 70. Machado *en el perfecto Confessor tom.* 1. *lib.* 1. *p.* 3. *tra.* 17. *docum.* 1.
22 *num.* 6. Castrus Palaus *tom* 6. *disp.* 6. *punct.* 9. *num.* 3. Et sunt habiles ad omnes Ordines, & Beneficia, neque vlla dispensatione Pontificis aut Episcopi indigent. Lessius *in.* 3. *part D. Thomæ cap.* 9. *de irregularit. dub* 1. *num* 62.

23 Secundò facit Bulla Gregorij XIV. pro confraternitate expositorum Sancti Spiritus in Saxia anno 1591. in qua habetur expositos esse reputãdos tanquam legitimos, & puri sanguinis ad omnes Prębendas obtinendas, cuius virtute sic iure novo decisum affirmant Pellizarius *dict. num.* 70. Basilius Pontius *de Matrim. lib.* 11. *cap.* 9. *nu.* 4. Angelus Bossius *in Moral. var. tom.* 1. *p.* 2. *tit.* 1. *§.* 43. *num.* 1569. Henriquez *in summ. tom.* 2. *lib.* 14. *cap.* 8. *num.* 10. *lit.* k. *in annotat.* Sairus *de censuris lib.* 6. *cap.* 10. *nu.* 30. & alij apud Dianam *dict. resol.* 96. *vers. Probatur tertio.* Hieronymus Garcia *in Polit. Regul.* 1. *p. tract.* 3. *dif.* 3. *dud.* 3. *num.* 1.

24 Sed in contrarium, & quod non admittantur ad Dignitates, & Officia, quæ sanguinis puritatem requirunt, & ad Habitus Militares communis tenet Iurisperitorũ opinio, quam & Theologi aliqui sequuntur Lara *de Capellanijs lib.* 2. *cap.* 4. *ex num.* 37. *cum seqq.* Garcias Gironda *de privileg. num.* 1443. Ricciulus *de Neophitis cap.* 7. *num.* 33. Escobar *de purit.* 1. *p. q.* 8. *§.* 3. *ex num.* 45. Gratianus *discept. forens. tom.* 2. *cap.* 267. *num.* 24. Sanctarell. *var. resol. quæst.* 44 *vers. Tertio in fine.* Velasco *de privileg. pauper. p.* 2. *q.* 63. *§.* 2. *num* 199. *cum seqq.* Ludovicus Brocherus *de expositis num.* 6. *fol.* 16. Barbosa *de pot. Episcop. allegat.* 51. *num.* 151. Mendo *de Ordinib. Milit. disq.* 3. *q.* 5. *n.* 49. Quia licèt in dubio expositi boni præsumantur, hęc præsumptio nihil operatur, quando qualitas ab statuto requiritur, & non sufficit, quod adsit præsumptivè, sed probari omnino debet, vt adsit positivè, Bartolus, Marsilius, & plures 25
relati ab Escobar. 1. *p. q.* 8. *§.* 2. *n.* 35. & Lara *num.* 37. cui conveniunt. *l. Lucius. ff. de condit & demonstrat. l.* 1 *ff. de probat. l. hæc autem. §. non defendi. ff. quibus ex causis in possessione atur.*

Nec expositi legitimi reputan- 26
tur, quia vt optimè dixit Rota *apud Seraphinum decis.* 1081. exponere Infantem repugnat valdè legitimæ filiationi. Bonacina *de censuris disput.* 7. *quæst.* 2. *punct.* 3. *num.* 10. Hurtado *disput.* 2. *de irregularit. difficult.* 14. *num.* 57. Marchin. *de Ordine, tract* 1. *p.* 10. *cap.* 1. *dif.* 1.

Nec obstat Bulla Gregorij XIV. 27
quia vt inquit Escobar. *d. §.* 3 *n.* 34. in Hispania receptam non cognovimus, maximè in Tribunalibus, & Ecclesijs, quę statutum habent puritatis, & quando recepta fuisset, intelligendi est in Præbendis Ecclesiarum, inquibus alia specialis nó
sit

sit consuetudo, quia Papa non videtur derogare statutis iustis à suis prędecessoribus confirmatis. *Cap. cum Ordinem. 6. de rescriptis. Cap. dilecto de appellat. Cap. ex parte de privilegijs*, quod in Habitibus Militaribus certissimũ esse censeo, quia vltra sanguinis puritatem requiritur etiá parentũ nobilitas, quę nullo modo pręsumitur, sed probã-
28 da est Bald. *in. l. non ignorat. C. qui accus. non poss.* Tiraq. *de nobilit. cap. 10. num. 13.* Menoch. *lib. 6. præs. 60.* Mascard. *concl. 1093. n. 1.* Caravalho *de vna & altera quarta. 1. p. num. 213.* Covarrub. *lib. 1. var. cap. 16. num. 10. ad fin. & ex l. 8. tit. 11. lib. 2. Recop.* Gutierrez *lib. 3. pract. q. 14. num. 4.* Ioan. Garcia *de nobilit. gloss. 12. nu. 5. & gloss. 11. num. 51. & gloss. 10. num. 1. & gloss. 25. num. 1. & 2.* Escobar. *1. p. q. 10. §. 5. num. 15.*

29 Quam opinionem contra expositos adeò acriter admisit Mendo *vbi supra num. 50.* vt nec cum illis ad Habitus Militares dispensandũ foré testetur, quod durum mihi videtur, quoniam merita ipsorum prævalere aliquando debent natalibus eorum, & omnia statuta quantumvis iusta videantur, admittunt dispensationem. Et etiam sine dispensatione in Præbendis, & Beneficijs opinio, quę admittit expositos, est multum probabilis ex relatis à Valençuela *dic. cons. 90.* & Diana *d. resol. 96*

* * * * * * * *
* * * * * * *
* * * * * *
* * * * *
* * * *
* * *
* *
*

CAPVT .III.

DE NOBILITATE Gentilitia requisita ad admissionem Habitus Militaris S. Ioannis Hierosolymitani; & de exclusione eorum, qui Mercimonia exercuerint.

SVMMARIVM.

NObilitas Gentilitia requiritur ad Habitum Sancti Ioannis. 1.

Præsumptio stat pro nobilibus. 2.

Nobilitas Gentilitia, quæ dicatur. 3.

Gentiles pro Nobilibus antiqui appellarunt. 4.

Insignia peculiaria Familiarum Gentilitia dicebantur. 5.

Gentilitas in Hispania dicitur Hidalguia. 6.

Hidalguia in Hispania quæ sit. 7.

Nobilitas probatur ex possessione, & communi reputatione. 8. 9.

Nobilis dicitur qui pro tali communiter habetur. 10.

Nobilitatis probatio ad Habitũ S. Ioannis debet esse specifica, & nõ generica. 11.

Nobiles ex privilegio an admittantur ad Habitus Militares. 12.

Nobiles ex privilegio non admittuntur ad Habitum Sancti Ioannis. 13.

Nobilitas de novo adquisita ad ascendentes ascendere non valet. 14.

Nobilitas Fratris non sufficit

ad

ad Habitum S. Ioannis niſi probetur nobilitas aſcendentium. 15.
Mercaturam exercentes ipſi, vel parentes non admittuntur ad Habitum S. Ioannis. 16. & 19.
Mercatura an deroget nobilitati. 17.
Mercatura, & Militia non compatiuntur. 18.
Notariatus Officium in avis inhabilem reddere ad ſuſcipiendum Habitum S. Ioannis deciſum eſt. 20.
Notariatus Officium an deroget nobilitati. 21.
Agricultura non detrahit nobilitati. 22.

1 INter præcipuas qualitates ad admiſsionem Habitus Militaris in ſacra Religione Hieroſolymitana requiſitas, Nobilitatis Gentilitiæ qualitas connumeratur in ſtatutis *tit. 2. num. 27.* ibi: *Qui in Fratrem Militem recipi optabit, neceſſe eſt, vt authenticè probet ſe ex iis parentibus eſſe procreatũ, qui nomine, & Gentilitijs Inſignibus ſint nobiles*, referunt Sanlovinus *della origine de Cavallieri lib. 2 fol. 34.* Marchio de Tarifa *en la fundacion de la Orden, en el Viage de Ieruſalem, cap. 2. fol. 111.* Micheli *en el Teſoro Militar de Cavalleria, fol. 46.* Mendo *de Ordinib. Militarib. diſquiſit. 2. quæſt. 1. nu. 10.* Butatus *deciſ. 42. num. 2.* D. Rojas Archiepiſcopus Tarraconenſis *deciſ. 50.* Rota *coram Panzirolo deciſ. 167. & coram Ortembergo. 283. & coram Veroſpio. 551.* apud Paulum Rubeum *tom. 4. recenſ.*

Cuius ſtatuti ratio conſiſtit in 2
præſumptione, quæ pro nobilibus militat, pro nobilibus enim iura præſumũt. Gloſſ. *in Cap. illud. 40. diſt.* cum relatis à Tiraquello *de nobilit. cap. 20. ex num. 20.* Saavedra *en ſus Empreſas Politicas empr. 17. fol. 110.* & quia ex nobilibus nobiles procreantur, vt *Oda. 6. lib. 3.* cecinit Oratius:

Fortes creantur fortibus, & bonis,
Eſt in iuvencis, eſt in Equis patrum
Virtus, nec inbellem feroces:
Progenerant Aquilæ Columbam.

3 Hæc autem nobilitas Gentilitia eſt, quæ provenit ex nobili Genere, & Familia, nomine, & inſignijs, ſeu armis decorata: *Sunt enim Gentiles*, vt inquit Cicero *in Topicis qui inter ſe eodem nomine ſunt, qui ab ingenuis oriundi ſunt, quorum maiorum nemo ſervierit, qui capite non ſunt deminuti.* Et eum locum enarrans Boetius, *Gentiles* [inquit] *ſunt, qui eodem nomine inter ſe ſunt, vt Scipiones, Bruti, & cæteri.* Cui alludit Ovidius de Fabijs loquens *lib. 2. faſtor.* ibi:

Vna domus vires, & Onus ſuſceperat Vrbis,
Sumunt Gentiles arma profeſſa manus:
Egreditur Caſtris Miles generoſus ab iſdem,
Equeis Dux fieri quilibet aptus erat.

4 Vndè pro nobilibus, antiqui, Gentiles appellarunt, tria iura conſtituentes, Agnationis, Gentilitatis, & Stirpis; ex quibus nobilium videtur fuiſſe Gentilitas, quia nobiles tantùm imagines generis ſui proferre

ferre poterant, quæ à Genere Gentilia, & Inſignia Gentilium dicebãtur, vt explicant Budeus *in l. fin. in fin ff. de orig. iur.* Pomp. *de verb. ſignif. verb. Gentilis.* Carol. Sigon. *de nominib. Romanor. tit. de Cur. Gentilit.* Tiraquellus *de nobilit. cap. 2. num. 53. & cap. 6. num. 13.* vbi quod cuique generi inſignia peculiaria fuiſſe, quæ Gentilitia vocare poſſumus, & Familiaria, id eſt, cuiuſque Familiæ propria ac peculiaria. Caſaneus *in Catal. Glor. Mund. part. 8. conſiderat. 3.* Otalora *de nobilit. 1. part. cap. 3. num. 5.* Theſaurus de Inſignijs & Armis latè diſſerens *deciſ. 270. per totam.* Molina *de Primogen. lib. 2. cap. 14. num. 6.* Et eſt textus *in l. lex, quæ tutores. C. de adminiſtrat. tutor.* ibi: *In quâ maiorum imagines, aut non videre fixas, aut revulſas videre, ſatis eſt lugubre.* Moreno de Vargas *en la Nobleza de Eſpaña, diſcur. 4. n. 11.*

6 Quæ Gentilitas ſeu generis nobilitas idem eſt, quod in noſtra Hiſpania *Hidalguia*, vt expreſè dicit *l. 2. tit. 21. part. 2.* Et ex ea notat Otalora *dict. cap. 3. num. 2.* Et de hac nobilitate generis loquitur prędictum ſtatutum; & definitur apud

7 nos *in l. 3. tit. 21. part. 2.* ita: *Hidalguia es Nobleza, que viene a los hõbres por linage.* Et probatur ex multis, præcipuè tamen ex poſſeſsione probata cum circunſtantijs requiſitis iure regio, de quibus Otalora

8 *1. p. cap. 6. per totum.* Gutierrez *lib. 3. pract. quæſt. 14.* Matienz. *in l. 7. tit. 7. lib. 5. Recop. gloſſ 4.* vbi Azeved. *in Rubr. à num. 158. cum ſeqq.* Moreno de Vargas *en la Nobleza de Eſpaña, diſcur. 6. num. 2.* Quia ſecundùm omnes Iuriſtas, & Philoſophos nobilitas conſiſtit in poſſeſſione; & probatur per communem

9 reputationem. *l. cognitionum. ff. de varijs, & extraordinarijs cognitionibus.* Gloſſ. *in l. providendum. C. de poſtulando.* Bartolus *in l. 1. C. de Dignitatib. lib. 12.* Otalora *vbi ſupra num. 6.* Ioan. Garcia *de nobilit. gloſſ. 7. num. 11.* Gutierrez *vbi ſup. num. 6.* Cabed. *2. p. deciſ. 73. à n. 10.* Phæbus *deciſ. 106. num. 6. tom. 2.* Caravalho *de vnâ & altera quarta. 1. p. num. 228.* Et ex publica voce, & fama Tiraquell. *de nobilit. cap. 5. num. 8.* Maſcard. *de probat. concl. 1095. num. 21.* Eſcobar *de puritate, & nobilitate. 1. p. q. 10. §. 2. n. 17.* vbi non ſunt actus diſtinguentes nobiles à plebeis. Valençuela Velazquez *conſ. 92. num. 137.* Gutierrez *num. 54.* Caravalho *num. 212.* Vndè nobilis dicitur, qui pro tali communiter habetur, ſeu qui talis eſt ſecundùm loci conſuetudinem, aut eſt in poſſeſsione talis Tiraquel. 10 *de nobilit. cap. 10. ex num. 6.* Gutierrez *lib. 3. pract. quæſt. 17. num. 5.* Menochius *de arbitrar. caſu. 670. num. 40. & de præſumpt. lib. 6 præſ. 60.* Covarrub. *var. reſol. lib. 1. cap. 16. num 10.* cum multis Ioan. Baptiſta de Thoro *in Compẽd. deciſ. 2. p. verb. nobilis.* Parlad. *in ſex quæſtion. diff. 145. num. 9.* Moreno de Vargas *diſcurſ. 6. num. 2.* Dum tamen probatio ſit ſpecifica, & non generica ad latè tradita per Buratum 11 *dict. deciſ. 42.* vbi latè agit de probatione nobilitatis ad Habitum Militarem S. Ioannis requiſita, Rojas, & Paulus Rubeus *vbi ſupra.* Cavaler. *deciſ. 86.* Panzirol. *deciſ. 167.* vt ſi parentes, avi, proavi, & reliqui aſcẽdentes in Regum matricula ſint ſcripti, vel ſaltim ſint in poſſeſsione immemorabili, illuſtrata armis, & inſignijs nobilium; vel conſtet per ſententiam tranſactam in rem iudicatam, quod eorum aſcendentes, & antiquiores fuerunt nobiles declarati, vt latè Buratus, & ſæpius Rota apud Paulum Rubeum in citatis

tatis deciſionibus, & de modis quibus probatur nobilitas videndus Caravalho *dict. 1. p. ex num. 202. cum ſeqq* Otalora, Garcia, Gutierrez, & Eſcobar qui latiſſimè hæc deſcribunt.

12 Ex dictis venit decidenda queſtio ad rem noſtri ſtatuti in materia nobilitatis maximè ardua, vtrũ ſcilicet nobiles ex privilegio admitti poſſint ad Habitum Militarem S. Ioannis? Nam de Ordinibus Militaribus genericè loquendo, multi affirmativam partem tenent, & nõ levibus fundamentis probant eos admitti valere. Menchaca *de ſucceſſ. creat. lib* 3. §. 30 *num.* 290 *cum ſeqq.* Garcia *de nobilit. gloſſ* 1 § 1. *num.* 50. Otalora *2. p. 3 princip. capit. 7. num.* 13. *verſ. Item videmus.* Gutierrez *lib. 4 pract. quæſt. 7.* Gironda *de privilegijs num* 829. Eſcobar *de purit* 1 *p. q* 4 §. 5. *ex nu.* 14. *cum ſeqq.* Mieres *de Maioratu. 1. p. quæſt. 51. num.* 4. *&* 32. Barboſa *de appellat. verb. Nobilis.* Caſtillo *de Tertijs tom. 7. cap.* 41 *num* 98 *verſ. Remanet.* Amaya *in. l. 2. C. ſi ſervus aut libertus ad Decurionatum aſpiraverit, lib.* 10. *num.* 73. Franciſcus Niger Ciriacus *tom. 2. controverſ.* 203. *num* 40. licèt contrarium probet Lara *de Capellanijs lib. 2. cap.* 4. *num.* 207. In Ordine verò S. Ioannis, cùm parentes candidati debeant eſſe nobiles nobilitate generis, ſeu Gentilitia, ex ſpeciali ſta-

13 tuto, nobiles ex privilegio, indubitatum eſt, admitti non poſſe; quia tali privilegio nec verè, nec fictè adimpletur ſtatuti mens: cùm parentes, aut avi eius nobiles nullo modo fuerint; nec nobilitas de novo acquiſita retrogradu ad eos aſcẽdere valeat ex Ioan. Garcia *gloſ.* 12. *num.* 47. & relatis à Narbona *in. l.* 14 *num.* 25 *gloſſ* 4. *tit.* 2. *lib.* 6. *Recop.* Ioſephus de Seſſe *deciſ. Aragon.* 4. relatus à Barboſa *de poteſt. Epiſcop.* 2 *p. allegat.* 1 *num.* 21. Eſcobar *vbi ſupra num.* 59. *&* 60. vbi quod non poteſt concedi privilegium, quod extendatur ad aſcendẽtes, maximè ſi iam fuerunt vita functi, cum facere non poſſit Princeps, vt ſit, quod non fuit, nec illi capaces iam exiſtant harum qualitatum, ũtra tradita per Tiraquellum *de nobilit. cap.* 6. *num.* 45. per textum *in l ſiquis in metallum* 3 *ff. de his, quæ pro non ſcripto*, tradit Gratianus *diſceptat. forenſ. tom.* 2. *capit.* 396. *num.* 13. & *ex. l.* 1 *ff. de Senatoribus.* Philipp. Paſchalis *de viribus patriæ poteſtatis* 4. *p. cap.* 2. *num.* 28. Rainer. *de nobilit. in* 13 *q.* 5. *princip.* Vndè nec nobilitas Fratris, aut 15 ſententia lata eius favore probabit ſufficienter nobilitatẽ alterius Fratris ad Habitum S. Ioannis, niſi probetur nobilitas aſcendentium Buratus *dict. deciſ* 42 *num.* 10. *&* 11.

Vltra nobilitatem dictam requi- 16 ritur etiam ad receptionem Fratrũ in Ordine Hieroſolymitano, quod Frater, vel eius parentes mercimonia non exercuerint, bancherij, vel banci ſcriptores, nummularij, vel agentarij, proxenetæ vel fuerint, vel in taberna, aut officina, pannos bolbicinos, aut lanæ, triticum, vel alia quæcumq; menſuraverint, aut vendiderint; hi ergo quamvis nobiles nomine & armis ſint cuiuſcumque Civitatis, vel Provinciæ, in Fratres Milites non admittuntur ex ſtatuto Capituli Generalis anno 1588. celebrati authoritate Cardinalis, & Magni Magiſtri Fratris Hugonis de Loubenx Verdala. Cuius ſtatuti ratio poteſt deſumi ex rationibus, & fundamentis communis opinionis, affirmantis, nobiles Mercaturam exercentes nobilitatem originariam amittere. Tira- 17 quellus *de nobilit. cap.* 33. *num.* 2.

Miſinger. *cent. 6. obſervat. 54. nu. 5.* Azeved. *in l. 11. tit. 12. lib. 5. Recop. num. 3.* Matienz. *in l. 1. tit. 14. lib. 5. num. 3.* Narbona *in l. 24. gloſſ. 1. ex num. 96. tit. 2. lib. 6. Recop.* Gutierrez *lib. 1. pract. quæſt. 137. nu. 9.* Oralora *de nobilit. p. 2. cap. 5. n. 13. & 5. p. cap. 2.* Caravalho *de vna & altera quarta. 1. p. num. 462.* Stracha *de Mercatura. p. 2. num. 17.* Scaccia *de commercijs. §. 1. q. 7. p. 3. limit. 17. num. 21.* Anneus Robertus *rerum iudicatarum lib. 2. cap. 16.* & probat textus *in l. nobiliores 3. C. de commercijs, & mercatoribus*, vbi nobiliores arcentur à Mercatura, vel quia detrahit nobilitati, vel ad minus, quo quiſque honeſtior eſt, à negotiandi, & fœnerandi arte, & officio, diſcedere debet; eſt enim Mercatura periculoſa animę, & quæ mendacio, & falacia ſæpius exercetur. Vndè divinis literis apud Zachariam *cap. 14.* legitur: *Non erit Mercator vltra in domo Domini exercituum.* Et ſi ad Militiam
18 attendimus, qua nihil in humanis artibus excellentior eſt, Mercaturæ contraria videtur, Militia enim, & Mercatura non compatiuntur: vndè iure civili ſtatutum fuit negotiatores ne militent. *l. Milites. C. locati. l. 1. C. negotiatores ne Militent lib. 12.*

19 Sed redeundo ad prędictum ſtatutum contra exercentes mercimonia, animadvertendum venit, quod dum parentes deſignat, avos comprehendit. Parentum enim appellatione pater, & mater, avi, & aviæ ex vtroque continentur. *l. 51. ff. de verb. ſignif.* in terminis ſtatuti Rota apud Buratum *dict. deciſ. 42. n. 2.* vbi *num. 13.* Notariatum in avis, vt adverſarium nobilitati, inhabilem reddere ad ſuſcipiendum Habitum Hieroſolymitanum, deciſum eſſe inquit, vbi Ferentil. *lit. A. & lit. C.* idem dictũ fuiſſe in Melitenſi Habitus 14. Maij 1627. coram R. P. Di 20
Merlino affirmat Rota *deciſ. 297. p. 1. recenſior.* Quod ſemper mihi durum viſum fuit, maximé apud Notarios huius Regni, quia Notariatus officium non detrahit nobi- 21
litati Gentilitię. Covarrub. *pract. cap. 19. n. 7.* Gutierrez *lib. 1. pract. q. 137.* Caravalho *vbi ſupra. 1. p. num. 444.* latè Amaya *in l. ſi quis procurationẽ. n. 34. C. de Decurionibus lib. 10.* Et eſt apud omnes nó infimæ æſtimationis, & filios Nota- 21
riorum Habitibus Militaribus decoratos notavi in hac Civitate, & in alijs huius Provincię Bœticę. Vndè circa huiuſmodi Notariatus officium attendenda eſt loci conſuetudo, in multis enim Provincijs nobilitatem derogat, quia officium ſervile, & mechanicum reputatur, in alijs verò honorificum apud omnes habetur, & nobilitati convenit, vt in Regnis Hiſpaniarum; quo diſtinctionis fœdere conciliat opiniones Paſchalis *de virib. patriæ poteſt. 4. p. cap. 2. num. 55.* Gutierrez *dict. quæſt. 137. num. 3.* Guido Papa *deciſ. 89. & 90.* Antonius Faber *in ſuo Codice lib. 9. tit. 28. de Dignitat. definit. 4.* Rota per Farinacium *tom. 2. deciſ. 594.* Fontanella *deciſ. 298. num. 27.* vbi deciſum pro nepote cuiuſdam Notarij affirmat. Et de Mercatura ſimili diſtinctione loquitur Stracha *dict. p. 2. nu. 18.* vbi quod Venetijs, Florentiæ, & Anconę Mercatura nobilitati non detrahit Oralora *vbi ſupra cap. 2.* Miſinger. *cent. 6. obſervat. 54. n. 12.* Caravalho *vbi ſup. 1. p. num. 464.* vbi quod attendenda eſt conſuetudo, nam apud Venetos, & Genuẽſes nobiles Mercaturam exercent.

Agricultura autem an detrahat 22
nobilitati in terminis ſtatuti fuit dubitatum in cauſa cuiuſdam Equi-

tis

tis ex cognomine *Carraſco*, qui ſuę nobilitatis Gentilitię literas executoriales Chancellarię Regię Granatenſis habebat; cui opponebatur patrem Agriculturam, per famulos tamen, & operarios, exercuiſſe. Cuius favore cauſa decia fuit in Rota apud D. Rojas Archiepiſcopum Tarraconenſem *deciſ.* 50. & meritò, quia, vt inquit Cicero *lib.* 1. *de Officijs: Omnium rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil eſt Agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius.* Vndè Virgil. *O fortunati! nimium ſi ſua bona norint agricolæ.* Et Claudianus *in.* 4. *Honorij conſulatum*, de Serrano Dictatore, & Agricola cecinit: *Sordida Serranus, flexit Dictator aratra.* Vndè Agriculturam nobilitati non detrahere benè ex multis concludit Tiraquellus *de nobilit. cap.* 32. Guido Papa *deciſ.* 41. 196. & 392. Collantes *in pragmat. frument. cap.* 2. *num.* 2. *lib.* 2. Fontanella *deciſ.* 192. *num.* 16. & *de pact. nuptialib. clauſ.* 7. *gloſſ.* 3 *p.* 15. *num.* 73. vbi deciſum affirmat. Imo multis privilegijs tã iure Civili, quàm Regio afficitur Agricultura, Adam Conzen. *lib.* 8. *politicor. cap.* 11. Narbona *in. l.* 25. *gloſſ.* 1. & *ſeqq. tit.* 21. *lib.* 4. *Recop.* Amaya *in. l. exemplo* 37. *C. de Decurionib. lib.* 10. *num.* 17. Navarrete *en ſus diſcurſos politicos diſc.* 5. *ex pag.* 55 *cum ſeqq.* Renatus Chopinus *de privilegijs Ruſticorum lib.* 1. *part.* 1. *capit.* 1. Carleval *de iudicijs tom.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *ex num.* 1131. Bobadilla *lib.* 3. *polit. c.* 3. *num.* 61. & *lib.* 5. *cap.* 9. *in princip.*

* * * *
* * *
* *
*

CAPVT IIII.

DE PROFESSIS IN alio Ordine non admittendis ad Habitum Militarem S. Ioannis Hieroſolymitani.

SVMMARIVM.

Religioſi alterius Ordinis ad Habitum S. Ioannis non admittuntur. 1.

Animi inconſtantes aſpernendi ſunt. 2.

Tranſitus de vna Religione in alteram ſemper fuerunt odioſi. 3.

Aſſumptio Habitus in alio Ordine eſt impedimentum in Religione Societatis Ieſu ad ſuam recipiendũ. 4.

Statutum de profeſſis in alio Ordine ad Habitum S. Ioannis non admittendis procedit, ſivè profeſſus ſit in ſtrictiori Ordine, ſivè laxiori. 5.

Tranſire ad laxiorem Ordinem ſecundùm Diuum Bernardum eſt prævaricari. 6.

Profeſſus nulliter in alio Ordine per vim, & metum, an in Hieroſolymitano poſſit admitti. 7.

Nulla, & non facta parificantur. 8.

1 PRohibent ſtatuta, quod Religioſi alterius Ordinis in Fratres Religionis Hieroſolymitanæ recipiantur; & *tit.* 2. *n.* 9. ita diſponunt: *Quicumque in alio Ordine Profeſſionem fecerit, in noſtro nulla vnquam ratione recipiatur.* Cuius ſtatuti mentionem

faciunt Sanſovinus *della origine de Cavalieri lib. 2. pap. 34.* Micheli *en el Teſoro Militar de Cavalleria fol. 43.* & huius prohibitionis rationem expreſſè declarant ſtatuta antiqua *eod. tit num. 6.* ibi: *Inconſtantes quidem animi aſpernendi ſunt, atque prorſus reijcidendi; proinde laudabili inſtitutione ſancimus, quod Religioſi, qui alterius Religionis vota emiſerint, in Fratres Religionis noſtræ, niſi de Magiſtri, & Capituli Generalis licentia recipiantur.* Perſeverantia enim virtus vnica eſt, quæ Milites coronat. *l. 1. C. de Athletis lib. 10.* Caſan. *in Catal. Glor. Mund. 9. part. conſid. 42.*

2

3 Quod ſtatutum, & ratio decidendi in eo expreſſa, ſummam continet iuris rationem, & politicam, quia etiam ſi ad Militiam non attendatur, ſed ad Religionem, tranſitus de vna Religione in alteram ſemper fuerunt odioſi: & debet vnuſquiſque permanere in prima vocatione. Divus Paulus. *1. ad Corinth. cap. 7. verſ. 24.* ibi: *Vnuſquiſque in quo vocatus eſt (Frater) in hoc permaneat apud Deum.* Vndé Auguſtinus ad Ludovicum *epiſt. 81.* ſcripſit: *Vos autem Fratres exhortamur in Domino, vt propoſitum veſtrum cuſtodiatis, & vſque ad finem perſeveretis.* Refertur *in Cap. vos autè 30 16. quæſt. 1.* cui conveniunt textus in *Cap. non noportet. 19. 7. quæſt. 1. & Cap. primo. 21 quæſt. 1.* Et multa, quæ de tranſitu de vna Religione in alteram ſcripſerunt Thomas

7 Sanchez *in præcept. Decalog. lib. 6. de religioſo ſtatu cap. 7.* Lezana *conſulto 17. num. 23.* Pellizarius *in Manuali Regular. tom. 1. tract. 2. cap. 4. ex num. 28. & 29.* & continetur *infra diſcept. 7 cap. 2. ex nu. 19.* vbi hic articulus latè exornatur; nunc autem animadvertitur, quod ſine prohibitione ſtatuti Pater Villalobos *in ſumm. 2 p. trat. 35. difficult. 13.* abſolutè dicit, quod ipſe non concederet Habitum ei, qui in alio Ordine profeſſionem emiſiſſet. Et in Religione Societatis Ieſu, 4
non ſolùm profeſſio, ſed aſſumptio Habitus in alio Ordine, eſt impedimentum ad ſuum recipiendum ex ſpeciali ſtatuto. *Cap. 3.* Suarez *tom. 4. de Relig. tract. 10. lib. 2. capit. 1. nu. 16.* Caſtrus Palaus *tom. 3 tract. 16. diſp. 1. punct. 8. §. 1. num. 20.*

An autem prohibitio procedat 5
reſpectu eius, qui in laxiori Ordine profeſsionem fecit, & vult ad Religionem Militarem S. Ioannis admitti, vt in Equitibus aliarum Militiarum, vel reſpectu eius, qui in ſtrictiori Religione degebat, & cū legitima diſpenſatione ad laxiorem vult accedere, poteſt eſſe dubium, & in vno, & altero caſu ſtatutum procedere exiſtimo. Tùm quia vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. *l. de pretio. ff. de public. in rem act.* Tùm etiam quia prohibitionis ratio eſt animi inconſtantia, quæ præſumitur ex tranſitu, quæ in vtroque actu militat; nam ſi vult tranſire de Religione Militari laxiori ad Religionem S. Ioannis, vt ſtrictiorem, & perfectiorem, licèt ſit licitus tranſitus. *Cap. licet, de Regularibus.* Sanctus Thomas *2. 2. quæſt. 189. artic. 8.* tamen inconſtantiæ præſumptio ſemper datur, quę ex mutatione reſultat, vt ex ſententia Divi Pauli, & Divi Auguſtini patet; quod ſi ex Religione ſtrictiori exeat, vltra inconſtantiæ præſumptionem habet contra ſe dictum Divi Bernardi *epiſt. 1. ad Robertum,* vbi quod prævaricari, & apoſtatare eſt ad laxiorem Ordiné tranſire. Igitur in quocumque accidenti, ſive procedat prætenſio perfectionis cauſa, & bona fide, ſive 6
temerita-

temeritatis aut levitatis appetitu, cùm non poſſit obligari Religio ad concedendum Habitum alicui, maximè cum fuerit probabile fundamentum denegandi; ſequitur, quod ſine diſpenſatione ſtatuti prohibentis receptionem nullo modo poteſt admitti.

7 Quid autem erit, ſi forté aliquis ob vim, & metum parentum profeſſionem emiſerit in aliqua Religione, & per ſententiam tranſactam in rem iudicatam, nullam fuiſſe profeſsionem, fuerit declaratum; & ſic liber à Religionis, & profeſsionis vinculo, ad Ordinem Militarem Sancti Ioannis optaverit admitti. Et cenſeo in hoc caſu non obſtare ei prædictum ſtatutum; quia in eo non datur inconſtantiæ præſumptio, cùm actus violentus, & meticuloſus repugnet voluntati: quia velle non creditur, qui obſequitur Imperio patris vel domini ex iuris regula; & quia nulla, & non facta parificantur. *Cap. proveniēs de filijs Præſbit.* Et non præſtat impedimentum, quod non ſortitur effectum; & nullum quod eſt, nihil eſt. *l. 4. §. condēnatum ff. de re iudicata*, & ita cùm nulla fuiſſet profeſſio in prima Religione ex defectu animi, & voluntatis, nullum præſtabit impedimentum ad receptionem Habitus Militaris; nec ſtatuti prohibitio in hoc caſu procedit. Et ita vidi practicatum in quodam Frate Capellano Hiſpalenſi, qui primò in alia Religione profeſsionem ob vim, & metum emiſſerat, & obtenta, & declarata nullitate, Habitu Militari Sancti Ioannis hodiè decoratus eſt, ſed poſt hęc ſcripta audivi diſpenſatum fuiſſe.

8

CAPVT V.

DE MATRIMONIO copulatis ad Ordinem Hieroſolymitanum non admittendis.

SVMMARIVM.

MAtrimonio copulati non admittuntur ad Habitum S. Ioannis. 1.

Coniuges ex mutuo conſenſu etiā poſt conſumatum Matrimonium poſſunt ingredi Religionem. 2. *limitatur in Ordine Sancti Ioannis.* 3.

Profeſſio facta in Ordine ab vxorato inſcia vxore, vel invita, vel ſi per dolum, vel metum conſentiat vxor, eſt nulla. 4.

Divortio celebrato innocens cōtra voluntatem alterius poteſt ingredi Religionem. 5. & 6.

Vxoratus qui Matrimonium non conſumavit, admitti valet in Ordine Hieroſolymitano. 7.

Matrimonio rato non conſumato coniux intra duos menſes à celebratione Matrimonij poteſt ingredi Religionem. 8.

Matrimonium ratum ſolvitur profeſſione. 9.

Dux Auguſtobriæ poſt ratum Matrimonium, & non conſumatum admiſſus fuit ad Habitum S. Ioannis. 10.

PRohibent ſtatuta *tit. 2. num.* 11. ne qui Matrimonium contraxerint, & conſumaverint ad Ordinem admittantur, ibi: *Qui Matrimonium contraxerit, & id per carnalem copulam conſumaverit ad Ordinem noſtrum* 1

trum non admittatur. Sanſovinus della origine de Cavalieri lib. 2. pagin. 34. Micheli en el Teſoro Militar de Cavalleria, fol. 43. Mendo de Ordinib. Militarib. diſquiſit. 3. quæſt. 1. num. 10. Cuius ſtatuti, & prohibitionis ratio, vt non admittantur; qui Matrimonium conſumaverit, videtur eſſe, tùm propter inconſtantiam, quæ ex mutatione ſtatus reſultat, vt ſupra capite antecedenti continetur; tùm propter difficultatem continentiæ, quæ periculoſa eſt in eo, qui Matrimoniũ conſumavit; tùm propter notam, quæ in his caſibus ſolet reſultare; vt ex poſitione caſuum apparet. Nam ſi ex mutuo conſenſu coniuges ingrediantur Religionem, quod etiá poſt conſumatum Matrimonium
2 facere poſſunt. Cap. qui vxorem 33. quæſt. 5. Cap. cum ſi. s Cap. ad Apoſtolicam, de converſ. coniugat. Sine licentia Epiſcopi, nec alterius perſonæ. Thomas Sanchez de Matrim. lib. 7. diſput. 32. num. 3. Ceſpedes de Exempt. Regul. dub. 56. Hieronymus Garcia in Polit. Regul. 1. tom. trat. 2. dif. 2. dud. 10. punt. 3. num. 43. In hoc caſu licèt in alijs Religionibus ſtrictis poſſint admitti, in Hieroſolymitana prohibet ſtatutum, propter inconſtantiam, quæ ex varietate, & duplicitate reſolutionum reſultat, & propter difficultatem continentiæ. Cui addi valet, quod per ingreſſum in Ordine Hieroſolymitano non relinquitur ſęculum, cum peractis Caravanis antianitatis iure in Prioratu originis commendatur Eques, vt decenter in domo propria vivat, & fructu Militiæ ſuæ, & laboris potiatur, vt in terminis cum Santofauſto tenet Garcia trat. 1. dif. 5.
3 aud. 4 punt. 2. num. 16. ibi: Pero ſi dos caſados, que han conſumado el Matrimonio, quieren entrarſe en Religion, dize Bartholomeus à Sanfauſto, lib. 5. quæſt. 58. que no cumplirá vno entrando en la de San Iuan, porque ſe queda en el ſiglo, y ſe colige ex Cap. vxoratus de converſ. coniugatorum. Idemque affirmant Gutierrez de Matrimon. cap. 95. num. 5. Thomas Sanchez de Matrim. lib. 7. diſput. 32. num. 4. in fine. Licèt contrarium velint Baſilius de Matrim. lib. 9. cap. 12. num. 3. Diana p. 4. tract. 4. reſol. 73. verſ. nõ deſinam. Pellizarius in Manuali Regul. tom. 1. tract. 2. cap. 4. nu. 21. Quorum opinio licèt de iure probabilis ſit ex eadem litera textus in dict. Cap. vxoratus de converſ. coniug. Repugnat tamen praxis ſtatuto Ordinis à Sede Apoſtolica cõfirmato: vndè ſine diſpenſatione ſtatuti vxoratum etiam de licentia vxoris non admittendum in Ordine Hieroſolymitano probabilius iudico.

Quod ſi maritus inſcia vxore poſt conſumationem Matrimo- 4
nij profiteatur in Religione, profeſſio eſt nulla; & poteſt eum vxor iure repetere. Cap. placet de converſ. coniugat. Idem erit, ſi vxore invita profiteatur. Cap. quidam eod. tit. vel ſi per dolum, vel metum conſentiat vxor. Cap. veniens cod. tit. Cap. notificaſti. 35. quæſt. 5. Cap. ſunt qui dicant. 27. quæſt. 2. Thomas Sanchez dict. lib. 7. diſput. 34. & 35. Baſilius lib. 9. cap. 11. Garcia vbi ſupr. dict. punt. 3. num. 46. cum ſeqq. Mendo de Ordinib. Milit. diſq. 5. q. 3. num. 16.

Idem procedit, ſi inter coniuges 5
divortium ſit celebratum, nam innocens etiam contra voluntatem alterius poteſt ingredi Ordinem, & emittere validè profeſſionem. Baſilius lib. 9. cap. 19. Diana p. 3. tract. 4. reſol. 257. Garcia num. 51. Et propter adulterium vxoris deductum

ductum ad forum contentioſum divortio celebrato poteſt maritus
6 admitti ad profeſſionem. *Cap. Agathoſa 27. quæſt. 2.* Garcia *d. nu. 51.* Baſilius *cap. 20. num. 7.* Fagundez *in præcepta 4. lib 4. cap. 8. num. 17.* Bordonus *de profeſsione regulari cap. 3. quæſt. 34.* in quibus caſibus, & ſimilibus relatis à prædictis Doctoribus, cùm detur ſemper nota, & nõ ſit prima vocatio eius, qui prius cõſummavit Matrimonium, ſed ſecunda, & fortaſis temeritatis, aut levitatis appetitu affecta, ſtatuto Ordinis Hieroſolymitani in Fratres admitti non poſſunt, qui Matrimonium conſumaverint, viuente vxore: ſecùs ea defuncta, de quo non loquitur ſtatutum, cum per mortem coniugis ſolutum Matrimonium ſit, nec impeditus videatur ſuperſtes ingredi Religionem.

7 At cum exeptio firmet regulam in contrarium, poſſe quem admitti in Ordine Hieroſolymitano poſt Matrimonium ratum, & non conſumatum, ſi aliunde non ſit impeditus, teſtatur Mendo *diſq. 3. q. 1. num. 10.* quod certum eſt, & ſupponunt Doctores in quæſtione, an profeſſione huius Ordinis ſolvatur Matrimonium ratum non conſumatũ. Nam cum privilegio religioſi ſtatus licitus ſit ingreſſus coniugis intra duos menſes à celebratione Matrimonij rati non conſumati in Reli-
8 gione. *Cap. verum. Cap. ex publico de converſ. coniugat.* Et Religio Hieroſolymitana propriè ſit Religio, & ſtatuti prohibitio tantùm loquatur de coniugato poſt conſummationem Matrimonij, eo non conſumato ad Habitum Militarem ſacri Ordinis admitti valet: quia profeſſione religionis ſolvitur Matrimo-
9 nium ratum, vt definitur in Tridẽtino *ſeſſ. 24. cap 4.* idque vltra Mendum notarunt quamplures relati, & ſecuti à Thoma Sanchez *lib. 2. de Matrim. diſp. 18 num. 8.* Baſilius *lib. 9. cap. 7.* Barboſa *in collect. ad dict. cap. ex publico.* Garcia *vbi ſup. dud. 10. punt. 2. num. 28.* Euſebius de Herrera *deciſ. 1. §. 18.* relatus à Garcia, vbi affirmat, quod quidam Dux Auguſtobriæ [vulgo Medina Cœli] poſt ratum Matrimonium, & non conſumatum admiſſus fuit ad Habitum Militarem S. Ioannis Hieroſolymitani, cuius profeſſione ſolutum fuit Matrimonium, quod & notat Sanchez vbi ſup. Qui Princeps dictum fuit Don Gaſton de la Cerda Tertius Dux Auguſtobriæ ſecundum ganealogiam traditam à Haro *en ſu Nobiliario lib. 1. c. 11.*

10

CAPVT VI.

DE GRAVATIS ÆRE alieno non admittendis ad Habitum Militarem S. Ioannis Hieroſolymitani.

SVMMARIVM.

GRavati Ære alieno non admittuntur ad Habitum Sancti Ioannis. 1. & 6.

Sixtus V. prohibuit ad Religionem admitti decoctores. 2.

Obligati ad ratiocinia non poſſunt in Religionibus admitti. 3.

Clemens VIII. revocavit conſtitutionem Sixti V. quantum ad valorem profeſſionis emiſſæ à Gravato Ære alieno. 4.

Sixti V. conſtitutio non intelligitur de Religionibus Militaribus. 5.

Debitor Æris alieni poteſt admitti

mitti in Religione, ſi debita ſunt incerta quantum ad perſonas. 6.

Debitor cedens bonis poteſt admitti in Religione. 7.

Debitor, qui ingenti Ære alieno non fuerit aſtrictus, poteſt admitti in Religione. 8.

Debitor abſque ſua culpa perveniens ad inopiam poteſt admitti in Religione. 9.

Carcerari non poteſt, qui per caſus fortuitos bona ſua amiſit, & ideò non poeeſt ſatisfacere creditoribus. 10.

Debitor ex promiſsione liberali admitti valet in Religione. 11.

Donatio omnium bonorum non ſubſiſtit. 12.

Donator non poteſt conveniri à Donatario vltra quàm facere poteſt. 13.

Debitor Ordinis Hieroſolymitani, vel occupans eius bona per ſe, vel parentes non admittitur ad Habitum Ordinis niſi facta reſtitutione. 14.

1 PRohibent ſtatuta *tit.* 2. *num.* 11. ne Ære alieno preſsi in Religione admittantur, ibi: *Si quis alicui gravi debito ſit aſtrictus ad Ordinem noſtrum, non admittatur.* Cuius ſtatuti mentionē faciunt Sanſovinus *della origine de Cavalieri lib.* 2 *pag.* 34. Micheli *en el Teſoro Militar de Cavalleria, fol.* 43. in quo convenit ſtatutum
2 cum diſpoſitione Sixti V. *incipit Cum de omnibus, anno* 1587. qua prohibentur ad Religionem admitti decoctores poſt dilapidatam rem familiarem, & contractam ingentē vim Æris alieni; cuius ratio ea eſt, quod aſſumptio Habitus non videtur tunc fieri bono animo, ſed vt ratiocinia effugiant, creditoreſque defraudētur: quod huiuſmodi pro-
3 hibitione obiatur. Vndè non ſolùm debitores, ſed & qui ad ratiocinia obligati ſunt, non poſſunt in Religionibus admitti. *Cap. legem* 53. *diſt. Cap. vnic. de obligat. ad ratiocin.* Latiſsimè Carolus Maranta *reſp.* 51. *part.* 5. quam Sixti V. diſpoſitionem poſtmodùm revocavit Clemens VIII. in Bulla, *quæ incipit inſuprema, anno* 1602. Quātùm ad valorem profeſsionis, decernens, validam forè profeſsionem emiſſam à Gravato Ære alieno, licēt in certas pœnas incurrant, qui eum admiſſerint. 4

Verùm hanc Sixti V. conſtitutionem non intelligi de Religionibus Militaribus, quia in odioſis nō ſolent nomine Religionum comprehendi, voluit Azor *Inſtit. Moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 3. *q.* 8. & licèt impugnet rationem Thomas Sanchez *in ſumma lib.* 4. *cap.* 19. *nu.* 23. tranſit tamen cum intellectu, ſeu limitatione, ex eo quod Religioſi Militares non ita ſtrictam paupertatem vovent, quin habeant bonorum adminiſtrationem: vndè profeſsione non redduntur pœnitus inhabiles ad ſolvendū creditoribus, & ex hoc capite excuſaretur à culpa eorū admiſsio Bartholomæus à Santofauſto *in theſaur. Relig. lib.* 5. *quæſ.* 138. & 139. Garcia *in Polit. Regul. tom.* 1. *trat.* 2. *dif.* 2. *dud.* 9. *nu.* 13. Sed hæc licèt procedant in alijs Ordinibus Militaribus, in Religione Hieroſolymitana Ære alieno gravati ex ſtatuto à Sede Apoſtolica approbato nō poſſunt admitti; nec militat eadem ratio, quia paupertatem vouent Fratres Hieroſolymitani, & non ſibi, ſed Religioni acquirunt, nec de bonis teſtantur. Gratianus *tom.* 2. *diſcept. forenſ. cap.* 363. *ex num.* 21. *cum ſeqq.* 5

Prædicti tamen ſtatuti prohibitionem aliquas poſſe admittere limitationes, ſicut & Bulla Sixti V. 6

admittit,

admittit, dubium non eſt; nam in primis ſi debita ſunt incerta quantùm ad perſonas, cùm reſtitutio fieri debeat pauperibus, & alicui in ſpecie quis non ſit aſtrictus, poterit etiam ſi non ſit ſolvendo admitti, quia Religio pauperum loco ſuccedit. Aragon. 2. 2 *quæſt.* 88. *art.* 12. *circa ſolut. ad.* 1. Emanuel Rodericus *tom.* 3. *quæſt. Regul. q.* 10. *art.* 9. Fagundez *de iuſt. & iur. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 5. Trullenc. *in Decalog. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 22. *num.* 1. Portel *in dubijs Regula. verb. Novitius num.* 8. *in addit.* Thomas Sanchez *dict. cap.* 19 *num* 4 Santo Fauſto *lib.* 5. *quæſt.* 134. Garcia *cum multis vbi ſupra num.* 8. Pellizarius *in Manuali Regular. tom.* 1. *tract.* 2. *cap.* 4. *num.* 46.

7 Secundo limitatur in eo, qui bonis cedit, quamvis bona non ſufficiant ad debita ſolvenda, dummodo in brevi tempore in ſæculo manendo lucrari non poſſet, vndè creditoribus ſatisfaceret; quia liber homo non obligatur quo ad perſonam taliter, vt ſtatum non poſſit mutare, & ceſſione bonorum ſatisfacit creditoribus. S. Thomas. 2. 2. *quæſt.* 189. *art.* 6. *ad* 3. Azor *lib.* 12. *cap.* 1. *quæſt.* 5. Thomas Sanchez *vbi ſupra num.* 8. Læſſius *de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 16. *dub.* 8. Diana *part.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 41. Lezana *tom.* 2. *Regul. cap.* 24 *num.* 17. Garcia *cum alijs num.* 9. Quę limitatio in terminis etiam conſtitutionis Sixti V. procedit Santo Fauſto *dict. quæſt.* 134. *num.* 5. Sanchez *num.* 26. Portel *vbi ſupra nu.* 19. Bartholomæus de Vecchis *in praxi novitiorum diſput.* 2. *dub.* 13. *num.* 15. Diana *p.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 82. Bordonus *de profeſſione Regulari cap.* 3. *quæſt.* 29. *verſ. Septimo dubio.*

8 Tertiò limitatur in eo, qui ingẽti Ære alieno non fuerit aſtrictus; vt denotant verba ſtatuti *gravi debito*, & verba Brevis Sixti V. *ingenti Ære alieno:* vt quando debitũ non fuerit ſupra vires facultatum; vt in prohibitione dicti Motus docent Rodericus. 2. *tom. ſumm. cap.* 3. *num.* 7. *& tom.* 3. *quæſt. regul. q.* 10. *art.* 9. *notab.* 2. Thomas Sanchez *d. cap.* 19. *num.* 24. Cardinalis Lugo *tom.* 1. *de iuſt. & iur. diſput.* 21. *ſec.* 6. *num.* 87 *&* 88. Fagundez *vbi ſupra num.* 5 Garcia *num.* 11.

Quarto limitatur in eis, qui abſque culpa pervenerunt ad inopiam, & impotentiam ſolvendi creditoribus; quod probant verba Sixti V. ibi: *Multi decoctores poſt dilapidatam rem familiarem.* Sanchez *num.* 25. Fagundez *num.* 7. Garcia *num.* 11. Vecchis *num.* 15. Diana. *d. reſol.* 82. Bonacina *de reſtitut. diſp.* 1. *quæſt. vltim. punct.* 2. *§.* 1. *num.* 8. quod & ſuadetur ex eo, quod is qui per caſus fortuitos bona ſua amiſſit, & ideò non poteſt ſatisfacere creditoribus, non poteſt ab eis carcerari. Ioannes Faber *in §. fin. nu.* 10. *Inſtit de actionib.* & ibi Ioann. de Platea, & Iaſon *num.* 13. Bolaños *in Curia Philip.* 2. *part. §.* 17. *n.* 29. 9 10

Quinto limitatur in debitoribus ex promiſsione liberali; vt ex donatione: quia propriè non poſſunt dici Ære alieno gravati. Sanchez *num.* 10. Diana *dict. reſol.* 82. *verſ. Notandum eſt*, cum alijs Garcia *num.* 13 vbi quod donationes liberę non poſſunt impedire ingreſſum Religionis. Quinimò nec donatio omnium bonorum iure ſubſiſtit. *l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obligat.* vbi Doctores, *& in. l. fin. C. de pactis. l.* 69. *Tauri*, latè Hermoſilla *in. l.* 9. *tit.* 4. *p.* 5. *gloſ.* 1. *vſque ad.* 12. *ex nu.* 1. *cum ſeqq.* Noguerol *allegat.* 26. *num.* 188. Nec donator poteſt compelli, nec carcerari à donatario virtute donationis, 11 12 13

quia non poteſt conueniri vltra quam facere poteſt. *l. Neſenius. §. fin ff. de re iudicata. l. Divus Pius. ff. de regul. iur. l. inter eos. §. is quoque ff. de re iudicata*, & ibi Scribentes, Hermoſilla *in. l. 4. eod. tit. & par tit. agloſſ. 2. num. 5.*

14 Cum autem is qui alicui gravi debito ſit adſtrictus ad Ordinem Hieroſolytanum non admittatur, idcircò ſtatutum eſt in Capitulo Generali anno 1588. ſub auctoritate Cardinalis, & Magni Magiſtri Fr. Hugonis Loubenx Verdala, quod nullus, cuius parentes, vel ipſemet, terras, prædia, iuriſdictionē, ſeu alia quæcumque bona Ordinis occupaverit, niſi facta prius debita reſtitutione, ad Ordinem recipiatur; de quo Commiſſarij ad nobilitatis probationes faciendas deputati diligenter ſe informent, teſteſque examinare debeant.

CAPVT VII.

DE CRIMINOSIS non admittendis ad Habitum Militarem Sancti Ioannis Hieroſolymitani.

SVMMARIVM.

CRiminoſi non admittuntur ad Habitum S. Ioannis. 1.

Criminoſi de iure communi excluſi non ſunt à Religione. 2.

Sixtus V. Criminoſos ad Religionem prohibuit admitti. 3.

Clemens VIII. conſtitutionem Sixti V. de Criminoſis ad Religionem non admittendis reformavit. 4.

Criminoſi occulti admitti valent in Religione. 5

Clementis VIII. Bulla comprehendit Ordines Militares. 6.

PRohibent ſtatuta, ne admittantur ad Ordinem Militarem S. Ioannis criminoſi, & delinquentes; & ita *tit. 2. num. 12.* decidunt: *Qui homicidium commiſſerit, & in ſæculo exiſtens flagitioſe, & perverſè ſe geſſerit, ad Ordinem non admittatur.* Cuius ſtatuti mentionem faciũt Sanſovinus *della origine de Cavallieri lib. 2. pag. 34.* Mendo *de Ordinibus Militaribus diſquiſit. 3. quæſt. 1. num. 10.* Et ratio prohibitionis eſt, quia ſæpe Criminoſi ad fugiendam pœnam condignam Criminibus ad aſſylum Religionum admitti optant, non vt emendentur, & ita delictis impunitis maiora perpetrant. 1

De iure autem communi Criminoſi excluſi non videntur á Religionibus, quinimo admonentur, vt relicto ſæculo religioſum ſtatum eligant, vt ſecurum; & perfectiorē ad vitam æternam conſequendam. *Cap. admonere. 33. quæſt. 2.* & multos delinquentes admiſſos fuiſſe, & vivendi normam mutaſſe, notant Menardus *en las notas a las Reglas antiguas cap. 65.* Portel *in Dub. Regularib. verb. novitij qualitates num. 12. & in tom. de reſponſ. Morā. part. 1. caſu 7. & 8.* Hieronymus Garcia *in Polit. Regul. tom. 1. trat. 2. difficult. 2. dud. 9. num. 2.* Non enim eſt obſervandum clauſtri ũ ei, cui Deus aperit Cœlum; nàm Chriſtus ipſe publicanos, & peccatores ad ſe vocavit. 2

Verùm Sixtus V. *anno 1586 kal. Decemb. in Bulla, quæ eſt inter Bullas huius Pontificis 71. cum Bull. 72. ſeq. tom. 2. Bullar. nov.* prohibet, ne ad Religiones admittãtur, qui in ſæculo criminoſi fuerint, delictaque perpetraſſent; & irritat ſuſceptionem 3

nem Habitus, profeſſionemque eorum nullam eſſe declarat, & decernit. Cuius conſtitutionis meminerunt Emanuel Rodericus *quæſt. Regul. tom. 2. quæſt. 2. artic. 3.* Garcia *vbi ſupra num. 3.* Pellizarius *in Manuali Regular. tom. 1. tract. 2. cap. 3.* Quaranta *in Summa Bullarij, verb. Monaſteria, & Conventus.* Graffis *de effectibus Clericatus. 1. effect. num. 1142.* & cùm ea convenit ſtatuti prohibitio in Ordine Hieroſolymitano.

4 Supervenit tamen poſt Sixti V. conſtitutionem altera Bulla Clementis VIII. *edita anno 1602. die 2. Menſis Aprilis*, qua prędictam conſtitutionem reformavit quo ad eam partem, qua irritat profeſsiones admiſſorum ad Religionem, eaſque nullas declarat, & decernit, reducens prędictam conſtitutionẽ ad terminos iuris communis, & ſacrorũ Canonum, perinde ac ſi prædicta conſtitutio cum alia poſteriore illam interpretante in illa parte edita non fuiſſet. Cuius conſtitutionis mentionem faciunt, & ita affirmant Thomas Sanchez *in ſumma lib. 4. cap. 19. num. 21.* Pottel *dicto caſu 7. & 8.* Peirinis *de Prælato quæſt. 3. cap. 1. num. 6. & 7.* Lezana *tom. 1. Regul. cap. 24. nu. 15.* Garcia *vbi ſuprà num. 5.* Mendo *diſquiſit. 2. quæſt. 2. num. 78.* Barboſa *de Poteſt. Epiſcop. allegat. 101. num. 42.* D. Thom. Carleval. *de iudicijs lib. 1. tit. 1. diſput. 2. num. 449.* latè Bordonus *de profeſſione Regulari cap. 3. q. 23.*

5 Sed etſi huic diſpoſitioni Clementis VIII. in Religione Hieroſolymitana non ſtetur, ſed ſtatuto, & eius prohibitioni concordanti cum Bulla Sixti V. adhuc ſtatutum, & Bulla limitationem admittit; nã tantum intelligenda eſt prohibitio de Criminoſis, quorum Crimina ſunt publica, & notoria, vel notorietate facti, quia coram multitudine hominum fuerunt commiſſa, vel notorietate iuris, quia in iudicio ſunt accuſati, & convicti, vel per confeſsionem, vel ſententiam iudicis, ante ſuſceptionem Habitus; nõ vero procedit de Criminoſis occultis: quod probatur ex eadem Bulla Sixti V. in verbis, ibi: *Vtrùm commiſerint Crimina: qualia ſunt homicidia, furta, latrocinia, vel alia ſimilia, & graviora, de quibus dãnati ſunt, aut formidant damnari.* Et in 2. Bulla, ibi: *Contra Criminoſos verò, quorum profeſſio eadem conſtitutione noſtra irrita declaratur, ac propterea Iudicibus, & Curijs Sæcularibus, procedendi facultas conceditur, tunc demum id locum habere volumus, & non aliter, cum actis publicis conſtiterit, ipſos Iudices, & Curiam Sæcularem ante ſuſceptionem Habitus de ipſo crimine adverſus eos accuſationem ſuſcepiſſe, vel inquiſitionem inſtituiſſe.* Suarez *de Religione tom. 3. lib. 5. cap. 7. num. 17.* Lezana *tom. 4. in ſumm. verb. novitij num. 11.* Garcia *vbi ſupra num. 4.* Pellizarius *vbi ſupra ex num. 12.*

Verùm cùm ſtatutum Ordinis 6 irritam non faciat profeſsionem Criminoſi, ſicut facit conſtitutio Sixti V. quæ derogata eſt Bulla Clementis VIII. de Religionibus abſolutè, & genericè loquendo, prædictę diſpoſitioni ſtandum eſt; nam comprehendit Religiones omnes, & de Militaribus loquuntur Carleval. *d. n. 439.* Mendo *num. 70.* & ſtatuti qualitas ſatis obſervatur in eo, quod admittendus informationem præſtet de moribus, & vita, & Crimina commiſſiſſe deneget, cum delicta nullatenus præſumantur. *l. merito ff. pro ſocio*, quod ſi poſt aſſumptum Habitum contra eum proce-

datur pro delicto antea commisso, cuius erit iurisdictio infra *discept.* 13. *cap.* 4. continetur.

CAPVT VIII.

DE CORPORE VITIATIS, infirmis, & insanis, non admittendis ad Habitum Militarem Sancti Ioannis Hierosolymitani,

SVMMARIVM.

Corpore vitiati, infirmi, & insani, non admittuntur ad Ordinem S. Ioannis. 1.

Corpore vitiati in Milites non recipiuntur. 2.

Corpore vitiati inhabiles sunt ad munera Ecclesiastica exercenda. 3.

Deformitas corporis animi deformitatem ostendit. 4.

Infirmi actualiter, vel habitualiter non admittuntur in vllo Ordine. 5.

Insani incapaces sunt Religionis, Professionis, & Novitiatus. 6.

1 PRohibent statuta, ne admittantur ad Ordinem Hierosolymitanum corpore vitiati, infirmi, & insani, & ita *tit.* 2. *nu.* 16. decidunt: *Nullus omnino recipiatur, qui non sit corpore firmo, & rectè compacto, atque laboribus apto, prospera valetudine, mente sana, probisque moribus prædito.* Sansovinus *della origine de Cavalieri lib.* 2. *pag.* 34. ibi: *Et sia di corpo fermo, robusto, valido, atto alle fatiche, sano, di mēte sane, & costumato.*

2 Et de primis ea quidem est ratio, quod Corpore vitiati, si de Militibus loquamur, inutiles sunt in Bello, & non recipiendi *l. quicum. §. qui filium ff. de re Militari.* Ayala *de iure belli lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 10. si de Sacerdotibus, inhabiles ad Munera Ecclesiastica exercenda; vt ex titulo *de Corpore vitiatis* probant 3 Doctores, Vecchis *in praxi recip. novit. disp.* 5. *dub.* 6. Bordonus *de professione Regulari cap.* 3. *quæst.* 14. Carolus Maranta *resp.* 64. *p.* 5. Tamburimus *tom.* 3. *de iure Abbat. disp.* 6. *quæst.* 3. *num.* 29. Hieronymus Garcia *in Polit. Reg. tom.* 1. *trat.* 2. *dif.* 2. *dud.* 11. *punt.* 3. *num.* 4. qui suppleri posse prædictam qualitatem animi virtute affirmant. Regulariter tamen deformitatem, & Corporis vitium impedimentum esse ad Habitus susceptionem, certum est; maximè vbi statuto prohibetur, vt in Religione Hierosolymitana: in qua non solùm cæci, aut muti, aut alio corporis vitio notati non admittuntur, sed & ij, qui deformes videntur, propter præsumptionem deformitatis animi: Corporis enim deformitas animi deformitatem ostendit. *Cap. cum infirmitas de pœnitentia,* & facies indicat, quale est cor. *l. obseruādum ff. de Offic. Præsid.* Et non facilè fieri potest, vt qui omnino deformis est, bonus sit, Bobadilla *in Polit. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 8. vndè Martial. *lib.* 12. *Epigr.* dè Zoili deformitate improbum esse opinabatur, ibi: 4

Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine læsus,
Rem magnam præstas, Zoile, si bonus es.

Infirmi

5 Infirmi etiam actualiter, vel habitualiter, quibus ſcilicet perpetuatur aliqua gravis infirmitas, vt fatigatio cordis, non poſſunt admitti in Religione Hieroſolymitana; & ſic impedimentum inquocumq; Ordine, maximè ſi novitius negaverit tali infirmitate gravari, tenent Doctores; Garcia *vbi ſupra num.* 3. Lezana *tom.* 4 *verbo profeſſio num.* 18 Sanctus Fauſto *in Theſauro lib.* 5. *quæſt.* 212. Bordonus *vbi ſupra quæſt.* 16.

6 Infantes quoq; non admittuntur, quia incapaces ſunt Religionis, Profeſſionis, & Novitiatus. *Cap. ſicut el.* 1. *de Regular.* de cuius concluſionis limitationibus, & declarationibus latè agunt Thomas Sanch z *in Decalog. lib.* 4 *cap.* 1. *nu.* 5. *& lib.* 5 *cap.* 4. *num.* 53. Vecchis *diſput.* 2. *dub.* 7. *num.* 3. Suarez *de Relig tom.* 3. *lib.* 5. *cap* 4. Tamburinus *tom.* 3. *diſput.* 6. *quæſt.* 3. *num.* 2. Bordonus *de profeſsione Regulari cap.* 3. *q.* 8 *num.* 41. Hieronymus Garcia *difficult.* 2. *dud* 6. Miranda *tom.* 1. *q.* 17. *art.* 5. *concl* 3. Peirinis *de Prælato quæſt* 3. *cap.* 1. *nu.* 37.

CAPVT. IX.

DE ÆTATE AD Habitum Militarem Sancti Ioannis Hieroſolymitani recipiendum; & ad Profeſsionẽ emittendam; & vtrùm annus Novitiatus requiratur in eo Ordine.

SVMMARIVM.

ÆTas ad receptionem Habitus Sancti Ioannis ſtatuto requiſita refertur. 1.

Milites ante decimum octavum annum ad Bellum non admittebantur. 2.

Ætas decem & octo annorum requiritur, vt quis admittatur ad caravanas faciendas in Ordine S. Ioannis. 3.

Ætatis ſtatutũ facile diſpenſatur in Ordine S. Ioannis. 4.

Ætatis certæ ad militandum non habetur ratio. 5.

Ætas terdecim annorum ſufficit ad Habitum S. Ioannis recipiẽdum. 6.

Ætas ad Profeſsionem deſignata à Concilio Tridentino ſervatur in Profeſsione Ordinis Sancti Ioannis, & eius defectus inducit nullitatem profeſsionis. n. 7.

Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. *cap.* 15. *non comprehendit Ordines Militares.* 8.

Annus Novitiatus requiritur ad Profeſsionem emittendam in Ordine Sancti Ioannis, & debet eſſe continuus. 9.

Anni Novitiatus qualitas poteſt diſpenſari à Summo Pontifice. 10.

Annus Novitiatus diſpenſatur à Pontifice, quando committit Profeſsionem alicui executori delegato, & tunc, valida eſt profeſsio. 11.

1 DE Ætate ad Habitum Militarem S. Ioannis Hieroſolymitani recipiendum ſtatuta Ordinis *tit.* 2. *num.* 13. ita decidunt: *Nulli detur Habitus Ordinis, qui annum Ætatis ſuæ decimum octavum non attigerit, Magiſtro tamen conceditur, vt octo pueros ſibi eligat, ex qua voluerit Natione, & in quovis gradu, ad familiare, & domeſticum ſuum ſervitium, quibus nihil de Ætate, vel antianitate obÿci poſsit: ita tamen*

vt

vt ſint annos nati duodecim. Cuius ſtatuti mentionem faciunt Mendo *de Ordinibus Militaribus diſquiſit. 3. quæſt. 1. num. 3.* Rota apud Dianam *in deciſ. 9. veneris 14. Iunij 1647. quæ eſt in part. 9. fol. 393. in cauſa Pictavienſis Commendæ.*

2 Et huiuſmodi prohibitionis ratio, ea ni fallor, eſt, quod inſtitutum huius Ordinis eſt, pro Fide pugnare; ad bellum autem ante decimum octavum annum Milites non ſolebant admitti; vt teſtis eſt Tubero apud Agelium *lib. 10. cap. 28. Servius* [inquit] *ab anno decimoſeptimo, quod idoneos iam eſſe Reipublicæ arbitrabatur Milites ſcripſit.* Et hoc apud Romanos diù obſervatũ ex Livio coniectari, licèt *Decade. 3. lib. 2.* vbi ita legitur: *Ex auctoritate Patrum dictus M. Iunius, & I. Sempronius Magiſter Equitum delectu edicto iuniores ab annis decem & ſeptem, & quoſdam prætextatos ſcribunt.* Lipſius *de Milit. Roman. lib. 1. dialogo 2.* Alexander ab Alexand. *dierum Genial. lib. 1. cap. 20.* vbi Tiraquellus *lit. A.* Claudius Cotherus *de iure Militum lib. 1. cap. 14.* Narbona *de Ætate anno 18. quæſt. 2.* Martinus Laudenſis *de bello quæſt. 12.* quippe in ea Ætate plenam pubertatem iura deſcribunt *l. ad rogato. 40. §. non tantum. ff. de adoptionib. l. Mela ait 14. §. 1. ff. de aliment. & cibar. legat. l. quidam conſulebant. ff. de re iudicata.*

3 Et iſtam rationem clarè deſcribunt ſtatuta *in tit. 14. de Commend. num. 19.* vbi ad Commendas obtinendas tres Caravanas in Triremibus Ordinis fieri debere ſtatuitur cum qualitate; ibi: *Decernentes, quod nullus admittatur ad Caravanas faciendas niſi decimum octauũ ſuæ Ætatis annum attigerit.*

4 Sed in hoc ſtatuto non difficilè diſpenſari videtur, vt teſtatur Mẽdo *dict. quæſt. nu. 1. 3.* vel certè non eſt in vſu, quia non vrgenti ratione fulcitur; & ſi ergo Equites Hieroſolymitani militare debeant, nequaquam certæ, & legitimæ Militaris Ætatis fuit Habita ratio. *l. fin. C. de teſtam. Milit.* Tiraquellus *de nobilit. cap. 6. num. 28.* Ayala *de iure Belli lib. 3. cap. 4. num. 14.* Veget *lib. 1. capit. 14.* Silius *lib. 2.* ibi:

Pubeſcit Miles Caſtris, galeaque teruntur,
Nondum ſignatæ flava lanugine malæ.

6 Vndè terdecim annos ſufficere ad Habitum Ordinis recipiendum dixit Sanſovinus *della origine de Cavallieri lib. 2 pag. 34.* ibi: *Habbia tredici anni Chi wole entrare.* Et in Infantia huiuſmodi Habitus conceſſos, & ante ſeptenium Cruce decoratos nobiles Provinciæ Bœticę ex vrbe Carmonenſi oriundos, notavi. Et id conſuetum eſſe in omnibus Linguis, ſeu Nationibus ab Equitibus mihi hæc conſulenti relatum eſt.

7 Ad Profeſſionem autem emittẽdam in hoc Ordine nullus ante decimum ſextum annum expletum admittitur; quia expreſſè requirunt ſtatuta ſervari in Profeſſione Ætatem deſignatam à ſacroſancto Concilio Tridentino *ſeſſ. 25. cap. 15.* & ita *num. 15. eod. tit. 2.* decidunt: *Adhærentes ſacroſancti Concilij Tridentini decreto ſtatuimus, vt nullus ante decimum ſextum ſuæ Ætatis annum expletum ad Profeſsionem Ordinis noſtri, id eſt votorum emiſsionem admittatur.* Vndè ex vi huius ſtatuti Equites Hieroſolymitanos

mitanos contineri ſub decreto Cócilij referunt deciſum Armendariz *in Recop. legum Navarræ lib. 2. tit. 17. l. 2. de Relig. num. 16.* Flaminius Pariſius *de reſignat. Benef. lib. 6. quæſt. 2. num. 120.* Barboſa *in collect. ad Concil. d. cap. 15. num. 6. & de Poteſt. Epiſcop. 3. p. allegat. 101. num. 8. & in ſumm. deciſ. Apoſtolicar. collect. 314 num. 15. & de iure Eccleſiaſtico lib. 3. cap. 7. nu. 33.* Rota penes Buratum *deciſ. 205. num. 28.* & penes Dianam *part. 9. oper. Moral. in cauſa Pictavienſis Commendæ fol. 393.* Giurba *conſ. 77. num. 15.* Novarius *Forenſ. q. 42. num. 2.* Gratianus *Diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 457. num. 31. & cap. 363. num. 27.* Carolus Maranta *reſp. 6. num. 6. part. 1. & reſp. 4. part. 4 numer. 36* Catellus *de donationib. 1. p. diſc. 2 partic. 3. num. 110* Narbona *in l. 8 tit. 5. lib. 1. Recop. gloſſ. vnic. num. 12.* alter Narbona *de Ætate anno 16. quæſt. vnic. num. 10.* Riccius *p. 4 reſol. 173.* Genuenſis *in prax. Archiep. cap. 1. in addit. in fine.* Tamburinus *de iure Abbat. tom. 3. diſp. 6. q. 11. num 6.* Cardinalis Petrus Otthobonus noviſſimè *deciſ. 117. num. 1. & 2.* vbi quod defectus huius Ætatis inducit nullitatem Profeſſionis. Bartholomeus de Vecchis *in praxi obſervanda in admittendis ad Religionis ſtatum Novitijs, diſput. 11. dub. 2. num. 4.* Thomas Sanchez *de Matrimonio lib. 7. diſput. 44. num. 8.* Lezana *p. 2. Regul. cap. 5 num. 17.* Mendo *de Ordinib. Milit. diſquiſit. 1. quæſt. 5. num. 121.* Bordonus *reſol. 100. numer. 22. & de profeſſ. regul. cap. 7. q. 6. num. 19. & poſt tract. de Profeſſ. deciſ. 19.* Qui dicunt, quod ſecluſo hoc ſtatuto, ſub decreto Concilij Hieroſolymitani non comprehendutur, ſicut cæteri Ordines Militares ſub illo non comprehendi, certum, & deciſum eſt. Vndè cùm prohibitio ſit tantùm ſtatuti, diſpenſari poterit; cùm omnia ſtatuta ſubiecta ſint diſpenſationi.

Huius autem ſtatuti immemores 8
Doctores aliqui dixerunt, elapſo decimo tertio anno anno, & ſine Novitiatu, Equites noſtros Hieroſolymitanos poſſe emittere profeſſionem, vt Azor *Inſtit. Moral. lib. 13. cap. 4. quæſt. 2.* & cum alijs Bonacina *tom. 3. de ſuſpenſionibus diſput. 3. quæſt. 8. punt. 4. num. 3.* Hieronimus Garcia *in Polit Regul. tom. 1. trat. 1. difficult. 5. dud. 4 punt. 2. numer. 15. & trat. 3. dif. 2. dud. 4. nu. 5.* ex eo, quod Concilium *in dict. cap. 15.* non comprehendit Religiones Militares ſecundùm declarationes ſacræ Congregationis, quas referunt Doctores, & Barboſa *num. 5.* ſed in contrarium ſtat ſtatutum cófirmatum à Sixto V. & ex vi illius Concilij decreto ſtandum eſt, niſi in ſtatuto diſpenſetur.

Ad profeſſionem quoque emit- 9
tendam annus Novitiatus in Ordine Hieroſolymitano requiſitus eſt, decidente ſtatuto *dict. tit. 2. nu. 28.* ita: *Nullus in Conventu noſtro Habitum ſuſcipiat, niſi per annum in eo moram traxerit, vt illius mores, vita, & ſufficientia cognoſci poſſint, quo tempore antianitatis, & reſidentiæ prærogativa fruatur.* Et in hoc convenit ſtatutum cum diſpoſitione ſacroſancti Concilij Tridentini *dict. ſeſſ. 25. cap. 15.* & declaravit ſacra Congregatio Concilij referente Oviedo *in praxi Regular. p. 1. tract. 6. cap. 1. q. 1. num. 2.* & Farinacio *in Concil. Triaent p 4. deciſ. 241.* Vecchis *dict. dub. 2. nu. 4.* Alexander Sperellus *deciſ. 21. num. 49.* Lezana *tom. 2. Regul. Milit. cap. 5. num. 17.* Diana *part. 10. tract. 12. reſol. 1. verſ. Ex quibus.* Pellizarius *in Manuali Regularium*

tom.1.tract.2.cap.1.num.31. Hieronym. Garcia *in Polit. Reg. tom. 1. trat.2.dif.5.dud.2.punt.3.num.6.* Tamburinus *tom. 3. diſp.6. quæſt. 11.num.6.* Barboſa *in ſumm. deciſ. collect.314.num.15.* Gratianus *tom. 2.cap.363.num.27. diſcept.forenſ.* Aloyſ.Riccius *in collect. deciſ.p.1. collect. 216. verſ.Infero ſeptimo.* Narbona *in.l.8.tit.5. lib. 1. Recop. gloſſ. vnic. num. 12.* Bordonus *reſol.100.num.22.& de profeſſ.regul. cap.9.q.2.num.12.& cap.10. q.23. ex num.35.* Vbi benè probat, quod annus Novitiatus debet eſſe continuus, & quod ſi Miles receſſerit à Conventu Novitius, novus noviciatus imponi debet, aliàs profeſſio erit nulla, vt ex hoc capite nullitatem ſuæ Profeſsionis defendit Marchio Corſinus, quod repetit Rota in eadem cauſa *coram D.Tarraconenſi Melevitana* 13. *Ianuarij* 1953.extenſa à Bordono *poſt tractatum de Profeſsione deciſ.45. numer.16.* niſi receſſus á Convétu cũ licentia fuerit Magni Magiſtri, nã tunc non obligat ad renovitiandũ Rota *in eadem cauſa* 10. *Decemb.* 1649. *quæ eſt deciſio* 44. *apud Bordonum num.3 4.& 5.*

10 Verùm hæc qualitas anni Noviciatus, non eſt dubium, quod poſſit à Summo Pontifice diſpenſari, ſicut in hac qualitate, & in reliquis ſemper determinat Rota, Puteus *deciſ.261.p.1.* eadem Rota *in vna Granat.9.Februarij anno* 1609. *coram Marcomontio.*

11 Quod maximè ſuccedit, quando Summus Pontifex committit Profeſsionem alicui executori, vel delegato *vigore Regul. Chancell.* 58. quia tunc ſine Novitiatus anno valida eſt profeſsio, cum verba Regulæ arbitrium executoris præſupponant, vt poſsint non expectato anno probationis procedere ad receptionem emiſsionis Profeſsionis Ioan.Andr. *in cap. officij de elect.* vbi Abbas *num. 5.* cum alijs latè Rota per Farinacium *deciſ.329 per totam.p.2.* & apud Bordonum *poſt tractatum de Profeſsione deciſ.2.* & coram Pirovano *Veneris 25. Februarij* 1611. apud P.Thom. Hurtado *de congrua noviſsimè part.2. in.3.appendit.fol* 410. Vt accidit in Profeſsione nobilis Gaſparis de Alcozer Hiſpalenſis, quæ ex Bulla ſpeciali fuit commiſſa Domino Fratri Aldobrandino Priori in Vrbe, & Profeſsionem emiſsit ſine qualitate anni Novitiatus, vt multos etiam facere mihi dictum eſt.

CAPVT X.

DE CINGVLO MILITARI ad Profeſsionem in Ordine Hieroſolymitano requiſito.

SVMMARIVM.

CIngulum Militiæ requiritur ad Profeſsionem Equitis Sancti Ioannis. 1.

Profeſsio Equitis S.Ioannis facta ſine Cingulo Militiæ an ſit valida. 2.& 5.

Forma ſervanda eſt in actu, & deficiente actus eſt nullus. 3.

Militia per Cingulum ſignificatur. 4.

Forma accidentali non ſervata actus non corruit. 6.

Veſtis cuiuſvis Religionis omiſſio non vitiat profeſsionem. 7.

Cæremoniæ omnes præſcriptæ in profeſsione non ſunt de ſubſtantia valoris. 8.

Habitus

Habitus non facit Monachum. 9.

Cinguli Militaris non fit mentio in Pontificali Romano. 10.

Cingendus de proximo habetur pro Cincto. 11.

Profeſsionem in Ordine S. Ioannis factam ſine Cingulo validam eſſe, deciſum fuit in Rota. 12.

1 INter cœteras qualitates ad Profeſſionem Equitum in Ordine Hieroſolymitano requiſitas connumeratur Cingulum Militiæ, & veſtis nigri coloris, quem clamidem appellant, & ita ſtatuta *tit* 2. *num.* 2. dicunt: *Qui ſub gradu Militiæ ad hoc idoneus, & aptus pro forma ſtatutorum, & conſuetudinum ad Profeſsionem Ordinis noſtri admitti poſtulabit, priuſquam Habitum ſuſcipiat, & Profeſsionem faciat, Cingulo Militiæ decoretur neceſſe eſt.* Et *num.* 23. Sanſovinus *della origine de Cavallieri lib.* 2. *fol.* 34. ibi: *Ma il Milite ſia prima ornato del Cingulo* 2 *della Militia.* Diana. *p.* 10. *tract.* 10. *de Cingulo Militari pro validitate Profeſsionis Equitum Melitenſium.* Vbi fuſè diſputat dubium, an ſit valida necne Profeſſio facta ab Equite Hieroſolymitano ſine Cingulo Militiæ, & plurimis adductis pro nullitate Profeſſionis concludit Pellizarius *in Manuali Regular. tom.* 2. *tract.* 9. *cap.* 8. *ſect.* 4. *num.* 127. Bordonus *reſol.* 100. *à num.* 38. & latiſsimè diſputans *de Profeſsione Regulari capit.* 18. *quæſt.* 79.

Et pro hac opinione facit primò, 3 quod hæc qualitas Cinguli, cùm Profeſſioni ſit addita ſtatuto, & præterius commune, videtur eſſe formalis: quando autem forma ſervanda eſt in aliquo actu, ſi deficiat, actus eſt nullus. *l. non dubium. C. de legibus. l. Mævius. l. qui. hæredi. ff. de condit. & demonſtrat.*

Secundò facit, quod Cingulum 4 conſtituit Militem in eſſe talis, & Militia per Cingulum ſignificatur. Hugo Grotius *de iure Belli lib.* 1. *cap.* 2. *num* 9. *l. fin C. de appar. Magiſt. Milit. lib.* 12. *l.* 2. *C. vbi de ratiocin. agi oport.* Vbi depoſito Cingulo ceſſabat privilegium; & de proximo Cingendus pro Cincto habebatur, & privilegio Militari gaudebat. *l. filius familias. ff. de Milit. teſtam.* Hinc Horatius ad Piſones de Arte Poetica Milites ex hoc vocavit Cinctutos, ita:

Fingere Cinctutos non exaudita Cethægis.

At Religio Hieroſolymitana non eſt Religio ſimpliciter, & abſoluté, vt omnes aliæ, ſed eſt Militaris: ergo Cinguli omiſsio in Profeſsione nullitatem inducet.

5 Contra reſolutionem Dianæ negativam partem defendunt D. Nicol. Fernandez de Caſtro *in Monacho Milite tract.* 4. *cap.* 10. *num.* 58. citatus à Diana vbi ſupra, & Pater Lezana *conſulto.* 5. qui multis probat Cingulum Militare non eſſe de ſubſtantia profeſsionis Equitum Hieroſolymitanorum, Angelus Maria Vericellus *quæſt. Moral. tract.* 8. *quæſt.* 36. Rota *deciſ. Melevitana nullitatis Profeſsionis Veneris* 10. *Decembr.* 1649 *coram Rojas*, & extenſa apud Bordonum *poſt tractatum de Profeſsione Regulari deciſ* 44.

Et hæc pars, quæ verior videtur, 6 fulcitur ex eo, quod forma alia eſt ſubſtantialis, alia accidentalis, iſta tamen non ſervata actus non corruit, vt latè probat Eſcobar à Co-

rro *de vtroque foro artic.* 2. in noſtro autem caſu Cingulum Militare non eſt forma ſubſtantialis, ſed accidentalis conſuetudine introducta, vt exprimunt ſtatuta *dict. num.* 2. in verbis, ibi: *Huiuſmodi inſignia ſecundùm conſuetudinem Militiam præſtandi recipiat*; quia eſt qualitas cœremonialis ad ſubſtantiam Profeſsionis parum aut nihil
7 faciens: ſicut veſtis cuiuſvis Religionis, cuius omiſsio non vitiat Profeſsionem; ſi enim quis emittat Profeſsionem in aliqua Religione ſine veſtibus conſuetis, non proinde illa profeſsio eſt nulla. *Cap. porrectum de Regularibus*, tradit Bordonus *de Profeſsione Regulari cap.* 14. *quæſt.* 2. quia non omnes Cœremoniæ præſcriptæ in Profeſsione ſunt de ſubſtantia valoris.
8 Arriaga *in p.* 2. *D. Thom. t.* 2. *diſp.* 23. *ſect.* 5. *num.* 67. Granadus. *p.* 2. *contr.* 7. *tract.* 3. *p.* 1. *diſp.* 19. *nu.* 10. & Habitus non facit monachum
9 *dict. Cap. porrectum de Regularib.* Gloſ. *in Cap. tuarum, de privilegÿs.* Concil. Tridentin. *ſeſſ.* 14. *de reformat. cap.* 6.

10 Facit etiam pro hac parte auctoritas Pontificalis Romani reformati à Clemente, & Vrbano VIII. in quo nulla efficitur mentio de ornatu Cinguli Militaris; & poteſt etiã addi, quod nec rigore, & iuris ſubtilitate Cingulum actuale requirebatur, vt Miles privilegio Militari gauderet, nam cingendus de proximo habebatur pro Cincto *ex dict. l.* 11 *filius familias*. Ergo etiam in Ordine Militari Hieroſolymitano, licèt Eques in actu Profeſsionis, erroris, vel omiſsionis cauſa, Cingulo Militię non ſit decoratus, validam emittit Profeſsionem, cùm poſtea facilè poſsit cingi, & propriè huiuſmodi ſolemnitas videatur eſſe Cœremonialis, & ad diſtinguendos Milites à Capellanis, *quos inſignibus Militiæ decorare non oportet, nec conſuetum, nec ordinatum eſt*, vt ſunt verba ſtatuti *dicto num.* 2. & ita decrevit Rota 10. *Decembr.* 1646. *in cauſa Melevitana nullitatis Profeſsionis*, quam deciſionem ad literam tradit Lezana *dict. conſult.* 5. *num.* 68. *impreſſ. Lugdugn.* 1656. & Bordonus *dict. deciſ* 44. in controverſa Profeſsione Marchionis D. Petri Corſini, pro cuius nullitate ſcripſerunt Diana, & multi ex Doctoribus, & Patribus Italis, & pro validitate Lezana, & alij iam relati, qui latè hanc quęſtinonem deſcribunt

* * * * *
* * * *
* * *
* *
*

DIS-

DISCEPTATIO IV.

DE QVALITATE FRATRVM CAPELLANORVM, ET SERVIENTIVM, NECNON ET CONFRATRVM, ET MONIALIVM ORDINIS MILITARIS SANCTI IOANNIS HIEROSOLYMITANI.

CAPVT. I.

DE QVALITATE Capellanorum ad Profeſſionem in Ordine Hieroſolymitano requiſita.

SVMMARIVM.

Capellanorum Fratrum Ordinis Sancti Ioannis qualitates deſcribuntur. 1.

Officia vilia reddunt ea exercẽtes obſcuros. 2.

Artes Serviles, & Liberales quare dicantur, & quales ſint. 3. & 4.

Officium eſt iudicandum pro vili, quod communiter pro tali in ea Civitate, vel Provincia, in qua exercetur, reputari ſolet. 5.

Officia parentum ſupplentur in Capellanis Sancti Ioannis, ſi admittendus ſit Doctor, Licentiatus, aut Bachalaureus. 6.

Scientia nobilitat. 7.

Capellani Fratres admittuntur in Prioratibus, & Commendis, & non degunt in Monaſterio tempore Novitiatus. 8.

Literatus debet eſſe Frater Capellanus Ordinis Sancti Ioannis, vt ſit Parochus, & quarè. 9.

Scientia eſt mater virtutum, & ignorantia mater omnium errorũ. 10.

EQuitum Hieroſolymitanorum qualitatibus deſcriptis, ad ſecundam ſpeciem Fratrum, Capellanorum ſcilicet, deveniendo, de illis ſtatuta Ordinis *tit.* 2. *num.* 28. *cum ſeqq.* requirunt; quod puritate ſanguinis omnimoda ſint præditi; honeſtis parentibus nati; in liberalibus verſati officijs: requiritur etiam, quod nec ipſi, nec parentes exercitio vili, aut mechanico officio miniſtraverint. Mendo *de Ordinibus Militaribus diſquiſit.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 2. & 14. Rota apud Farinacium *deciſ.* 315. *lib.* 2. *deciſ. crim. num.* 7. 1

Ratio huius ſtatuti in qualitate excluſiva officiorum vilium eſt, ne Fratres Capellani ex infima plebe aſſumpti, contemptibiles, & parui 2

pretij vulgò habeantur: puritas enim ſanguinis eſt lapis angularis, & fundamentum totius nobilitatis, & puritati accedens liberalium artium illuſtratio, dignos reddit, vt in Fratres Capellanos admittantur ij, qui aliàs ſi mechanica officia exercuiſſent, in dedecus, & opprobrium Ordinis fuiſſet eorum acceptio; officia enim vilia reddunt ea
3 exercentes obſcuros. Gloſ. *in Auth. de teſtibus §. ſancimus collat. 7.* Ioannes Gutierrez *conſ. 31. nu. 11.* Et dicuntur Artes Serviles, quia liberos homines dedecent, ſicut Liberales, quia liberis hominibus digne ſunt. *l. 1. ff. de var. & extraordinar. cognit.* Tiraquellus *de nobilit. cap. 31. num. 409.*

4 Artes autem Viles, & Mechanicas explicant de iure patrio. *l. 3. tit. 14. part. 4. l. 3 tit. 1. lib. 6. Recopilat.* quę leges multa officia vilia enumerant: ſed cum exempla non arctent regulam, varia ſunt officia vilia, vt docent Caſaneus *in Catal. Glor. Mund. 11. p. conſiderat. 27.* Tiraquellus *de Nobilit. capit. 34.* Azevedus *in dict. l. 3. num. 3.* Verùm certius eſt, illud officium eſſe iudicandum pro vili, quod communiter pro tali in ea Civitate, vel Provincia in qua exercetur, reputari ſolet. *l. 1. §. 1. in fin. ff. de Munerib.*
5 ibi: *Cætera etiam per leges cuiuſcumque Civitatis ex conſuetudine longa intelligi potuerunt. l. fin. §. calendarij. ff. illo tit.* ibi: *Calendarij quoque curatio in aliqua Civitate inter honores non habetur.* Lucas de Penn. *in. l. maximarum. C. de excuſat. Muner. lib. 10.* Bartol. *in l. 1. C. de Dignitatib. eod. lib.* Tiraquellus *dict. cap. 34. num. 1.* Ioann. Gutierrez *dict. conſ. 31. num. 15.* Amaya *in. l. vnica. C. de infamibus lib. 10. num. 80.* Cephalus *conſ. 611. num. 29.* Craveta *conſ. 163. num. 2.* Alciatus *de præſumpt. reg. 1. præſ. 48. num. 12.* Paſchalis *de virib. patr. poteſt. p. 4. cap. 7. num. 49.* Stracha *de Mercatura part. 2. num. 18.* Fontanella *deciſ. 292. nu. 13.* Gaſp. Gutierrez *lib. 2. de las Artes Liberales cap. 8.* Moreno de Vargas *en la Nobleza de Eſpaña diſcurſ. 11. num. 3.*

Parentum autem requiſitum circa qualitatem officiorum ſuppleri 6
valet, ſi admittendus ſit Doctor, Licentiatus, aut Bachalaureus, in Theologia, Iure Pontificio, vel Cæſareo, aut Magiſter in Artibus, Mędo *diſquiſit. 3. quæſt. 1. nu. 14* quia ſcientia nobilitat. *l. providendum*, ibi: *Quos meritum nobiliſſimos facit. C. de poſtullando. l. 2. tit. 21. part. 2.* Gloſſ. *in cap. de multa de Præbend.* Tiraquell. *de Nobilit. cap. 5. num. 1.* Bobadilla *in Polit. lib. 1. cap. 4. num. 3.* Fontanella *tom. 2. de pact. nuptialib. clauſ. 7. gloſſ. 3. p. 15. num. 62. cum ſeqq.* Amaya *in. l. vnica. C. de Athletis lib. 10. num. 31.* Moreno de Vargas *vbi ſupra diſcurſ. 3. num. 6.* cui convenit Caſſiodorus *lib. 9. epiſt. 7.* cum inquit, *Doctrina facile exornat generoſum, quæ etiam ex obſcæno nobilem facit* 7

Non ſolùm autem recipiuntur 8
Fratres Capellani in Conventu Melitenſi, & in Hiſpania in Conventu Sanctæ Mariæ del Monte, qui eſt in Prioratu Caſtellę in Regno Toleti, ſed in omnibus Prioratibus, & Commendis. Cùm ergo in aliqua Eccleſia Commendę Ordinis deficit Parochus, aut Capellanus [qui communiter vocatur Prior] Commendatarius, ad quem Eccleſia pertinet, poteſt recipere Clericum Sacerdotem, qui Eccleſiæ inſerviat, præſentans illum Capitulo Provinciali, ſeu Aſſembleæ, ex cuius commiſſione examinatur, & poſtmodum informationes requiſitę ſiunt,

quibus

quibus approbatis ex eadem commiſsione ad Ordinem admittitur; ita diſponunt ſtatuta *dict. tit. 2. numer. 29. & 30.* & notat Mendo *diſquiſit. 3. quæſt. 1. num. 2.* vbi, quod hi Clerici Fratres deſignati à Commendatarijs non degunt in Monaſterio tempore Novitiatus, ſed ab ipſo Capitulo Provinciali, ſeu Aſſéblea deputatur illis pro Novitiatu obſequium Eccleſiæ, cuius ſervitio deſtinantur, & ibi exercentes munus ſuum, tranſigunt annum Novitiatus, & eo tranſacto Profeſsionẽ emittunt coram Religioſo ab ipſa Aſſembléa deputato.

9 Is autem Clericus, qui in Fratrẽ Capellanum, ſeu Parochum Eccleſiæ admittitur, debet eſſe literatus; cùm Dei Eccleſia literatis viris indigeat, quibus regatur, & ſuſtineatur. *Cap. ſuper ſpecula, de Præbend. Cap. cum ex eo, de elect. in 6.* per literatos quidem totus mundus illuminatur. *Cap. fin. de Magiſtr.* & Eccleſia ſemper amat ſapientes. *Cap. Epiſcopus 41. diſt.* & dicuntur in Eccleſia radij Solis, & Stellę *Auth. habita, & ibi Bald. num. 12. C. ne filius pro patre.* Et quemadmodum
10 ſcientia eſt mater virtutum, *Cap. præſentiam. 1. quæſt. 5.* ita ignorantia eſt mater omnium errorũ. *Cap. ignorantia. Cap. ſi in laicis 38. diſt. Cap. niſi cum pridem § pro defectu de renunciat.* latè Barboſa *de poteſt. Epiſcop. allegat. 47 per totam.* Gonçalez *in Regul 8. Chancell. gloſſ. 4. ex num. 4* Carolus Maranta *reſp. 55. ex num. 5. part. 4.*

CAPVT II.

DE QVALITATE Fratrum Servientium Ordinis Hieroſolymitani, & de Qualitate Confratrum, & Sororum.

SVMMARIVM.

SErvientium Fratrum Ordinis S. Ioannis qualitates deſcribuntur. 1.

Servientes Officij in Ordine Sãcti Ioannis admittuntur etiam in Commendis. 2.

Servientes Fratres Ordinis S. Ioannis non poſſunt admitti in Fratres Milites. 3.

Servientes Fratres Ordinis S. Ioannis ſunt verè Religioſi. 4. Et verberantes eos incurrunt excommunicationem. 5. Et gaudent privilegio fori. 6. Et Crucem lineam æqualis magnitudinis cum Militibus geſtant. 7.

Confratrum Ordinis S. Ioannis qualitates traduntur. 8.

Monialium Ordinis S. Ioannis deſcribuntur qualitates. 9.

DEſcriptis, quæ ad Equites, 1
ſeu Milites, & ad Capellanos attinent, ſequitur videre de tertia ſpecie Fratrum, Servientium ſcilicet, de quibus ſtatuta Ordinis *tit. 2. num. 18* requirunt ſanguinis puritatem, & quod ipſi, aut parentes eorum officia vilia, ſeu mechanica manibus proprijs non ſint operati, cum exceptione ibi: *Exceptis ijs, qui in re Militari, aut præclaris Ordinis noſtri obſequijs enituerit,*

tuerit, notat Mendo *de Ordinibus Militarib. diſq. 2. quæſt. 1. num. 14.* Et licèt Servientium ſtatus in duo dividatur, in Servientes Armorum, & Servientes Officij, vt ſupra *diſcept. 2. cap. 1.* quantum ad ſanguinis puritatem, & officia eorum, & parentum, nulla eſt differentia. Servientes autem Officij non ſolùm ad
2 mittuntur in Conventu, ſed etiam in Commendis, vt ſic continetur in ſtatuto *dict. tit. 2. nu. 29.* ibi: *Non liceat cuiquam Fratrum noſtrorum cuiuſcumq; conditionis exiſtat quẽpiam Fratrem Ordinis noſtri recipere, præter Fratres Capellanos, ſi deficerent in eorum Eccleſijs, vel Capellis, & Servientes Officij pro ſuis vel Commendarum, quas obtinent obſequijs, & ſervitijs.* De ipſis quoque prohibent ſtatuta ne poſsint fie
3 ri Milites, *num. 33* ibi: *Non convenit Religioſo ſtatum ſemel aſſumptũ immutare, & gradum ſuæ qualitatis pervertere. Prohibemus igitur, ne Frater Serviens, cuiuſvis conditionis fuerit, in Fratrem Militem admitti poſsit. Quod ſi á Principe ſæculari, aut alio, Militiæ inſignibus decoretur, nihilominus gradu, adminiſtratione, officio, & ſtipendio Fratris Servientis dumtaxat gaudere teneatur.*

4 De hac tertia ſpecie Fratrum Servientium egit Aloyſ. Riccius *in praxi fori Eccleſiaſtici reſol. 1.* vbi quod Fratres Servientes Ordinis S. Ioannis Hieroſolymitani ſunt verè Religioſi, quia emittunt tria vota, caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ. Idẽ Riccius *in praxi variar. reſol. 41. nu. 3.* vbi inter alia requiſita ad exẽptionem fori in Fratribus Servientibus Ordinis Hieroſolymitani petit profeſsionem Ioan. Bap. Thoro *in Compend. deciſ. p. 2. verb. Milites*, vbi ex Riccio *dict. reſolut. 1.* inquit:
5 Verberantes Religioſos D. Ioannis, vulgo *Fr. Serventi*, incidere in excommunicationem, quamquam dicat Maſtrill. *deciſ. Sicil. 209. num. 23* eos potiùs laicos eſſe, quia non recipiunt ſacros Ordines; quod certum non eſt, cùm tria vota Religionis 6
emittant, & fori privilegio gaudeãt. Maſull. ad Capyc. *deciſ. 109. num. 10* & Crucem lineam æqualis magnitudinis cum Militibus ſolent geſtare; 7
& ſic deciſum fuit á Rota *in Melevitana die Veneris 15. Decembr. 1634 apud Paulum Rubeum 1. p. deciſ. 317.*

Confratres Ordinis Hieroſolymitani portantes mediam Crucem 8
albam, quam vocant *Tau*, qui ſtatutis Ordinis Donati quoque appellã tur, vt admittantur in Ordine, debent probare, natalibus honeſtis eſſe procreatos, & à Iudæis, Saracenis aut Mahumetanis non ducere originem, probè ac nó flagitioſè ſemper vixiſſe, nullam per ſe ipſos exercuiſſe Artem ſordidam, aut mechanicã; & præterea tenentur aliquam partẽ bonorum ſuorum ipſi Ordini offerre, & admiſſos ſignum Donatorum veſtibus inſutum publicè deferre. Ita ſtatuta *tit. 2. num. 30. cum ſeqq.* notant Petrus Gregorius *lib. 15. ſyntagmat. cap. 34. num. 8.* Mendo *de Ordinib. Militarib. diſq. 2. quæſt. 1. num. 14.*

De Monialium, ſive Sororum Or 9
dinis receptione requirunt ſtatuta, quòd ſint honeſtæ vitę, ex legitimo matrimonio, & nobilibus parentibus natæ, & quòd in Monaſterijs habitent. Ita *dict. tit. 2. num. 26. & 27* Petrus Gregorius *dict. cap. 34. num. 5.* Sed in his qualitatibus maximè legitimationis, & nobilitatis gentilitiæ rigoroſæ in Sororibus, ſive Monialibus facilè diſpenſatur: & cognoſco aliquas in Conventu Sanctæ Eliſabeth huius Ciuitatis, quæ naturales ſunt, & non legitimæ, nec fuerunt

runt diſpenſatæ : quia ſtatutum in hoc Conventu non eſt in vſu,& eſſe alia exemplaria mihi affirmarunt, cùm in receptione vnius dubitaré. De Monialibus Ordinis, & de earũ Monaſterijs tractatur infra *diſcept.* 14. *cap.* 3. *ex num.* 18. *vſque ad* 34. & de Confratribus *diſcept.* 13. *cap.* 2. *ex num.* 23. *cum ſeqq.*

DISCEPTATIO V.

DE INFORMATIONIBVS CANDIDATORVM ORDINIS MILITARIS SANCTI IOANNIS HIEROSOLYMITANI.

CAPVT I.

DE LOCIS VBI FIERI debent informationes, & quibus approbatio earum pertineat.

SVMMARIVM.

INformationes generis candidati fieri debent in limitibus Prioratus, in quo recipi poſtulavit. 1.

Originarij melius ſciunt inquiſiti qualitates. 2.

Initium rei ſequendũ eſt ad eius qualitates verificandas. 3.

Informationes poſſunt fieri in locis convicinis origini. 4.

Informationes poſſunt fieri in Curijs Principum, tanquam Patrijs communibus, de ſpeciali gratia, & indulto. 5.

Informationes ad Habitus Militares Sancti Iacobi, Calatravæ, & Alcantaræ fiebant in Curia Hiſpana, & per Actus Poſitivos, quæ revocata ſunt Pragmatica ſanctione. 6.

Nobilitas localis non ſufficit ad Habitum S. Ioannis. 7.

Informationes fieri debent à deputatis à Priore, & Aſſemblea, & ab eis debent approbari. 8.

Gratia admiſsionis ad Habitum Sancti Ioannis pertinet ad Magnum Magiſtrum, & Conventum, vel de commiſsione ad Aſſembleas. 9.

Fratres Capellani, & Servientes in Militum receptionibus Suffragia præſtant. 10.

Appellatio ad Rotam ob denegationẽ Habitus quando ſit admittenda, & de Remiſſoria ad probandum concedenda. 11.

Gratia Habitus Sancti Ioannis à Summis Pontificibus concedi ſolet, & ſic admiſſi ad ſolutionem Paſſagij tenentur. 12.

Fratres Hieroſolymitani de gratia ad Ordinem, & Habitum admiſſi non aſcendunt ad Dignitatem, neque Suffragia præſtant. 13.

Petunt

1 PEtunt Ordinis ſtatuta informationes generis Candidati fieri debere in limitibus Prioratus, in quo recipi poſtulavit, & obſervari alias qualitates, quæ referuntur *tit. 2. num. 19. 20 & 21.* ibi: *Qui Ordinem noſtrum ingreſſurus eſt, probabit ſe eſſe natum in illius Linguæ, aut Prioratus limitibus, in quo ſe recipi poſtulavit: poſtremò teneantur, qui Habitum noſtrum ſuſcipere volent, facere coram delegatis, & deputatis à Priore, & Capitulo Provinciali, ſeu Aſſemblea probationes ad receptionem ſuam per ſtatuta noſtra ordinatas, eaſque ſic factas in ipſo Capitulo, vel Aſſemblea inſpiciendas, & legendas, comprobandas, aut reprobandas exhibere. Tum demum ſolemnibus omnibus ſupradictorum inſtrumentis ad nos in Conventum mittantur. Etenim prohibemus, ne qui Frater Miles eſſe velit, Habitu noſtro extra Conventum induatur.*

2 Quæ ſtatuta in prima parte originem ad faciendas informationes denotant; quæ omnino fieri debent in limitibus Linguę, & Prioratus vbi ingreſſurus eſt, probando ſe ibi eſſe natum; & ratio originis quærendę eſt, quia originarij melius ſciunt inquiſiti qualitates, vt *in l. 1 §. flumen ff. de fluminibus. Cap. quoſdam, de præſumptionib.* Et quia cuiuſque rei initium ſequendum eſt ad eius
3 qualitates verificandas, vt hæc, & multa ad propoſitum tradit Eſcobar *de puritate ſanguinis. 1 part. quæſt. 6. §. 3.* Et in hunc ſenſum intelligit ſtatutum Rota apud Farinacium *tom. 2. deciſ. 315. num. 10.* ibi: *Non obſtant teſtes deponentes ſuper impuritate reſpectu Donnæ Iſabellæ de publica voce, & fama, quia aliqui fuerunt examinati extra locum originis contra ſtatuta Religionis.*

Sed cùm hęc ſtatuta quantum ad informationes in origine faciendas non ſint clara, ſolùm enim dicunt, probare debere Candidatum natum eſſe in illius Linguæ, aut Prioratus limitibus, in quo ſe recipi poſtulauit poterunt fortaſis admitti probationes in alijs locis, maximè in circumvicinis origini, in defectum notitię, quæ propter multas cauſas, & temporis accidentia poteſt ibi deficere. Hieronymus Garcia *in Polit. Regul. tom. 1. trat. 2. dif. 7. dud. vltim. n. 2.* ibi: *Lo ſegundo ſe puede dudar, q̃ ha de hazer el informante, quando en el lugar del nouicio no halla teſtigos, que ſepan lo que pregunta? Reſpondo que debe hazer diligencia por los lugares circunvezinos, a ver ſi la hallara.* 4

Poſſunt etiam fieri de ſpeciali gratia, & indulto informationes in Curijs Regum, & Capitibus Regnorum; vt in Vrbe Romana, Mantua Carpentana, & ſimilibus, quia Patriæ communes dicuntur. *l. relegatus. 19 ff. de interdictis, & relegatis. l. Roma ff. ad Municip.* cũ multis Amaya *in l. 1. C. de Incolis, libr. 10. num. 78.* & ita vidi practicari in Habitu, & receptione nobilis D. Gaſparis de Alcocer Hiſpalenſis anno 1620. cuius informationes factæ fuerunt Romæ: ſed hoc exemplum procedit in receptione Habitus vir tute gratiæ, & Bullæ conceſſæ à Paulo V. ad ſupplicationem dicti Don Gaſparis. Et idem ſervabitur in informationibus, quæ fiebant in Habitibus Sancti Iacobi, Calatravæ, & Alcantaræ; nam in Curia Hiſpana, 6 vt communi Patria, teſtes examinabantur, & per Actus Poſitivos ſine informatione Candidati admittebãtur; quod revocatum fuit à Rege noſtro Philippo IV. & revocata nũc eſt Pragmatica ſanctio de Actibus Poſitivis admittendis, quæ extat *in l. 35.* 5

l.35.36.& 37.titulo 7.libr.1.Recopilat.

7 Quæ dicta de informationibus candidati in Patrijs communibus, vt fieri poſsint, ſuadentur; quia ad admiſsionem Habitus Sancti Ioannis nõ ſufficit nobilitas localis, ita vt ſolùm in loco originis nobilitate potiatur, ſed quòd Candidatus omnibus in Regnis,& Prouincij ſit habitus,&reputatus pro nobili. Beltraminus *in addit.ad Greg.XV.dec.* 322.*nu.*13.vbi ait fuiſſe deciſum *in vna Commenſ.Habitus coram Marchemontio* 22.*Iunij* 1609.*&* 4.*Martij* 1611.*impreſ.p.*1.*recenſ.dec.*297. Rota apud Buratum *deciſ.*42.

8 In ſecunda autem parte prædicta ſtatuta deſignant informationes fieri debere à delegatis, & deputatis á Priore,& Capitulo, qui *Informantes* vulgò vocantur; & approbari à Concilijs, ſeu Aſſembleis,& tunc remitti ad Magnum Magiſtrum, &
9 Conventum; quia gratia admiſsionis pertinet ad illum,vel de eius cõmiſsione ad Aſſembleas. Mendo *de Ordinib.Militarib.diſq.*2.*quæſt.*4 *num.*2. Et in Conventu non ſolùm Milites, ſed Fratres Capellani, & Servientes,in Nobilitatis probationibus, Militumque receptionibus, Suffragia præſtant, vt deciſum eſt à
10 Rota *coram Buccabella deciſ.* 13. *apud Paulum Rubeum tom.*3.*noviſſim.* ex diſpoſitione ſtatuti *in tit.*7. *de Concilio nu.*27.vbi cavetur quòd omnes Fratres debeant in gratijs convenire,& ſic etiam Fratres Capellani,& Servientes cenſentur cõprehenſi, propter dictionem illam vniverſalem [omnes] ac etiam ſtatuto deſumpto ex Bibliotheca Vaticana à ſuo originali Gallico idiomate conſcripto, diſponente,quòd cõſenſus Fratrum accedere debeat in Militum receptione: Fratrum autem appellatione cõprehenduntur, qui profeſsionẽ in dicta Religione emiſerunt,& ſic etiam Fratres Capellani,& Servientes Armorum, vt patet ex ſtatuto *t.t. de verb ſignif. num.*1.

Si autem Cõventus, & Magiſter 11
denegaverint Habitum, non poteſt appellari â denegatione; quia admiſsio,vel denegatio pertinet ad facultatem,& gratiam Conventus,& Magiſtri. Rota *deciſ.*101.*diuerſ.ſacr. Palat.par.*3. vbi quòd denegata admiſsione in Militem non poteſt à Magno Magiſtro appellari ad Rotã, niſi propter abnegatam iuſtitiam; vt ſi admiſſus ad faciendas informationes ante concluſionem eijceretur,Coccinus *deciſ.*215.*nu.*14.& de Remiſſorijs concedendis ad probationẽ in Habitibus S.Ioannis Rojas *deciſ.*129.*&* 148.vbi loquitur in caſu cuiuſdam Equitis ex familia de Simonetis in Italia. Buratus *deciſ.* 42.*&* 313. Rota coram Panzirolo *deciſ.*167.& coram Veroſpio *deciſ.* 551 & corã Ottembergo *deciſ.*283. *tom.*4 *recenſ.per Paulum Rubeum.* Cavaller. *deciſ.*68. Rojas *deciſ.*50. Ex quibus patet,à denegatione Habitus iam facilè appellari ad Rotam cauſaſque huiuſmodi in Rota ventilari.

Solent etiam fieri gratiæ ad præ- 12
dicto, Habitus obtinendos à Summis Pontificibus,vt ſupponitur in ſtatutis *tit. de communi Ærario, num.*16.ibi: *Declaramus, quòd qui auctoritate Summorum Pontificũ Ordinem noſtrum profeſſi fuerint ad ſolutionem Paſſagij, ſicut cæteri Fratres teneantur.*

Sed de gratia recepti, neque aſ- 13
cendunt ad Dignitates, neque in electionibus,aut alijs actibus Suffragia præſtant, ex ſtatuto *titul. de electione num.* 4.

CAPVT II.

DE DEPOSITIONIBVS teſtium in Informationibus Candidatorum: & de admiſſis contra formam Statutorum.

SVMMARIVM.

TEſtes ſub culpa lethali tenẽtur deponere, quæ ſciunt de qualitatibus Candidati, de quibus fuerint interrogati. 1.

Teſtes non poſſunt vti æquivocatione, ſeu amphibologia. 2.

Teſtes defectum occultum Candidati poſſunt etiam cum iuramento celare. 3.

Defectus occultus, vt à teſtibus celari poſsit, quando dicatur. 4.

Teſtes in Informationibus Candidatorum debent concludere poſitivè. 5.

Teſtibus paucis deponentibus pro macula, & multis pro puritate, quibus ſit ſtandum. 6.

Teſtes pauciores de ſingulari caſu deponentes præferuntur multis, qui cum generalitate in favorem inquiſiti pro eius puritate teſtantur. 7.

Teſtium depoſitiones coadiuvantur ex Inſtrumentis, & Actibus Poſitivis conſanguineorum inquiſiti. 8.

Actus Poſitivi non admittuntur in vim abſolutæ probationis ad Habitum Sancti Ioannis conſequendum. 9.

Admiſſorum ad Ordinem S. Ioannis contra formam Statutorum pœnæ. 10.

Profeſsio ignobilis in gradu Equitum in Ordine Hieroſolymitano tranſacto quinquennio tenet. 10.

VARIA ſe offerunt notabilia circa teſtium depoſitiones in Informationibus Cãdidatorum, quę cùm laté à Doctoribus ſint ſcripta, remiſsivè tantùm in hoc capite aliqua proponuntur. Et in primis cùm huiuſmodi depoſitiones ſint iuratæ, vt certum omnino animadvertendum eſt, ſub culpa lethali teneri teſtes deponere, quæ ſciũt de puritate, nobilitate, & cœteris qualitatibus Candidati, de quibus fuerint interrogati: vterque enim reus eſt, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit. *Cap. 1. de crim. falſ. l. 42. tit. 16 p. 3. l. 1. tit. 7. part. 7.* Quod adeò eſt verum, vt teſtis non poſsit vti æquivocatione ſeu amphibologia, cùm hæc dirigatur ad dolum, & fallaciam. Thomas Sanchez *in ſumma lib. 3. cap. 7. n. 1.* Diana *part. 2. tract. 15. reſol. 25.* Mẽdo *de Ordinib. Militarib. diſquiſ. 3 quæſt. 3. num. 28.* 1 2

Sed ſi defectus ſit occultus, & in exiſtimatione communi quis puri ſanguinis, aut etiam nobilis qualitate affectus cenſeatur, poteſt teſtis etiam cum iuramento defectum celare; quia licèt defectum ſciat, cum macula ſit occulta, & honor conſiſtat in opinione communi, non debet eum diffamare. Divus Thomas *2. 2. quæſt. 70. art. 1.* in quo conveniunt tam Theologi, quàm Iuriſperiti, in vnum omnes relati ab Eſcobar *de puritate ſanguinis. 1 p. quæſ. 9. §. 1. num. 4.* vbi pro hac concluſione refert quindecim Theologos, & ſeptem Iuriſperitos, quibus addi poſſunt Ioannes Sanchez *in ſelectis diſp. 46. num. 17.* Cardinalis Lugo *de iuſt. & iure tom. 2. diſp. 39. ſect. 2* 3

per

per totam. Hieronimus Garcia *in Politica Regul.1.tom.trat.2.dif.7. dud 4.num.8* Mendo *dict.quæſt.3. num.30. & 31.*

4 Tunc autem labes, aut defectus eſt occultus,& celari poteſt à teſte; primo,quando novit per confeſsionem;ſecundò,ſi ſciret per ſecretum naturale, vel conſilium communicatum; tertio,ſi ipſe ſolus ſciat,& eius depoſitio vnica præciſè debet eſſe; quarto,quando macula probari nequit plenariè;&Candidatus,& eius parentes ſunt in cõtraria poſſeſsione; quinto,quando ex depoſitione ſequitur teſti periculum in vita,honore,vel maiore parte bonorũ; ſexto,quando defectum audiuit teſtis ab inimicis,vel à perſonis non fidedignis: & in alijs ſimilibus caſibus, in quibus rectè iuravit teſtis,ſe neſcire quidquam,intelligendo tacitè ſe neſcire eo modo, vt teneatur patefacere. Garcia *dict. nu.8.* Mendo *num.32.* Læſſius *de iuſt.& iur.lib.2 cap.29 dub.3 num.109.* Eſcobar latiſsimè *dict.§.1.*

5 Depoſitiones autem teſtium debent eſſe, & concludere poſitivè, quòd Candidatus, & eius parentes ſunt Chriſtiani veteres,ſic communiter habiti,& reputati,nulla macula,aut labe infecti. Nec ſufficit quod concludant per verba negativa, dicendo,non deſcendere à Iudeis,vel Mahumetanis,vt contra Valençuela *conſ.90. à num.39.* tradit Eſcobar *1.part quæſt.4 §.3.ex num.54.cum ſeqq.* licèt opinio Valençuelæ probabilis etiam ſit, cùm in ſubſtantia teſtes,qui deponunt, nõ deſcendere inquiſitum à genere maculato, & infecto, pro puritate deponunt; & magis debet imputari ſimilis forma in depoſitionibus ei,qui eas ſcripſit, quàm teſtibus, qui ſi interrogarentur verbis poſitivis,poſitivè etiam reſponderent; & ideo nullum ferè diſcrimen inter vnam, & alteram formam deponendi, quoad mentẽ deponentium poteſt conſiderari: nec iuris ſubtilitates attendendæ ſunt,ſed depoſitiones,quę in ſubſtãtia non differunt,conciliandæ. *Cap. cum tu, de teſtibus.*

Sed quid erit obſervandum, ſi ali 6
qui ex teſtibus deponunt eſſe maculatum Candidatum,multi vero in contrarium pro eius puritate teſtantur, quæſtio eſt controverſa; nam Perez de Lara *lib.1.de Capellanijs, cap.4 à nu.60.* tradit, quod pauciores teſtes circa generis maculam deponentes præferuntur pluribus alijs puritatem aſſerentibus,ex conſuetudine obſervata in omnibus Tribunalibus, & Communitatibus. Contrarium acerrimè defendit Gevallos *quæſt.900. à num.84.* vbi quod danda eſt fides multis pro puritate, & non paucioribus,qui contra puritatem deponunt, quem ſequitur latè D.Thomas Carleval *de iudic.tom 2 tit.6.diſp.3.à num.19.& 22.* vbi fundamentis Peretij reſpondet,& eum reprobat ſimiliter Caſtillo *tomo.6. controverſ.cap.123.nu.17.* ſed opinionem Larę ſequuntur Farinacius *de teſtib.quæſt.65.à num.128.* Cardinalis Thuſcus *litera T.conclu.260 num16* latè diſſerit Eſcobar *2 par. quæſt.9.§.3.qui a num.32.* & deinceps inquit,quod ſi teſtes de macula deponentes non reddunt rationem,ſed tantùm dicunt de fama, & multi alij de contraria fama teſtantur,attendenda eſt qualitas teſtium & an fama ſit generalis, vel de caſu aliquo ſpeciali nõ multum antiquo; 7
nam teſtes pauciores de ſingulari caſu deponentes præferuntur multis, qui cum generalitate in favorem inquiſiti pro eius puritate teſtantur. Ita Alexander *conſ.150.n.17.lib.5.*

Garcia *vbi ſupr. duda* 4. *nu.* 5. Cùm autem probatio omnis ſit arbitraria, cenſeo, in hoc regulam certam dari non poſſe, quia arbitrium ex circunſtantijs, quæ ſe obtulerint, & ex qualitate teſtium, nec non partibus Candidati, poterit variare, admittendo, vel repellendo eum, conſideratis conſiderandis. In dubio tamen pro inquiſito ſtandum eſſe, ne diffametur, benè probant Valençuela *conſ.* 92 *ex nu.* 215. *cum ſeqq.* Caſtillo *dicto cap.* 123. *num.* 17.

8 Depoſitiones autem teſtium favore puritatis maximè coadiuvantur ex Inſtrumentis, & Actibus Poſitivis conſanguineorum inquiſiti, vt in terminis Habitus Hieroſolymitani eſt optima Rotæ deciſio, apud Farinacium 315. *lib.* 2. *deciſ. crim.* vbi concluſum, & reſolutum fuit pro puritate Candidati, ex eo, quod eius pater fuit Advocatus huius Sanctæ Inquiſitionis Hiſpalenſis, & Habitu Capellanorum in eodem Ordine decoratus. Si ergo inquiſitus fratres, vel parentes habet inſignijs Militaribus aliarum Militiarum decoratos, ſtandum eſt paucioribus teſtibus pro eius puritate, licèt de fama contraria multi deponant, vt in caſu Deciſionis, in quo pro macula contra inquiſitum erant aliquæ depoſitiones. Coccinus *dec.* 68. *num.* 11. & 13. Seraphin. *deciſ.* 207. *num.* 4. Rota *deciſ.* 283. *tom.* 4. *recenſ. apud Rubeum num.* 2.

9 Actus autem Poſitivi, licèt fidem multam faciant, & rem conſtituãt notoriam, non admittuntur in vim abſolutæ probationis, quia ex diverſis Tribunalibus originem ducunt, & quemadmodum Habitus Hieroſolymitanus in noſtro Regno apud Concilium Ordinum non eſt ſufficiens ad alteros huius Regni Habitus Militares conſequendos, nec Senatus admitteret Actum Poſitivum iſtius Ordinis, niſi Rex noſter aliud præciperet. Mendo *diſquiſ.* 17. *quæſt.* 4. *num.* 42. Quia licèt ſit valdè honorificus, non expeditur in ipſo Senatu Ordinum, nec in Tribunali Regis noſtri: eodem modo Habitus Militaris Sancti Iacobi, Calatravæ, & Alcantaræ, non admittuntur in Aſſemblea, vt Actus Poſitivi, nec poſſunt admitti, ſed in vim probationis ad coadiuvandas Informationes, quæ fieri debent, & ad Magnũ Magiſtrum remitti, vt iam dictum eſt.

Si tamen contra ſtatutorũ formã 10
Fratres admittantur in Ordine, ſtatutum eſt, vt ſi ſit Miles, redigatur in Fratrem Servientem Armorum: ſi Capellanus, in Fratrẽ Obedientiæ: ſi Frater Serviens Armorum, in Fratrem Officij; & redduntur inhabiles ad Commendas, & bona Ordinis obtinẽda. Poſt quinquenium tamen nulli poteſt ſuper ſtatu, & gradu quæſtio moveri. Ita decidunt ſtatuta *tit.* 2. *num.* 24. & 25. notant Mendo *diſquiſ.* 3. *quæſt.* 1. *numer.* 7. Lezana *conſulto.* 5. *num.* 38. & 44. 11
Vnde tranſacto quinquenio profeſſio ignobilis in gradu Militum valida erit, licèt contrarium velit Bordonus *reſol.* 100. *num.* 24. & *de Profeſſione Regulari cap.* 18. *num.* 126.

**

DIS-

DISCEPTATIO VI.

DE PROFESSIONE FRATRVM RELIGIONIS HIEROSOLYMITANÆ: ET AN SINT PROPRIE RELIGIOSI, VEL LATO MODO RELIGIOSI DICANTVR.

CAPVT I.

DE PROFESSIONE Fratrum Religionis Hieroſolymitanæ; & de eius effectibus.

SVMMARIVM.

FOrma admiſsionis ad Profeſsionem in Ordine Sancti Ioannis deſcribitur. 1.

Profeſſionis in Ordine S. Ioannis verba referuntur. 2.

Cæremoniæ Profeſſionis traduntur remiſsiuè. 3.

Profeſsionem ſolemnẽ conſtituũt vota tria, obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis. 4.

Profeſſus cum debitis diſpoſitionibus conſequitur indulgentiam plenariam. 5.

Profeſsione vota realia, & perſonalia reſervata commutantur, & extinguuntur. 6.

Profeſsione tollitur irregularitas, quæ provenit ex defectu natalium. 7.

Profeſsione transfertur dominium in Religionem. 8.

Profeſsione oritur vinculum indiſſolubile Regulari 9.

Profeſsione diſſolvitur matrimonium ratum. 10.

Profeſsione amittuntur Beneficia ſæcularia. 11.

QVi infirmorum obſequio, ac fidei Catholicæ tuitioni ſub Habitu Regulari Ordinis Hieroſolymitani aſcribere cupiũt, hac norma formaque ad Profeſsionem devotè admittuntur, referunt ſtatuta *tit.* 2. *num.* 1. & deinceps: qui profeſſurus eſt, ſciat novum hominem ſe induere. Igitur labem omnis iniquitatis abijciens, confeſsionem de more Eccleſiæ Sacerdoti humiliter peragat, ſicque mundus, & vitijs purgatus, cum veſte longa ſæculari, ſolutaque [vt ſe liberum oſtẽdat, qui ſuavi laqueo vinctus erit] reverenter genibus flexis ante Altare ſe præſentet, ardentẽ cæreum manibus tenens (vt charitatem ſignificet, quæ amor eſt igneus] Miſſamque audiat, Euchariſtiamq; ſuſcipiat: & ante ſuſcipientem Fratrẽ 1

ea, reuerentia constitutus, humiliter ab eo petat, se ad Fratrem, & sacræ Religionis Hospitalis Hierusalem consortiũ, comitiumque admitti. Tunc Frater suscipiens, discretis, & deuotis verbis, petentis propositum roboret, docens quàm salubre, quàm præclarum existat, pauperibus Christi seruire, ac misericordię opera exequi, & fidei obsequio, ac tuitioni se ascribere. Demùm de Religionis obedientia, & seueritate eum doceat, qua non priuatos appetitus ipsum sequi licet: quinimo superioris arbitrio viuere oporter, propria abnegata voluntate. Qui si quandoque quidpiam agere voluerit, aliud obedientiæ vinculo perficere compelletur: quo peracto interrogetur professurus, si hoc compiere paratus sit. Si se paratum esse respondet: vlterius interrogetur: si alterius Religionis vota emiserit, si nuptias contraxit, & matrimonium per carnalẽ copulam consummauit, si alicui personę graui debitò sit adstrictus, vel si servus alicui adscriptus; nam si aliquid horum post votorum emissionem commisisse, aut esse comperiretur, tunc ei, cui aliquo modorum prædictorum esset adstrictus, Habitu Religionis ablato, cum sua ignominia, tanquàm fidei semel datæ transgressor restitueretur. Si præmissa negauerit, & se liberum affirmauerit, tunc Frater recipiens Missale exhibitum apponat, quo aperto ambas manus iunctas professurus super sacra literas apponat: sicque Fratre recipiente interrogante, & qui recipitur respondẽte profiteatur in hæc

2 verba: *Ego N. voueo & promitto Deo omnipotenti, Beatæque Mariæ semper Virgini Deigenitrici, ac sancto Ioanni Baptistæ, perpetuò, cum Dei auxilio, seruare veram obedientiam cuicumque Superiori, qui à Deo, & Religione nostra mihi dabitur, amplius viuere sine proprio, & castitatem servare.* Et prosequitur statutum designans formam, & cæremonias professionis, quæ facilè ibi videri possũt, & in Cæremoniali Ordinis, & Hispano sermone scripsetunt Micheli *en el Tesoro Militar de Caualleria fol.* 43. Fr. D. Ioannes 3
Augustinus de Funes *in Coronica lib.* 1. *Cap.* 4. Paulus Clascar *in libro dicto, el glorioso Triunfo de la sagrada Religion Militar de san Iuan lib.* 1. *Cap.* 1. *fol.* 6. Marchio de Tarifa *en el viaje de Ierusalem, cap.* 2. *fol.* 113. & hanc professionis formam ad literam tradidere Petrus Gregorius *lib.* 15. *syntagm. cap.* 34. *num.* 1. Narbona, *in. l.* 8. *tit.* 5. *lib.* 1. *Recopilat. glos. vnica num.* 9. Azor *instit. Moral p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 5. *fol.* 1611. Bonacina *tom.* 1. *tract. de obligat. Beneficiariorum disput.* 4. *puncto.* 3. *num.* 24. Alexander Sperellus *decis.* 21. *num.* 11.

Continet ergo hęc Professionis 4
norma tria vota essentialia status religiosi, obedientiam, paupertatẽ, & castitatem, quæ constituunt Professionem solemnem, vt decidit Innocentius III. *in Cap. cum ad Monasterium, de statu Monachorum in fine.* Concil. Tridentin. *sess.* 25. *de Regular. cap.* 1. Sanctus Thomas 2. 2. *quæst.* 186. *artic.* 2. & 3. de quibus infra sigillatim tribus Disceptationibus sequentibus dicetur.

Ex Professione autem valida, & 5
solemni, aliqui dantur effectus, communes omnibus Religionibus, quos latè tradunt Pellizarius *in Manuali Regular. tom.* 1. *tract.* 3. *cap.* 4. Hieronymus Garcia *in Polit. Regul. tom.* 1. *trat.* 3. *dif.* 3. Virginius Alviset *de Privilegijs Regularium sect.* 2. *cap.* 2. *per totum.* Bordonus *de Professione Regulari capit.* 20. Nam si fiat cum debitis dispositionibus, consequitur professus indulgentiam

gentiam plenariã. Sanctus Thomas 2. 2. *quæſt.* 189. *artic.* 2. *ad* 3. Suarez *de Relig. lib.* 6. *cap.* 13. *num.* 4. Thomas Sanchez *lib* 5. *Decalog. cap.* 5. *num* 2. Machado *in perfecto Confeſſario lib.* 5. *par.* 1. *tra.* 3. *do-*
6 *cum.* 10. *num* 1. Item per Profeſſionem vota realia, & perſonalia reſervata commutantur, & extinguuntur. *Cap. ſcripturæ de voto.* Suarez *lib.* 6 *cap.* 14 *num.* 10. Sanchez. *d. cap.* 5. *num.* 38. Et irregularitas, quæ
7 provenit ex defectu natalium. *Cap.* 1. *de filijs Præsbiterorum.* Et tranſfertur per Profeſſionem dominium
8 in Religionem. *Auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Et ex Profeſſione oritur vinculum indiſſolubile Regulari, vt nullo modo vivens poſ-
9 ſit diſſolvere. *Cap. conſuliſti. Cap. ex parte. Cap. fin. de Regularib.* Alij etiam effectus oriuntur ex Profeſſione, vt diſſolutio Matrimonij
10 Rati. Concil. Tridentin. *ſeſſ.* 24. *cap.* 4. amiſſio Beneficiorum ſæcularium.
11 *Cap Beneficium, de Regularib. lib.* 6. & alij, qui alijs locis notantur in hoc opere.

CAPVT II.

VTRVM FRATRES Hieroſolymitani ſint propriè Religioſi, vel lato modo: & an gaudeant Privilegio Canonis, & quando Regularium nomine comprehendantur.

SVMMARIVM.

HIeroſolymitanos non eſſe proprie Religioſos, ſed lato modo tenent aliqui. 1. *contra.* 4.

Sanguinem humanum effundere non poſſunt Clerici, aut Religioſi. 2.

Textus de Religione S. Ioannis loquentes referuntur. 3.

Militare exercicium convenit ſtatui religioſo. 5.

Leo Papa exivit cum populo ad pugnam contra Infideles. 6

Religio quælibet perfecta eſt. 7.

Hieroſolymitani Habitum deſerentes ſunt apoſtatæ. 8.

Hieroſolymitani potiuntur privilegio Canonis. 9.

Novitij Hieroſolymitani gaudẽt privilegio Canonis. 10.

Religioſorum appellatione veniunt Novitij in favorabilibus. 11.

Hieroſolymitani comprehenduntur in decreto Concilij Tridentini ſeſſ. 25. *cap.* 15. *de Ætate ad Profeſſionem, & anno Novitiatus; & in ſeſſ.* 25. *c.* 16. *de Regul.* 12. & 13.

Hieroſolymitani comprehenduntur in decreto Concilij ſeſſ. 25. *cap.* 19. *de quinquenio ad reclamandam Profeſſionem.* 14.

Hieroſolymitani comprehenduntur in decreto ſeſſ. 25. *cap.* 5 *quo prohibentur Regularibus acceſſus ad Monaſteria Monialium.* 15.

Hieroſolymitani comprehenduntur in decretis Concilij, etiam vbi de ijs non fit expreſſa mentio. 16.

Hieroſolymitani in odioſis Regularium nomine non comprehenduntur. 17.

Hieroſolymitani non comprehenduntur in Motu Pij V. de aſsiſtentibus ſpectaculis agitationis Taurorum. 18.

Hieroſolymitani non comprehenduntur in Motu Clementis VIII. de largitione munerum. 19.

Hieroſolymitani non comprehenduntur in decreto Concilij ſeſſ. 23. *cap.* 18. *de contributione pro ſeminario.* 20.

Hieroſo-

Hieroſolymitani non comprehenduntur in decreto ſeſſ. 6. cap. 3. delinquentibus extra claustra. 21.

1 NOn eſſe propriè Religioſos Fratres Hieroſolymitanos, ſed lato modo, ſcripſerunt Abb. *in Rubr. de Regul. numer. 4.* Innocent. *in Cap. in noſtra, de Sepultur.* Iacob. de Graffis *tom. 1. lib. 3. conſ. 11. num. 14. de Regul.* Mandoſius *in Reg. 3. Chancell. q. 11. nu. 3.* Gonçalez *in Reg. 8. Chancell. gloſſ. 8. num. 57. & 65.* Cabedo *de Patron Reg. Coran. cap. 15. numer. 16. & 18.* Tallada *de Viſit. Carcer. cap. 11. num. 3.* Sarmiento *de redd. Eccleſ. lib. 4 q. 1. num. 13.* Silveſter *in ſumm. verb. Religio. 1. q. 1. verb. Tertium Hoſpitalarij.* Angelus, & Armilla *ibid. verb. Religio. num. 1.* Cæſ. de Graff. *deciſ. 1. num. 11. de probat.* Rota *deciſ. 591. p. 1. diverſ.* cum alijs relatis à Sperello *deciſ. 21. num. 2.* & probabilem opinionem eſſe affirmat Marcus Vidal *in Arca Theolog. Moral. tit. de Iudice inquiſit. 4. num. 24.*

2 Fundamentum huius opinionis eſt, quod officium ordinatum ad irregularitatem opponitur Religioni, at pugnandi munus, quod eſt inſtitutum horum Equitum, dirigitur ad pugnam, & mortem, & vulnera inferenda infidelibus, & conſequẽter ad irregularitatem; Clerici autem, & Religioſi humanum ſanguinem non poſſunt effundere iuxta illud *Paralipom. lib. 1. cap. 22.* ibi: *Factus eſt Sermo Domini ad me dicens, multum ſanguinem effudiſti, & plurima bella bellaſti, non poteris ædificare Domum nomini meo tanto effuſo ſanguine coram me.* Addunt quoque non ſervari ſtrictè vota eſſentialia Religionis, ſed latè ſecundùm conſuetudinem Ordinis, quæ in obſervatione votorum admiſſit latitudinem congruentem ſtatui Militari. Et proprium retinẽt Hieroſolymitani, quod oppoſitum eſt Religioni. *Cap. cum ad Monaſterium, de ſtatu Monach.*

Sed his non obſtantibus, contra- 3
ria eſt certa, & veriſſima opinio, quia hi Fratres emittunt tria eſſentialia vota in manibus Prælati in Religione Militari approbata, & confirmata à Sede Apoſtolica; de qua plures expeditæ ſunt Bullæ ab initio Ordinis, & in omnibus ſemper Religionis nomine à Summis Pontificibus hic Ordo nominatur, vt in Bullis Innocentij VIIJ. Clement. VII. Sixti V. & Gregorij XIV. in verbis relatis ſupra *Diſcept. 1. cap. 3. num. 25.* & in Bulla Pij IV. *Kalend. Iulij. 1560. fol. 9.* verb. *Et quod Præsbiteri, qui in dicta Religione,* & in alijs, quas ad intentum notat Chacheranus *deciſ. 27. num. 17. & 18.* Et de hac Religione loquuntur etiam textus *in Cap. ex part. 10. Cap. dudum de Decimis, Cap. tuarum. Cap. patentibus. Cap. plantare. Cap. dilecti. Cap. porro, de Privilegijs. Cap. licèt, de Regularib. Cap. Canonica, de ſententia excommunicat. Cap. vxoratus, de converſ. coniugat. Cap. cum deputati, de Iudicijs. Cap. in noſtra, de Sepulturis. Cap. cum ſæculum, de iure Patronatus. Extravag. exhibita de Privileg.* Gloſſ. *verb. Perſolvãt in cap. 1. de verb. ſignif. lib. 6.* Concil. Tridentin. *ſeſſ. 24. de reform. capit. 11.* in quibus iuribus ſub verbis, *Religio, Ordo, Religioſi, & Fratres,* à Summis Pontificibus nominantur Hieroſolymitani. Et idem de iure Hiſpano probatur *ex. l. 14. tit. 5. lib. 3. Recop.* ibi: *De San Iuan, o de otro algun Religioſo*, nam dictio illa *otro*, eſt repetitiva ſimilium. Baldus *in. l. conventiculam. C. de Epiſcop. & Cleric.*

Et ita

4 Et ita probant omnes ſcriptores tàm Iuriſperiti, quàm Theologi, Gloſſ. *in cap. quiſquis* 17. *quæſt* 4. Ioan. Andr. *in Rubr. de Regul.* Felin. *in cap.* 2. *num.* 8. *de foro compet.* Petr. Gregor. *lib.* 15. *ſyntagm. cap.* 34 Cilan. *in Catal. Glor. Mund.* 9. *p. conſid.* 4. Ducãs. *reg.* 100. *ampl.* 5. Lambert. *de iur Patron.* 1. *p. lib* 2 *q* 7. *art.* 5. *&* 7. Menchaca *illuſtr. cap.* 105. *num.* 49 *cum ſeqq.* Menoch. *de Arbitr. caſ.* 54. *nu.* 16. *&* 17. *& conſ.* 54 *nu.* 17. *lib.* 1. Avendaño *in cap.* 26. *Præſt. num.* 11. *lib.* 2. Azeved. *in l.* 14. *num.* 1 *&* 2. *tit.* 5. *lib.* 3 *Recop.* Flores de Mena *lib.* 2 *var. q.* 21. *num.* 204. Gutier. *de Gabell. lib.* 7. *q.* 95. *num.* 11. Bobadilla *tom.* 1. *Polit. cap.* 19. *num.* 11. Bolañ. *in Cur. Philip.* 3. *p. §.* 1. *nu.* 13. Narbona *in l.* 8. *tit.* 5. *lib.* 1. *Recop. gloſ. vnic. num.* 6. Petr. Barb. *in Rubr.* 2. *p. num* 82. *ff. ſol. matr.* Cevallos *de cognit. per viam violent. q.* 149. Addentes ad Molinam *de Primogen. lib.* 2. *ca.* 9. *n.* 69. Thuſc. *lit. H concl.* 107. *num.* 1. Ioan. Novar. *in prax. variat. for. ſect.* 1. *q* 37. *& in* 3. *impreſ. ſect.* 2. *quæſt.* 69. Theſaur. Iun. *quæſt. forenſ lib* 1. *q.* 18. *num* 3. Acac. Ripol *var. reſol. cap.* 1. *num.* 378. Thoro *in Compẽd. verb. Milites p.* 2. Carol. Maranta *reſp* 6 *p.* 2 *& reſp.* 3 *p* 4 *ex num.* 35. *& reſp.* 71. *ex num.* 2. *p.* 5. *& reſp.* 89. *per tot.* Stephan. Durant. *quæſt. iur. q.* 6. Antonius Faber *in ſuo Cod. lib* 6 *tit.* 22. *diffin.* 33. Decianus. 1. *tom. crim lib.* 4. *cap.* 9. *nu.* 39. *& reſp.* 51. *ex num* 9. *vol.* 3. Gratianus *tom.* 5. *Diſcept. forenſ. cap* 880. *num* 1. *&* 263. *num.* 20. *&* 457. *num.* 23. *&* 24. Carol. de Tapia *in Auth. ingreſſi, verb. Monaſteria, cap.* 34. Riccius *in prax. p.* 4. *reſol.* 170. *& collect.* 216. Moneta *de conſervat. cap.* 10. *num.* 387. Campanil. *in diverſ. iur. Can. Rubr.* 12. *capit.* 16. *num.* 44. Theod. de Rubeis *in ſing. Rotæ, verb. Hieroſolymitani Milites, tom.* 2. Nicol. Garcia *de Benef. p.* 1. *cap.* 4. *num.* 15. Lotterius *de re Benef. lib.* 1. *q* 36. *num* 30. Tondutus *reſol. legal. vol.* 2. *p.* 3. *cap.* 132. Barbola *de iur Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 26. *& in collect. deciſ. Apoſtol.* 314. *num.* 32. *& in tract. de appellat. verb. ſignif. app.* 233. *num.* 6. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 64. *num.* 2. Maſtrill. *de Magiſtrat. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 35. *&* 36. Solorzan. *de iur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 5. *num* 17. *& in Polit. Ind. lib.* 3. *cap.* 6. Graſſis *de effectib. Cleric. eff.* 1. *num.* 109. Cenedo *de paup. Relig. dub.* 60 *nu.* 12. Tamburin. *de iur. Abbat. tom.* 2. *diſp.* 19 *q.* 5. *in fin.* Gaſp. Klokius *de contribut. cap.* 14. *num.* 80. Vivianus *de iur. Patron. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 14. Thom. Delbene *de immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap* 1. *dub.* 11. *ſect.* 1. Marta *de iuriſd.* 4 *p caſ.* 113. *ex num.* 7. Anſaldus *eod. tract. p.* 3. *tit. vnic. cap.* 3. *num* 46. Carleval *de iudicijs lib.* 1. *tit.* 1. *diſp* 2. *num* 415. Molfeſ. *conſ.* 33. Anna *ſingul.* 207. Rimin. Iun. *conſ* 527. *nu* 23. *&* 24. Mar. Giurba *conſ.* 48. *num.* 1. Colla *conſ.* 42 *vol.* 1. Ioan. Franc. de Ponte *conſ.* 14. Rovitus *conſ.* 96. Mohedan. *deciſ.* 10. Cæſ. de Graff. *deciſ.* 47. *num.* 12. Franchis *deciſ.* 479. *num.* 4. *&* 5. Villaguta *deciſ* 34 *numer.* 15. Chacheran. *deciſ.* 27. Rota *diverſ. deciſ.* 591. *num.* 5. *part.* 1. *& deciſ.* 333. *num.* 1 *Recenſ.* Puteus *deciſ.* 392. *lib.* 1. Vivius *deciſ.* 446. *num.* 3. Farinac. *deciſ.* 203. *vol.* 2. *crim. & deciſ.* 76. *civil. part.* 2. *& conſ.* 197. *num.* 10. Gregor. XV. *deciſ.* 87. *num.* 7. Maſtrill. *deciſ.* 290. *num.* 32. *p.* 3. Duran. *deciſ.* 308. *num.* 1. *p.* 2. Maynard. *deciſ.* 17 *p.* 1. San Felic. *deciſ.* 251. *p.* 2. Buratus *deciſ.* 2. *num.* 11 *&* 20. Poſtius *deciſ.* 326. *num.* 4. Alexand. Sperell. *deciſ.* 21.

num. 8. Arag. *in D. Thom. 2. 2. q. 88. artic. 11. ad vltim.* Soto *de iuſt. & iur. lib. 7. q. 5. art. 3. verſ. ex his.* Navarr. *lib. 3. de Regul. conſ. 12. numer. 1.* Azor *inſtit. Mor. p. 1. lib. 13. cap. 3.* Eman. Roderic. *quæſt. Regul. tom. 1. q. 1. art. 6. pag. 9.* Hieron. Roderic. *in Comp. quæſt. Reg. reſol. 28. num. 20.* Corduba *in ſumm. q. 148. & 278. in fin.* Molina *de iuſt. & iur. tract. 2. diſput. 141. verſ. Ad motum.* Rebell. *de obligat. iuſt. lib. 3. q. 4. de matr. imped. p. 2. ſect. 2. col. 2.* Sayrus *deciſ. 26. tit. de Regul.* Azpilcueta *conſ. 3. lib. 3. de converſ. coniugat. tom. 1.* Suarez *tom. 4. de Relig. lib. 1. tract. 9. ca. 4.* Thom. Sanch. *in ſumm. tom. 1. lib. 2. cap. 19. num. 11.* Bonacina *tom. 1. tract. de obligat. Benef. diſp. 4. pun. 2. nu. 24.* Bartholom. á Santo Fauſto *in Teſ. Relig. lib. 5. q. 10.* Pontius *in tract. de imped. matr. cauſ. 27. q. 7. § 4.* Naldus *in ſumm. verb. matrimonium, num. 43.* Lezana *in ſumm. Reg. tom. 2. cap. 5. num. 5. & in Conſult. Appanag. dub. 3. nu. 61.* Machado *in Perf. Conf. tom. 2. lib. 5. p. 4. trat. 3. doc. 1. num. 1. & doc. 6. num. 4.* Ioan. Sanchez *in ſelect. diſput. 49. num. 10.* Thomas Hurtado *de congrua, tom. 2. lib. 6. reſol. 11. ex num. 1203.* Mendo *de Ordin. Milit. diſq. 1. q. 5. num. 121. & in Bull. Cruciat. diſp. 26. cap. 12.* Gallego *in ead. Bull. cap. 9. claſ. 9. p. 3. dub. 160.* Turrian. *in conſ. Theol. cent. 3. dub. 18.* Texeda *in controv. Theol. Moral. tom. 1. lib. 1. tract. 1. contr. 2. num. 5.* Leander de Sacramento *tom. 3. tract. 4. diſp. 14. q. 120.* Pellizar. *in Man. Reg. tom. 1. tract. 1. capit. 3. num. 30.* Eſcobar de Mendoça *in Theol. Mor. lib. 7. ſect. 2. capit. 44. prob. 91. num. 736.* Diana. *p. 11. tract. 4. reſol. 32.* Vbi temerarium eſſe exiſtimat aliter ſentire, & quod non debebat Pater Vidal contrariã ſententiam probabilem vocare, & auctores, quos pro ſe citat, vel loquuntur de alijs Religionibus Militaribus, vel non viderunt tot Bullas Pontificum, declarationes Cardinalium, & Rotæ deciſiones, quæ poſtea prodierunt, vel non ſunt audiendi, cum loquantur contra torrentem Doctorum, & qui contra omnes loquitur non benè loquitur. Hieronym. Garcia *in Polit. Relig. tract. 1. dif. 5. dud. 4. punt. 2. num. 7.* Bordonus *in conſ. Regul. tom. 2. reſol. 54. num. 16. & de Profeſſione Regulari cap. 1. num. 49.* Paſqualigus *in quæſt. Moral. cent. 2. q. 156. num. 3.* Paulus Claſcar Ordinis Prędicatorum *in libro dicto el glorioſo Triunfo de la Religion de San Iuan part. 1 cap. 1. fol. 3.* Et alij, qui paſſim in hoc opere referuntur, omnes enim, qui quæſtiones Iuridicas, vel Theologicas ad hos Milites attingentes ſcribunt, eos eſſe propriè Religioſos fatentur, id tanquam indubitatum, & certum ſupponentes.

5 Neque obſtat inſtitutum pugnãdi pro Fide ſtatui Religioſo, quia cùm bellum ſit licitum, & in honorem Dei, & Chriſtiani Orbis, exercitium hoc benè convenit ſtatui religioſo. S. Thomas 2. 2. *quæſt. 188. artic. 3.* cum enim militant pro Fide Chriſtiana, permiſſum eſt eis à Pontifice Maximo effundere humanum ſanguinem, vt dicebat Menochius *conſ. 54. num. 35.* cum Baldo *conſ. 539. in fin. lib. 5.* & probat textus *in Cap. igitur 23. quæſt. 8.* vbi ait Leo Papa, ſe exiviſſe cum Populo ad pugnam contra Infideles, vbi annotavit Gloſſ. Clericos, & Sacris 6 additos pugnare poſſe contra Infideles; vt pugnarunt contra Mauros in Hiſpania plures Epiſcopi, & Prælati, quos laudant Yepes *en la Hiſtoria de San Benito tom. 5. cent. 6. an-*

no

no Domini 1010. Araujo *in* 2. 2. *D. Thom. q.* 40. *art.* 2. *num.* 7 Diana *part.* 10. *tract.* 2. *reſol.* 5. Caſtell. *tom.* 7. *de Tertijs cap.* 9. *num.* 48. Et votum ad Bellum ſacrum, & pro Fide, & Religione pugnandum eſt valdè meritorium, antiquiſſimum, & reſervatum Sedi Apoſtolicæ. *Capit. ex multa. Cap poſtulasti de voto.* Et benè etiam adaptantur ad inſtitutum Militare vota tria eſſentialia Religionis, vt ſcriptum eſt ſupra *Diſcept.* 1. *cap* 3 *num.* 20.

7 Neque latitudo in obſervatione votorum quidquam detrahit eſſentiæ ſtatus Religioſi, nàm in Republica Chriſtiana, & Eccleſia Militanti Religionum varietas, quę datur, dirigitur ad faciliorem expeditionem fidelium, ex quibus vni ſtrictiorem, & vitæ contemplativę, alij laxiorem, & vitæ activæ, admittunt Religionem; quælibet autem Religio in ſe perfecta eſt: & in Militaribus poſſunt Equites virtutis perfectionem obtinere per media in ſuis Ordinibus ſtabilita, vt conſiderant Mendo *de Ordinib. Militarib. diſquiſit.* 3 *num.* 170. Sperell. *deciſ.* 2. *num.* 60 & 61. Vndè Milites Hieroſolymitani cum tria vota eſſentialia Religionis profitentur, ſervando ea iuxta Regulam, & ſtatuta, necnon conſuetudinem, quæ admittunt latitudinem congruentem ſtatui Militari, veri Religioſi ſunt. Nec habent proprietatem bonorum, ſed vſum, vt infra *Diſcept.* 9. continetur.

8 Et vt tales Religioſi ſi deſerant Habitum, ſunt Apoſtatæ, ſicut alteri Regulares, Diana *part.* 3. *tract.* 2. *de dubijs Regularibus reſol.* 30. *verſ. Tertio.* Mota *in Reg. S. Iacobi lib.* 2. *cap.* 1. §. 6. *num.* 5. Garcia *in Polit. Regul. tom.* 1. *tract.* 5. *dif.* 5. *dud* 3. *punct.* 2. *num.* 15. Et incidunt in excommunicationem, vt ſupra *Diſcept.* 1. *cap* 3 *numer.* 36. continetur.

Et potiuntur privilegio Canonis 9
ſi quis ſuadente, ſicut omnes Regulares. *Cap. Canonica* 50. *de ſent. excommunicat.* Gloſſ. *in Cap. quiſquis* 17. *q.* 4. Paulus Claſcar *in Triumpho Religionis par.* 1. *cap.* 1. *fol.* 6. Azor *Inſtit. Moral. p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 3. *q.* 4. Rodericus *tom.* 1. *quæſt. Regul. q.* 1. *art.* 6. Molina *de iuſt. & iur. tom.* 4. *tract.* 3. *diſp.* 50. *num.* 5. Navarr. *lib.* 3. *conſ.* 13. *de Regular.* Thomas Sanchez *in ſumm. lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 11. Bonacina *tom.* 3. *tract. de cenſuris diſp.* 1. *q.* 16. *ſect.* 1 *punct.* 3. *num.* 16. Portel *in Dubijs Regularibus, verb. Manus violentæ nu.* 7. Machado *in Perfect. Conf. lib.* 5. *p.* 4. *tra.* 2. *doc.* 1. *num.* 3. Pellizar. *in Man. Reg. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 6. *numer.* 148. Lezana *tom.* 2 *cap.* 5 *num.* 38. Garcia *dict. punct.* 2. *numer.* 8. Diana *par.* 3. *tract.* 2 *reſol.* 30 *verſ. Quarto, & par.* 10. *tract.* 12. *reſol.* 1. *verſ. ex quibus.* Mendo *diſq* 3 *q.* 8. *num.* 67. Barboſa *de iur. Eccleſ lib.* 1. *cap.* 39 §. 1. *num.* 24. Carolus de Graffi *de effect. Cler. off.* 1. *nu.* 109. Riccius *collect.* 216. Gratianus *tom.* 3. *Diſcept forenſ. cap* 457. *num.* 28. *& tom.* 5 *cap.* 880. *num.* 3. Cevallos *de las fuerzas quæſt.* 149. *num.* 19. Vivianus *de iure Patron. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 206. Novarius *de elect. fori ſect.* 2 *q.* 69. *nu.* 21. *in* 3. *impreſ.* Villaguta *deciſ.* 50. Sperellus *deciſ.* 21. *per totam.* Quod adeò procedit, vt notorius percuſor Equitis Hieroſolymitani propter excommunicationem incurſam vitandus ſit, vt contra aliquos benè probat Diana *part.* 10. *tract.* 14. *reſol* 9.

Extenditur autem hęc reſolutio 10
ad Novitios Hieroſolymitanos, qui eodem privilegio Canonis gaudent. *Cap. religioſo, de ſententi. excommunicat. in* 6. Lezana vbi ſupra

*num.*38. cum multis Garcia *num.*8. Sperellus *num.* 18. & 19. Mendo *num.*65. D. Laurentius Mattheu *de regimine Regni Valentiæ tom.* 2. *cap.*7. §.4. *num.*47. Nam appellatione religioſorum in favorabilibus ve
11 niunt Novitij. Novar. *quæſt.*92. *num.* 5. Gambacurte *de immunit. Eccleſ.lib.*7. *cap.*12. *num.*13. Morote *in Patrocinio Ordinis de Alcãtara, concl.*2. *fol.*34. Et gaudent privilegio fori, de quo infra *Diſcept.*13. *cap.*3.

12 Similiter vt veri Religioſi comprehenduntur Hieroſolymitani in multis decretis Concilij Tridentini de Regularibus loquentibus, vt *in Cap.*15. *ſeſſ.*25. *de Regular.* deciſum referunt Armendariz, & triginta Doctores relati ſupra *Diſcept.*3. *cap.*9. *num.*7. & 9.

13 Et in decreto *ſeſſ.*25. *cap.*16. *de Regularib.* de ſolemnitate renunciationis intra duos menſes profeſſionis, Riccius *in praxi fori Eccleſ. reſol.*357. *p.*3. Novarius *de elect. fori ſect.*2. *quæſt.*69. *num.*13. *impreſſ.ann.* 1656. Carolus Maranta *reſp.*3. *part.*4. *num.*38. & *per totum.*

14 Et in alio decreto eiuſdem *ſeſſionis* 25. *cap.*19. vbi cavetur, ne quis religioſus obtendens ſe per vim aut metum, aut ante debitam ætatem profeſſionem emiſiſſe, aut quid ſimile, audiatur, niſi intra quin quenium reclamaverit; deciſum dicunt Gonça'ez *in Regul.*8. *Chancell.gloſſ.*8. *num.*62. Armendariz *in addit. ad Recop. leg. Navar. lib.*2. *tit.*18. *l.*7. *de relig. num.*51. Flaminius Pariſius *de reſign. Benef. lib.*6. *q.*2. *num.*120. Narbona *in l.*8. *tit.* 5. *lib.*1. *Recop gloſ. vnic. num.*15. Carol. Maranta *tom.*2. *reſp.*6. & *p.* 4. *reſp.*4. *num.*42. & 43. Novarius *dict. quæſt.*69. *num.*6. Sperellus *deciſ.*21. *num.*54. Barbola *de Poteſt. Epiſcop. p.*3. *allegat.*104. *num.*8. & *de appellat. verb. ſign. app.* 233. *numer.*13. & *in ſumm. deciſ. Apoſtol. collect.*314. *num.*16. & *de iur. Eccleſ. lib.*3. *cap.*7. *num.*43. Mendo *diſq.*1. *q.*5. *num.*121. Garcia *in Polit. Reg. p.*1. *trat.*3. *dif.*4. *dud.*3. *punt.*4. *num.*23. Lezana *tom.*2. *cap.* 5. *num.*18. Et pro Marchione Petro Corſino, qui ob metum profeſſionem emiſit in Ordine Hieroſolymitano emanavit Deciſio *coram D. Tarracon. die lunæ* 13. *Ianuarij* 1653. & eſt extenſa apud Bordonum *poſt tractatum de profeſſione Regulari deciſ.*45.

Et in decreto, quo prohibetur 15
Regularibus acceſſus ad Monaſteria Monialium ad colloquendum cum eis *ſeſſ.*25. *cap.*5. vbi Barboſa *num.*114. qui in tractatu *de iur. Eccleſ.lib.*1. *cap.*44. *num.*157. affert declarationem ſacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, *& in dict. collect.*314. *num.*16. Mẽdo vbi ſupra *num.*121. Lezana *dict. cap.*5. *num.*17. Sperell. *numer.*57. Novarius *dict. quæſt.* 69. *num.*16. Pellizarius *in Man. Regul. tom.*1. *tract.*6. *cap.*6. *num.*14. Campanili *in diverſ. iur. Canon Rubr.*12. *capit.*16. *num.*43. Thomas Delben *de immunit. Eccleſ. p.*2. *cap.*19. *dub.* 71. *num.*9.

Et generaliter comprehendi in 16
decretis Concilij de Regularibus, etiam vbi de eis non fit expreſſa mentio, declaravit ſacra Congregatio Concilij, cuius meminit Maranta *tom.*3. *reſp.*9. *num.*57. Barboſa *dict. collect.*314. *num.*4. Sperell. *dict. deciſ.*21. *num.*14. Polidor. Ripa *obſervat.*185. Novar. *in Lucerna Regul. verb. Milites num.*9. & alij ex ſupra relatis.

Verùm hæc comprehenſio ſolũ 17
procedit in favorabilibus, & non in odioſis, vbi Regularium nomine

non

non comprehenduntur, Aragon. 2. 2. *quæst.* 88. *artic.* 1. *ad vltim.* Rodericus *quæst. Regular. tom.* 1. *quæst.* 1. *artic.* 6. Azor *instit. Moral. p.* 1. *lib.* 13. *ca.* 4 *vers. Quarto quæritur* Militares quippè sub Regularium nomine in odiosis non comprehendi docent Po tel *in Dub. Regul. quæst.* 1. *artic.* 6. Thomas Sanch z *in summ. lib.* 4. *cap.* 19. *numer.* 23. Et aliquas declarationes, quibus Militares excipiantur ab odiosis affert Farinac. *in decis. Trident. vol* 4. Barbosa *in collect. cap.* 15 *sess.* 25. Mendo *de Ordinib. Milit. disq.* 11. *q.* 4. *num.* 80. Campanil. *in diversitur. Can. Rubr.* 12. *capit.* 16. *num.* 44. Moneta *de conservatorib. cap.* 10. *num.* 392. Machado *in Perf. Conf. tom.* 2. *lib.* 5. *p.* 4. *trat.* 2. *doc.* 6. *num.* 2. *in fine.* Lezana *dict. cap.* 5. *num.* 17. Anfaldus *de iurisdictione part.* 3. *tit. vnic. cap.* 8. *num.* 60. qui ferè omnes de nostris Hierosolymitanis loquuntur specificè. Idque declaratum esse in Capitulo Generali Ordinis 15. *Octobris* 1543. refert Fr. D. Augustinus de Funes *in Coronica Religionis* 2. *p. lib.* 3. *cap.* 2 *in fine.*

18 Vndè non comprehenduntur in Motu Pij V. quo inflixit excommunicationis censuras contra personas Ecclesiasticas, sive regulares, sive seculares, assistentes spectaculis agitationis Taurorum; qui revocatus fuit à Gregorio XIII. auferente censuras, & pœnas contra personas seculares, & contra Milites Equestrium Ordinum, dum non essent sacris Ordinibus initiati, nihil innovante respectu aliorum. Lezana *dict. cap.* 5. *num.* 18. *& consulto* 11. *num.* 6. Garcia *in Polit Reg. trat.* 1. *dif.* 5. *dud.* 4. *punct.* 2. *nu.* 15. Azor *dict. lib.* 13. *ca.* 4. *vers. Quarto quæritur.* Mendo *disquisit.* 9. *quæst.* 7. *num.* 15. Vbi non solum Equitibus, sed Fratribus Capellanis assistentiam ad spectacula Taurorum licere per tolerantiam affirmat.

Non comprehenduntur etiam 19
in Motu Clementis VIII. quo prohibuit, ne munera largiantur Regulares, & Religiosos excipit Militiam profitentes, Azor, Lezana, & Garcia in locis vbi supra; Diana. *p.* 10. *tract.* 12. *&* 2. Misel. *resol.* 1. *vers. Ex quibus.* Pellizarius *in Man. Regul. tom.* 1. *tract* 6. *cap.* 9. *nu.* 16. Sperellus *dict. decis.* 21. *num.* 56.

Nec comprehenduntur in decre 20
to de contributione pro Seminario Concil Trident. *sess.* 23. *capit.* 18. vbi Barbosa *num.* 34. *&* 35. Sell. *in select. Canonic. cap.* 10. *num.* 20. Gó çalez *in Regul.* 8. *Chancell. gloss.* 8. *num.* 53. Rodericus *quæst. Regul. tom.* 1. *q.* 1. *art.* 6. *num.* 1. Lezana *dict. consulto* 11. *num.* 6. Sperellus *num.* 55.

Nec comprehenduntur *in sess.* 21
6. *cap.* 3. eiusdem Concilij de delinquentibus extra claustra. Azor *Instit. Moral.* 1. *p lib.* 14. *cap.* 4. *q.* 39. Moneta *de conservatoribus iudicibus cap.* 10. *num.* 393. Lezana *tom.* 2. *Regul. cap.* 5. *num.* 18. Carolus Marant. *resp.* 80. *part.* 4. *ex numer.* 30. *& part.* 5. *resp.* 86. *num.* 10. qui articulus examinatur infra *Discept.* 13. *cap.* 11.

* * * * * * *
* * * * * *
* * * * *
* * * *
* * *
* *
*

CAPVT III.

DE EO, QVI EMISIT Votum Religionis in communi, an ſatisfaciat, ſi Religionẽ Hieroſolymitanam ingrediatur: & de Voto ſpeciali huius Ordinis an ſit reſervatum.

SVMMARIVM.

VOtum Religionis emittens ſatisfacit, ſi Hieroſolymitanam ingrediatur. 1. & 2.

Votum ingrediendi Ordinem S. Ioannis eſt reſervatum Pontifici, & in eo non poteſt Epiſcopus diſpenſare. 3.

Votum Religionis D. Iacobi, Calatravæ, & Alcantaræ commutari poteſt virtute Bullæ Cruciatæ. 4.

Coniux, qui poſt conſumatum matrimonium vult ingredi Religionẽ an adimpleat Habitum Hieroſolymitanum ſuſcipiens. 5.

Religioſus diſpenſatus ad tranſitum alterius Ordinis non poteſt in gradu Equitum in Ordine Sancti Ioannis admitti. 6.

Religioſus profeſſus in Religione incapaci bonorum, & diſpenſatus ad Ordinem Hieroſolymitanũ non recuperat bona eius, quæ venientibus ab inteſtato fuerunt delata. 7.

Legatum relictum ſub conditione, ſi efficiatur Religioſus, conſequitur ſi fiat Eques Melitenſis. 8.

1 EX eo quod in favorabilibus Regularium nomine Hieroſolymitani contineantur, tanquam veri Religioſi, vt dictum eſt ſupra. *Cap. anteced. nu.* 17. ſequitur, quod ſi quis emiſit Votum Religionis in communi, ſatisfacit, ſi Habitum divi Ioannis ſuſcipiat, niſi aliud cũ vouerit, expreſſerit. Cum dicti Equites ſint verè, abſolutè, & ſimpliciter Religioſi, & Regularium nomine in favorabilibus contineantur. Aragon *in* 2. 2. *quæſt.* 88. *art.* 11. Azor *Inſtit. Moral. tom.* 2. *lib.* 13. *cap.* 4. *q.* 4. Rodericus *in* 2. *tom. ſumm. cap.* 95 *nu.* 8. Sayrus *in clau. regia lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 10. Cenedo *de paup. relig. dub.* 10. *num.* 6. Suarez *tom.* 3. *de relig. lib.* 4. *cap.* 2. *numer.* 15. Fernandez *in examine Theolog. Moral. p.* 3. *cap.* 7. §. 18. *num.* 10. Regius *in reſolut. caſuum conſcient caſu* 53. *num.* 15. Baſilius Pontius *de impedim. matrim. cauſa* 27. *q.* 2. §. 4. Diana *p.* 1. *tract.* 16. *reſol.* 36. Lezana *tom.* 2. *Regul. cap.* 5. *num* 44. Hieronym. Garcia *in Polit. Regul. tom.* 1. *tr at.* 4 *diffic.* 5. *dud.* 4 *punt.* 2. *num.* 16. Barboſa *de iure Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 7. *nu.* 30. Mendo *de Ordinib. Milit. diſq.* 3. *quæſt.* 14. *num.* 145. Trullenc. *lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 18. *nu.* 3. Candidus *tom.* 2. *diſquiſit.* 25. *art.* 14. *dub.* 2. Zacharias Paſqualigus *deciſ.* 433. *num.* 3. Thomas Hurtado *de congrua tom.* 2 *lib.* 6. *reſol.* 2. *num.* 1502. Novarius *de elect. fori ſect.* 2. *quæſ.* 69. *numer.* 5. *in* 3. *impreſſ. ann.* 1656.

Et licèt contrarium teneant Thomas Sanchez *in ſumma tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 16. *nu.* 12. Corduba *in ſumm. quæſt.* 148. Portel *in addit. ad dubia Regularia verb. Religioſus, numer.* 4. Bartholomeus à Sancto Fauſto *in Theſaur Relig. lib.* 1. *q.* 157. *num.* 3. Secchius *in praxi novitior. diſput.* 10. *dub.* 2. *num.* 4. Pellizarius *in Man. Regul. tom.* 1. *tract.* 4. *cap.* 1. *num.* 42. Alexander Sperellus *deciſ.* 21. 2

ciſ.21.num.62. Ex eo quod regulariter, qui vovit Religionem, intendit ſtatum viventium in communi aſſumere, alienum à tumultu, & pōpa, & rebus ſæcularibus; tamen prima opinio communior eſt, quia cum ſit verè, & propriè Religio Hieroſolymitana, in qua tria vota eſſentialia dantur, quod hæc ſervētur aliqua latitudine iuxta ſtatuta, & conſuetudinem nihil detrahit Religioni: at vovens non eſt aſtrictus aſperiorem, & arctiorem Religionem ſuſcipere.

3 Quod etiā ſuadetur ex eo, quod Votum ingrediendi Ordinem Sancti Ioannis eſt reſervatum Pontifici, & in eo non poteſt Epiſcopus diſpenſare, quia eſt abſolutæ caſtitatis. Mendo *dict.num.145. & in Bull.Cruciat.diſp.26.num.27.* Gallego *in ead.Bull. cap.9 clauſ.9.p.3 dub.160.* Thomas Hurtado *vbi ſupra num.1506.* Ioannes de Soria *in epilogo ſumm p.2 tract.1 ſect.4. diſp.2.§ circa commutationem*, vbi quod poteſt commutari virtute Bullæ Votum Religionis D. Iacobi, Calatravæ, & Alcantaræ, quia ſub opinione eſt, an ſit reſervatum; minimè tamen Votum Melitenſis: quia iſti Equites ſunt verè Religioſi, taliter vt per profeſſionem dirimatur matrimonium ratum. Vndè cum Votum huius Religionis ſit reſervatum, vt Votum Religionum mendicantium, ſequitur inde, quod qui vouit ſtatum Religioſum aſſumere, ſatisfacit ſi Religionem Hieroſolymitanā ingrediatur. Candidus *tom.2.diſquiſit.25. artic.14. dub.1.* Tamburinus *tom.2. de iure Abbat.diſp.19.q.8.num.24.* qui etiam reſoluunt, Votum Religionis Melitenſis non poſſe virtute iubilei commutari.

4

5 A qua tamen reſolutione in opinione aliquorum Doctorum excipiendus erit caſus coniugum, qui poſt conſumatum matrimonium volunt ingredi Religionem, quia non adimpletur vnus Hieroſolymitanum Habitum ſuſcipiens, cum maneat in ſæculo. Vt colligitur *ex Cap. vxoratus, de converſ.coniugat.* Bartholomeus à Santo Fauſto *in Theſaur. relig.lib.5.q.58.* Garcia *vbi ſupra num.16.* Gutierrez *de Matrimonio cap.95.num.5.* Thomas Sanchez *de matrim.lib.7.diſp.32.num.4* licèt contrarium probabiliter teneant. Baſilius *de matrim.lib.9.capit.12. num.3.* Diana *part.4 tract.4.reſol. 73.verſ.Non deſinam.* Pellizarius *in Man.Reg.tom.1.tract.2.cap.4 numer.21.* Quæ opinio certè probabilis eſt, & abſque dubio admittenda ſi vxoratus ſuſcipiat Habitum in gradu Fratrum Clericorum, quia de licentia vxoris poſſe admitti deciſum eſt *in dict. Cap. vxoratus* ab Alexand. IIJ. ibi: *Vxoratus ſine licentia vxoris inter vos nullatenus recipiatur.* Loquiturque de Fratribus Capellanis ibi Pontifex, quia vt conſtat in ſuperſcriptione textus, epiſtola illa decretalis ſcripta fuit *Priori, & Fratribus Sancti Ioannis*: ſi vero loqueretur de Militibus, ſcripta fuiſſet Magiſtro, & non Priori, qui ſolùm præeſt Capellanis, & non Militibus, quorum reſpectu nullam iuriſdictionem habet nec ſuperioritatem. Quæ nota, quia à nemine quem viderim, ſcripta ſunt.

Quæ noviſſima reſolutio probatur etiam ex ſimili caſu Mendicantis non ordinati diſpenſati ad tranſitum alterius Ordinis, qui licèt poſſit Habitum S. Ioannis ſuſcipere, non tamen poteſt in gradu, ſeu ſpecie Equitum admitti, ſed in gradu clauſtralium, ſeu Fratrum Capellanorum. Candidus *tom. 2. diſquiſit.25. artic.14. dub.3.* Addition. 6

Na-

Navarri *tom.1.consil.lib.3.de Regularib.conſ.58.num.1.* Garcia *in Polit.vbi ſupr.trat.2. dificult.1. dud.7.punt.1.num.8.* vbi quod ita declaravit Congregatio ſuper negotijs Regularium, & quod eſt praxis Pœnitentiariæ.

7 In prædicto tamen caſu ſi profeſſus fuit in Religione incapaci bonorum, cuius profeſsione bona eius venientibus ab inteſtato fuerunt delata, & auctoritate Apoſtolica ad Religionem Hieroſolymitanam transferatur: an poſsit ipſe, vel Religio ex eius perſona bona recuperare? fuit iam dubitatum, & reſo utum favore hæredum: quia diſpenſatio non retrotrahitur in tertij præiudicium. Bartol. *in tract. Minor. lib.4. diſtinct.3.ca.2.* Bald. *in Auth. ingreſſi.C.de ſacroſ. Eccleſ.nu.64.* Federicus de Senis *conſ.26.num.1.* Nata *conſ.180.num.4.* Tapia *in.d. Auth.ingreſſi,cap.6.num* 34. latè Rota per Buratum *deciſ.579. num.1.& 2.* confirmata *deciſ.857.* & declarationem ſacræ Congregationis affert Ferentilus ad Buratum *deciſ. 756.num.26.* & apud Bordonum *poſt tractatum de profeſſione Regulari deciſ.42.* ſicut bona acquiſita primæ Religioni capaci non deferuntur per religioſum tranſeuntem ad ſecundam. Thomas Sanchez *in ſumm.lib.7.de ſtatu religioſo,cap. 32.ex num.8.* vbi *num.20.* idem tenet in bonis acquiſitis hęredibus ab inteſtato ob primam profeſſionem Monachi in Religione bonorum incapace: hæredes enim ab inteſtato iure ſibi perfectè acquiſito ob ſubſequentem incapacitatis, aut capacitatis eventum, privandi minimè ſunt, ex regula de iure quæſito non tollendo.

8 Ex dictis in hoc capite, & antecedenti, ſequitur, quod legatum relictum in teſtamento ſub conditione, ſi aliquis efficiatur religioſus, poſſet conſequi, ſi talis fiat Eques Melitenſis, ſicuti ſi quis voviſſet Religionem, ſatisfaceret Voto, ingrediendo Religionem Hieroſolymitanam. Diana *part.11.tract.4. reſol.32.verſ.Ex his.*

CAPVT IV.

AN PROFESSIONE in Ordine Hieroſolymitano diſſolvatur Matrimonium ratum non conſumatum.

SVMMARIVM.

MAtrimonium ratum diſſolvitur profeſſione in Ordine Sancti Ioannis. 1. & 2.

Matrimonium ratum non diſſolvitur per profeſſionem in Ordinibus Sancti Iacobi, Calatravæ, & Alcantaræ. 3.

Matrimonium contrahendum non dirimitur per Votum Equitum Sancti Iacobi, Calatravæ, & Alcantaræ; ſecus per Votum Equitũ S.Ioannis. 4.

Matrimonium contractum poſt profeſſionem in Ordine S.Ioannis eſt nullum. 5.

EX eo quod Equites Hieroſolymitani ſint propriè, & verè Religioſi, vt ſupra *Capit.2.* reſolutum eſt, ſequitur manifeſtè, quod eorum profeſſione diſſolvitur Matrimonium ratum non conſumatum, iuxta textus *in Capit. verùm. Cap.ex publico,de converſ. coniugat.* Cocilium Tridentinum *ſeſſ.24.Canone.6.* vt tenet iam communis

munis omnium ſcribentium aſſenſus. Navarrus, Corduva, & Aragõ relat. & ſecuti à Roderico *quæſt. Regul. tom. 1. quæſt. 1. artic. 6.* Vega, Ledeſma, Petrus Barboſa, Ludovicus Lopez, & Henriquez per Thomam Sanchez *de Matrim. lib. 2. diſp. 18. num. 8.* vbi refert, ita feciſſe D. Gaſton Ducem Metinæ ſapientium conſilio habito. Quod etiam ſcribit Euſebius de Herrera *deciſ. 1. §. 18.* & Garcia *in Polit. Regul. tom. 1. tract. 2. dif. 2. dud. 10. punt. 2. num. 28.* idemq; reſoluunt Ioannes de Soria, Magiſter Gallego, & alij per Dianam *part. 11. tra. 4. reſol. 31. & part. 3. tra. 2. de dub. regul. reſol. 30.* Azor *tom. 1. inſtit. Moral. lib. 13. cap. 6. q. 4.* Rebell. *de oblig. iuſt. lib. 3. q. 4. de Matrim. imped. p. 2. ſect. 2. col. 2.* Baſilius *de Matrim. lib. 9. cap. 7. num. 3.* Hieronym. Roderic. *in comp. quæſt. Regul. reſol. 28. num. 13.* Lezana *tom. 2. Regul. cap. 5. num. 7.* Machado *in Perf. Conf. tom. 2. lib. 5. p. 4. trat. 3. doc. 6. num. 6.* Pelizar. *in Man. Regul. tom. 1. trat. 3. cap. 4. numer. 47.* Ioannes Sanchez *in ſelect. diſp. 49. num. 10.* Mendo *de Ordinib. Milit. diſq. 5. q. 3. num. 16.* Barboſa *in collect. ad dict. cap. ex publico, & de iur. Eccleſ. lib. 3. cap. 7. numer. 32.* Narbona *in l. 8. tit. 5. lib. 1. Recop. gloß. vnic. numer. 9.* Addentes ad Molinam *de Primogenijs lib. 2. capit. 9. num. 69.* Gratian. *tom. 3. diſcept. forenſ. cap. 457. nu. 25. & tom. 5. cap. 880. num. 4.* Sperellus *deciſ. 21. num. 45.* Novar. *de elect. fori. ſect. 2. q. 69. numer. 4. in 3. impreſſ.* Carol. Miranta *part. 5. reſp. 89. numer. 14.* quidquid minus rectè dixerunt Soto *in 4. diſtinct. 27. q. 1. art. 4.* Sarmiento *de redditib. Eccleſ. lib. 4. q. 13.* & Michael de Medina *de ſacrorum hominum continentia lib. 1. capit. 36.* Qui audiendi non ſunt contra communem opinionem, pro qua iam fuit deciſum, vt teſtantur Thomas Sanchez, & reliqui.

Et in hoc differt Hieroſolymitana Religio à cæteris Militaribus, quia profeſſio Equitum in Ordinibus Sancti Iacobi, Calatravę, & Alcantarę non dirimit Matrimonium ratum, cùm ſimul Religio ſtare poſſit cum Matrimonio. Suarez *4. tomo de Relig. tract. 9. lib. 1. capit. 4. num. 28.* Lezana *vbi ſupra dicto num. 7.* Diana *dict. reſol. 30. verſ. Quincto.* Machado *num. 6.* cum Roderico, Aragonio, Corduba, & Navarro Gratianus *dict. cap. 457. numer. 25.* Thomas Delbène *de immunit. Eccleſ. 1 p. cap. 1. dub. 11. ſect. 3. num. 6. 7. & 8.* Bordonus *de profeſsione Regulari cap. 25. quæſt. 7. num. 11.* 3

Et ſimiliter per Votum Equitum Sancti Iacobi, Calatravæ, & Alcantaræ non dirimitur Matrimonium contrahendum; ſecùs per Votum Equitum Sancti Ioannis; quia eſt Votum ſolemne, & perfectæ caſtitatis. Sic Mota *ſuper Regul. Sancti Iacobi lib. 2. cap. 2. §. 19. num. 18.* Diana *dict. reſol. 30.* Lezana *vbi ſupra num. 8.* Machado *num. 6.* Thomas Sanchez *num 8.* Mendo *num. 16.* Vbi quod Matrimonium contractum poſt profeſsionem eſt nullum. Garcia *in Polit. Relig. tom. 1. trat. 1. diff. 5. dud. 3. punto 2. num. 15.* Bordonus *dict. cap. 25. nu. 11.* 4 5

*

DE VOTO OBEDIENTIÆ.

CAPVT I.

DE OBLIGATIONIbus Fratrum Hieroſolymitanorum ratione obedientiæ in profeſsione præſtitæ, & cui teneantur obedire.

SVMMARIVM.

OBedientia inter Religionis vota principem locum tenet. 1.

Obedientiam ex vi voti tenentur præſtare Hieroſolymitani Magno Magiſtro. 2. & 9.

Inobedientia præcipuum obtinet gradum inter crimina, quæ à religioſis committuntur. 3.

Hieroſolymitani Fratres vocati ad pugnandum cum Turcis tenentur ire ex vi voti obedientiæ. 4.

Hieroſolymitani Fratres ſine licentia non poſſunt ſe ſubmittere ſervitio perſonali alicuius Principis, nec cum iuramento: & non habent velle, nec nolle. 5.

Hieroſolymitani Milites tenentur obedire ſuperiori Militiæ. 6.

Militiæ laus eſt obedientia, & pœna capitis inobedientia punitur. 7.

Hieroſolymitani Fratres tenentur obſervare, quæ Regula, & Statutis Ordinis continentur, & quid ſi præcipiatur aliquid à Superioribus virtute ſanctæ obedientiæ. 8.

Hieroſolymitani extra Conventum degentes, & præfecti Præceptorijs tenentur obedire Magno Magiſtro. 10.

Obedientia Magiſtro præſtanda in Ordine Hieroſolymitano procedit tantùm, quatenus Regula, & conſuetudines ordinant. 11.

Obedientia debetur à Hieroſolymitanis deciſis in Concilio Ordinario, vel completo. 12.

Obedientia debetur à Militibus, & Servientibus Mareſcallo. 13.

Obedientia debetur Admirato ab omnibus gentibus armorum in Mari ſuppoſitis. 14.

Obedientia debetur Prioribus, & Aſſembleis. 15.

Obedientia debetur Commendatarijs in ſuis Commendis, vbi intra limites ſuæ iuriſdictionis Ordinarij ſunt. 16.

Obedientia debetur Abbatiſſæ à Monialibus. 17.

INter Religionis vota principē locum tenere obedientiam docet S. Thomas 2. 2. *quæſt.* 186. *art.* 8. quippè per eam propria voluntas mactatur. *Cap. Eccleſia. §. item* 1. *quæſt.* 4. Vndè ſola eſt, quæ fidei meritū poſſidet, ſine qua quiſque fidelis convincitur, etiam ſi fidelis videatur. *Cap. ſciendum* 8. *q.* 1. & commendatur *Math. cap.* 16. ibi: *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum.* Ad quam obediē 1

tiam

tiam præstandam ex vi voti in professione præstiti tenentur Fratres Hierosolymitani suo Magno Magistro, & alijs immediatis superioribus sub pœnis contentis in statutis, & constitutionibus Ordinis, vbi
2 de obedientia ita cavetur: *Nihil est, quod maiori cura, & studio tueri debeamus, quàm obedientiam, qua subiata omnis societas dissolvitur: itaque maiorum nostrorum statutis adhærentes decernimus, vt omnes, & singuli Fratres nostri cuiuscumque sint gradus, aut conditionis iustis, & honestis Magistri, & Superioris iussis, præceptis, & mãdatis nulla excusatione parere, & obtemperare debeant, tit.* 18. *num.* 9. Mohedanus *decis.* 10. *aliàs.* 169. Nabona *in l.* 8 *tit.* 5 *lib.* 1. *Recop. gloss. vnic. num.* 11. Vndè inobedẽtia præcipuum obtinet gradum in-
3 ter crimina, quæ à religiosis committuntur: *Quasi peccatum ariolãdi est repugnare, & quasi scelus idolatriæ nolle acquiescere.* 1. *Regum cap.* 15.

4 Hoc autem obedientiæ votum in Religione Hierosolymitana ad duo præcipua capita refertur, seu hæc obligatio obedientiæ in duobus articulis consistit. Primo igitur tenentur obedire Equites, seu Fratres Hierosolymitani Magistro, & Superioribus in Ordine ad bellum: nam quotiescumque vocati fuere ad pugnandum cum Turcis, & hostibus Christiani nominis tenentur ire parati mortem suscipere pro Fide. Quia huius Ordinis institutum est pugna contra Infideles in gloriam, & defensionem totius Ecclesiæ. Sic Azor *Instit. Moral.* 1. *p. lib.* 13. *cap.* 4. Rodericus *tom.* 2. *quæst. Regul. q.* 7. *art.* 2. Lezana *tom.* 2. *Regul. cap.* 5. *num.* 12. Machado *in Perfect. Confess. tom.* 2. *lib.* 5. *par.* 4. *trat.* 2. *docum.* 2. Hieronymus Garcia *in Politica Regulari.* 1. *p. trat.* 5. *dific.* 5. *dud.* 3. *num.* 4.

Ex quo oritur non posse Equites 5
de suis personis disponere sine licẽtia expressa Superiorum submittendo se servitio personali, vel reali alicuius Principis, quod præstet impedimentum ad bellum Ordinis agẽdum; ad quod prompti debent esse ex vi voti obedientiæ. Ita Machado, & Doctores citati; quia non habent velle, vel nolle, sed totum à Magno Magistro dependet Mohedan. *decis.* 10. *in fin.* Gregorius XV. *decis.* 87. *num.* 4. Sperell. *decis.* 21. *num.* 43. Lotterius *de re beneficiar. lib.* 1. *q.* 36. *num.* 30. Carolus Maranta *resp.* 89. *p.* 5. *num.* 33. Vndè homagium, & confederationem facere prohibentur; nec permissum est eis alicui personæ se adstringere iuramento. Ansaldus *de iurisdictione part.* 3. *tit. vnic. cap.* 8. *num.* 46. 47. & 48. Maranta *num.* 22. 37. & 39.

Tenentur etiam in bello obedi- 6
re Superiori ratione Militiæ in omnibus præceptis Militare Munus tangentibus. *l.* 3. *§. in bello. ff. de re Milit.* Nam ex obedientia victoria sequitur, & satis Imperij gloria parta est. Luca de Penna *in l. tam collatores col.* 3. *C. de re Milit. lib.* 12. Vndè summa Militiæ laus est obedientia, & quidquid sibi vtiliter imperatum est obtemperare. *Cap. summa* 24 *q.* 1. Casan. *in Cathal. Glor. Mund. p.* 9. *considerat.* 34. Et inobe- 7
dientiam pœna capitis animadversam referunt Aul. Gel. *lib.* 9. *Noct. Atticar. cap.* 13. Plutarch. *in vita Fabij Maximi fol.* 77. Valer. Maxim. *lib.* 2. *cap.* 2. & *lib.* 5. *capit.* 8. Livius. 1. *decad. lib.* 8. Scaccia *de iudicijs lib.* 1. *cap.* 97. *num.* 182. Ayala *de iure Belli lib.* 3. *cap.* 10 *num.* 5.

Secundum obedientiæ caput 8
consistit in observatione Regu-

Statutorum Ordinis; nam omnes cuiuſque gradus Fratres ex vi voti obedientiæ tenentur ſervare, quæ continetur Regula, & Statutis; hoc tamen diſcrimine, quod contentorum in Regula tranſgreſſio animam corpuſque obligat, Statutorum autem, & conſuetudinum infractio, & violatio, corpus tantùm ad pœnam obnoxium reddit. Ita exprimunt ſtatuta *tit.* 3. *num.* 1. niſi virtute ſanctæ obedientię á Superioribus præcipiatur aliquid ad ſtatuta, & regimen Ordinis ſpectans; nam tunc licét Statutum animam non liget, præceptum obedientiæ obligat, cũ verb, quibus promulgatur, id indicant. Mendo *de Ordinib. Militarib. diſquiſit. 6. q. 2. num.* 20.

9 Hęc autem obedientia in primis debetur Magiſtro. Ita Statuta *tit.* 9 *num.* 1. Mendo *dict. diſquiſit. 6. num.* 1 Non eſt dubium, inquit, Equites Militares Sancti Ioannis teneri obedire ſuo Magiſtro ratione voti; eſt enim ille verè religioſus, ſicut ipſi, & totius Ordinis Prælatus, & votum obedientiæ ei præſtant, quando profeſſionem emittunt: etiam ſi Equites extra Conventum degant, & præficiantur Præceptorijs. Gregorius XV. *deciſ.* 109. 10 *num.* 2. *cum ſeqq.* Lotterius *de re Beneficiar. lib.* 1. *q.* 36 *num.* 31. Alexander Sperellus *deciſ.* 21. *num.* 66. Barboſa *de iure Eccleſiaſtico lib.* 3. *cap.* 7. *num* 51.

11 Sed hæc obedientia Magiſtro præſtanda, quamvis generalis, & abſoluta ſit, terminos habet, & limites; quia quando Superior ponit aliquod præceptum quod non eſt ſecundùm Statuta, vſus, & conſuetudines Religionis, Frater debet petere Eſgardium, ſeu iudicium Fratrum, & non debet parere præcepto; quia Fratres non ſunt magis aſtricti de obedientia, niſi quatenus Regulæ, & bonæ conſuetudines ordinant, quæ Superior promiſit tenere: & ſi facit contra iuramentum, Frater non debet illi obedire. Vt ita declaratum eſt *d. tit.* 9. *nu.* 2.

Debetur etiam obedientia diſpoſitis, & deciſis in Concilio tám ordinario, quàm completo; de quibus loquuntur Statuta *tit.* 7 & deciſis in Eſgardio, de quo iudicij genere tractatur *tit.* 8. 12

Item debetur obedientia ab omnibus, & ſingulis Fratribus tàm Militibus, quàm Servientibus Armorum, Mareſcallo, á cuius obedientia exempti ſunt Baiulivi Conventuales, eorumque Locatenentes, Priores, Caſtellanus Empoſtæ, & Baiulivi Capitulares, Magiſtrique Comites, ſive ſocij *tit.* 10. *num.* 2. 13

Admiratus autem habet poteſtatem ſuper omnes galeas, & navigia armata per Religionem, & omnes gentes armorum in Mari ſuppoſiti ſunt Admirato, niſi Mareſcallus ſit præſens, cui in primis parere debẽt *num.* 3. vt hæc & alia continentur ſupra *Diſcept.* 2. *cap.* 3. & 4. vbi de Dignitatibus Priorum Provincialium, & de Priore Eccleſiæ ſcriptũ eſt, quibus etiam præſtatur obedientia ſimul cum Capitulo Provinciali, quod Aſſemblea dicitur, & eſt vox Gallica denotans Congregationem, ſeu Capitulum. De quo Senatu, qui eſt in Curia Regia mentionem fecerunt Carleval *de iudicijs tom.* 1. *diſp.* 2. *num.* 451. Mendo *diſquiſit.* 2. *q.* 2. *num.* 68. 14 15

Debent quoque præſtare obedientiam Fratres Capellani, & Servientes officij Commendatarijs in ſuis Commendis, quia habent iuriſdictionem ſuper eos, ita *tit.* 11. *nu.* 7. Commendatarij quidem infra limites ſuæ iuriſdictionis Ordinarij ſunt. Pius IV. *conſtit.* 9. *incip. circumſpecta Kalend. Iulij.* 1560. *apud Laert.* 16

Laert. Cherub. in Bullar. tom. 2. pag. 9. Greg. XIII. *conſt.* 60. *incip. quò magis* 32. *Martij.* 1580. *apud eund. tom.* 2. *pag.* 329. Barboſa *in ſumm. deciſ. Apoſtolic. collect.* 543. *num.* 2. Mendo *diſquiſit.* 10. *quæſt.* 7. *num.* 52.

17 Moniales autem Abbatiſſæ præſtant obedientiam; quia eiuſdem virtutis eſt votum obedientiæ, & ſuperioritas in ſuperioriſſa, & in ſuperiore, quorum poteſtas dicta ſuperioritas, ſeu iuriſdictio fundatur non aliquo ordine, ſed in oficio. Et ita poſſe in virtute ſanctæ obedientiæ præcipere ſuis Monialibus, communi eſt opinio. Cornejo *in.* 3. *p. tract.* 5. *de excom. diſput.* 2. *dub.* 5. *q.* 2. *num* 2. Rodericus *in ſum. tom.* 1. *cap.* 3. *num* 9. Naldus *in ſumma verbo Abbatiſſa, num.* 4. Thomas Sanchez *de ſtat. Relig. lib.* 6. *cap.* 1. *num* 17. Lezana *Regul. capit.* 26. *num.* 10. Mendo *diſquiſit.* 6. *nu.* 2. & 3. Pellizarius *in Man. Regul. tomo* 2. *tract.* 10. *capi.* 4 *numer* 90 & 109. Thomas Hurtado latè *de congrua tom.* 2 *lib.* 6. *reſol.* 9 *ex numer.* 1033. Burdonus *de profeſſione Regulari cap.* 23. *q* 24.

CAPVT II.

DE TRANSITV REgularis Hieroſolymitani ſine licentia Superioris ad aliam Religionem ſtrictiorem, an profeſsio in ſecunda emiſſa, nulla ſit; & poſsit ad primam reſtitui.

SVMMARIVM.

TRanſitus ad Religionem ſtrictiorem debet fieri petita licentia, ne bonum obedientiæ contemnere videatur. 1.

Tranſitum Hieroſolymitani ad Religionem ſtrictiorem non petita licentia validum eſſe defendit Mendo, & multi. 2. & 12.

Conſuetudine introductum eſt, vt Milites Hieroſolymitani nulla petita licentia admittantur in Religionibus clauſtralibus. 3. *contra* 31.

Licentia ad tranſitum ad arctiorem Religionem ſufficit quod petatur, quamvis non obtineatur. 4. & 5

Cap. ſane de Regularib. ponderatur. 6. & *interpretatur.* 35.

Matrimonia contracta cum impedimento impediente, licèt prohibeantur fieri, tamen facta tenent. 7.

Profeſſio ante annum novitiatus facta tenet. 8.

Religioſus poſt quinquenium non poteſt reclamare ad Habitum dimittendum. 9.

Militares Regulares abſque licentia ſuorum Superiorum validè in Religione ſtrictiori emittunt profeſſionem. 10. *contra* 38.

Poſtius deciſ. 164. *notatur.* 11.

Licentia non petita nullus fit tranſitus ad arctiorem Religionē. 13. & 30.

Verbum debet importat præceptum, & inducit nullitatem in actu. 14.

Licentia debet præcedere tranſitum. 15.

Licentia requiſita ad actum, ipſum præcedere debet. 16.

Licentia tranſeundi debet eſſe inſcriptis. 17.

Licentiam ad tranſitum nullus Superior poteſt dare niſi Superiori à quo conſtet, quod Superior ad quē eſt paratus illum recipere. 18.

Tranſitus debet fieri bono zelo, & non ex temeritate. 19.

Tranſitus ſine licentia præſumi-

tur

tur ex temeritate. 20.

Hieroſolymitani ad alias Religiones perfectiores, & arctiores tranſire ſunt prohibiti. 21. *at minus ſine licentia.* 22.

Statuta concernentia ad tranſitum referuntur. 23.

Pauli III. Bulla de tranſitu ad Religionem ſtrictiorem refertur. 24.

Ordo S. Ioannis communicat privilegia Regularium. 25. *& privilegia Religionis Societatis Ieſu.* 26.

Pius V. revocavit privilegia recipiendi Fratres alterius Ordinis laxioris. 27.

Argumentum valet de matrimonio carnali ad ſpirituale. 28.

Nuptiæ ſecundæ viuente primo coniuge nullæ ſunt, & fœmina debet primò viro reſtitui. 29.

Licentia ad tranſitum requiritur eſſentialiter, & proforma. 32.

Licentiam petere ſubditum, & licentiam denegare Superiorem multum differunt. 33.

Cap. licèt de Regularibus exponitur. 34.

Actus ab initio quando non valuit, tractu temporis non convaleſcit. 36.

Profeſſus nulliter ex cauſa irremiſſibili omni tempore poteſt reclamare. 37.

Poſtius deciſ. 164. *non loquitur de Hieroſolymitano profeſſo profeſſione expreſſa, ſed tacita, nec deciſio fuit in cauſa proprietatis, ſed manutentionis, & Mendo malè eum adduxit pro ſua opinione.* 39. 43. & 44.

Profeſſio expreſſa in ſecundo Monaſterio facta præfertur tacitè in primò editæ. 40. & 42.

Profeſſiones tacitæ poſt Concilium rariſſimæ. 41.

Profeſſus tacitè poteſt ad laxiorem Ordinem tranſire. 42.

AD votum obedientiæ de quo præſens eſt diſceptatio maximè pertinet huius rei cognitio; nam tranſitus ad Religionem ſtrictiorem, licèt licitus videatur, inter alia requiſita, que referũtur ab Innocentio III. *in Cap. licèt, de Regularib.* illud eſt, quod Regularis à Prælato ſuo licentiam trãſeundi cum humilitate, & puritate demandet, *Ne bonum obedientiæ contemnere videatur.* Quæ deciſio expreſſè loquitur *de Hoſpitalarijs*, ſeu Hieroſolymitanis. Difficultas autem vertitur in eo, vtrùm licẽtia non petita profeſſio facta in alia Religione valida ſit. 1

Et partem affirmativam multis acutè diſcuſſis noviſſimé defendit Mendo *de Ordinib. Militarib. diſquiſit. 3. q. 12. ex num 97. cum ſeqq.* vbi reſolvit validè Religioſos Militares profeſſos tranſire ad aliam Religionem ſtrictiorem, & in ea profeſſionem validam emittere, quamvis licentiam à ſuis Prælatis non poſtulaverint. Idque etiã probarunt in caſu de facto Iuriſperitus Hiſpalenſis doctus Antonius Perez, & Fr. Ioannes de Quiros ex Religione Seraphica, qui allegationes iuris edidere anno 1656. pro validitate profeſſionis cuiuſdam Equitis profeſſi S. Ioannis, qui in Civitate Limenſi in Regnis Peru abſque licentia ſui Ordinis ſacram Religionem Minorum fuit ingreſſus, & in ea profeſſionem emiſit, dictus Dõ Fr. Petrus Tello; & poſt plures annos, cùm veniſſet in Hiſpaniam, eſſetque Conventualis Magni Conventus S. Franciſci huius Civitatis, vbi Eques iſte originarius eſt, per Priorem Militarem Sancti Ioannis de Acre virtute commiſſionis, & facultatis Sereniſſimi Principis 2

cipis Domini Ioannis de Auſtria Magni Prioris in Regnis Caſtellæ, & Legionis ad Habitum primæuũ Militarem Hieroſolymitanum fuit reſtitutus. Cuius occaſione multa in vtramque partem tàm in hac Ciuitate, quàm in Salmanticenſi prima Orbis terrarũ Academia ſcripta prodierunt.

3 Et probatur primò hęc opinio ex conſuetudine, cùm paſſim Milites Hieroſolymitani in hoc non ſecùs, ac fæculares nulla petita venia ſe conferant, & recipiantur in Ordinibus clauſtralibus, vt teſtificantur Mendo *num.* 106. de conſuetudine Hiſpaniæ, & de conſuetudine Italiæ. Poſtius *de manutenendo deciſ.* 164. *num.* 33. & Rota apud Bordonum *poſt tractatum de profeſsione regulari. deciſ.* 29. *nu* 42. at conſuetudo eſt optima legum interpres. *l. ſi de interpretatione* 37. *ff. de legibus.*

4 Secundo, quia licentia ad tranſitum ad arctiorem Religionem eſt circunſtantia extrinſeca; cum ex eadem deciſione non ſit præciſum, quod à ſubdito obtineatur, *Quia vbi Spiritus Dei eſt, ibi libertas eſt*, ſed ſufficit, quod petatur à Superiore, qui licèt cautam tranſitus poſsit examinare, non tamen negare poteſt, *dict. Cap. licet*, ibi: *Sine difficultate, & pravitate qualibet debet tranſeundi licentiam indulgere, ne videatur propoſitum impedire divinitùs inſpiratum.* Quod ſi deneget, licentia non obtenta poteſt tranſire ex textu, ibi: *Liberè poteſt ſanctioris vitæ propoſitum adimplere non obſtante proterva indiſcreti contradictione Prælati.*

5 Tertiò, quia in prædicto *Cap. licèt*, ſubſtinetur tranſitus ad arctiorem Religionem ſine licentia, vt patet in deciſione, ibi: *Cùm ergo R. Monachus veſter ad Fratres Ciſtercienſis Ordinis tranſmigaverit, non vt Ordini veſtro aliquatenus derogaret, ſed vt apud eos vitam duceret arctiorẽ, mandamus, quatenus ſuper eo, quod de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta feciſſe dignoſcitur; eum nullatenus moleſtetis, quia charitas eſt fons proprius, cui non communicat alienus.*

Quartò *ex Cap. ſanè eod. tit de Regularib* vbi tranſitus ad ſtrictiorem Religionem non petita licentia permittitur, ibi: *Sanè de canonico, qui in Eccleſia Aromaten. Profeſsionem fecerat, & fugerat ab eadem, in Monachum à quodã Abbate recepto: id tuæ fraternitati ſignificamus, quod ſi locus vbi nunc permanet, maioris Religionis quàm Eccleſia Aromat. exiſtat, ipſum in eodem loco cum pura conſcientia remanere permittas: alioquin eum ad Priorem Eccleſiã reuire compellas.* 6

Quinto, quia multa in iure prohibentur, quæ tamen facta tenent, vt matrimonia contracta cum impedimento impediente, quæ licèt prohibeantur fieri, tamen facta tenent. *Cap. meminimus qui Cleric. vel vou.* & profeſſio ante annum novitiatus, quæ facta tenet. *Capit. ad Apoſtolicam de Regularibus.* 7 8

Sexto, in prædicto caſu allegabatur pro Religione Seraphica Cõcilium Tridentinum *ſeſſ. 25. capit. 19.* quo cauetur, nullum poſſe poſt quinquennium reclamare ad Habitum dimittendum: cuius Concilij deciſio procedit etiam in Religione Hieroſolymitana, vt probatum eſt ſupra *diſcept. 6. cap 2. n. 14.* 9

Septimo, id oſtenditur ex deciſione Bononienſi, quę Religioſos Militares abſque licentia ſuorum Superiorum validè in alia Religione ſtrictiori emittere profeſsionem ſtatuit; 10

ſtatuit: eam adducit Barboſa *de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 42. num. 64.* ibi: *Quo ad Religiones verò Militares in clauſtris vitam communem non degentes, certum eſt quod abſque licentia ſuorum Superiorum tranſire poſsint ad Ordines clauſtrales.*

11 Octavò, ex deciſione Rotæ apud Poſtium, vbi in eiſdemmet terminis manutentio fuit denegata Hieroſolymitanis, & conceſſa Patribus Bernabitis. Eadem Rota *apud Merlinum deciſ.* 18. & apud Paulum Rubeum *deciſ.* 365. *tom. 2. p. 4. noviſſ.* & apud Bordonum *poſt tractatum de Profeſsione, deciſ.* 29. vbi latiſsimè diſputatur dubium.

12 Ex quibus ſic tenent Gloſſ. *in. d. Cap licèt, verb. licentiam.* Goffredus, Achiachonus, Turrecremata, Barbacia, Carolus de Tapia, Div. Antoninus Richardus, Paludanus, Silveſter, Tabiena, Læſsius, & Monaldus relati à Poſtio *num.* 21. & á Mendo *num.* 111. Bonacina *tomo 1 tract. de clauſura q. 2. punct. 9. §. 3. diffic. 1. num. 7.* & certè probabilis, nec contemnenda opinio eſt.

13 Verùm dictis non obſtantibus contrariam opinionem probabiliorem iudico. Et probatur primò *ex dict. Cap. licèt* in verbis, ibi: *Subditus à Prælato cum humilitate, & puritate debet tranſeundi licentiã poſtulare, ne bonum obedientiæ cõtemnere videatur.* Cui non ſatisfaciunt Abbas antiquus, & Petrus ibi dum licentiam prædictam intelligunt *ex debito honeſtatis, & ad melius*, quia verbum *debet* in textu relatum iuxta propriam ſignificationem non importat debitum honeſ-
14 tatis, ſed neceſsitatis, & præcepti. *Cap ſicut. Eccleſia. 12. q. 2. Capit. oblatæ, de appellat.* Gloſſ *verbo debent in Clement. 2. de ſtat. Monach. l. prætor in princip. ff. de edendo. l. 1. §. qui Magiſtratum. ff. quod quiſq; iuris.* Et regulariter inducit præceptum, vt contra faciens incurrat peccatum mortale. Thuſcus *tom. 2. lit. D. concl. 32. num. 1.* Bonacina *de legibus diſp. 1. q. 1. punct. 7. §. 4. n. 6.* & inducit nullitatẽ in actu. Bartol. *in. l. non dubium. C. de legib.* vbi Bald. ibi. *4. notab.* contra Abbatem, & Petrum benè Thomas Sanchez *in ſumm. lib. 6. cap. 7. n. 33.*

Quę licentia prędecedere debet 15
tranſitum. Panormitan. *in dict. Capit. licèt, num.* 11. Azor *Inſt. Moral. 1. p. lib. 12. cap. 14. q. 6. ad fin.* Barboſa *in. d. cap. licèt, num. 17. & in. d. cap. 42. num. 66.* Sanchez vbi ſupra *num.* 34. Bonacina *de clauſura q. 2. punct 9. §. 3. diffic. 1. num. 1.* quia regulariter licentia, quæ ad aliquem actum requiritur, actum
ipſum præcedere debet. *l. ſi quis mi* 16
hi bona. §. iuſſum. ff. de adquir. hæredit. Auth. licentia. C. de Epiſcop. & Clericis. Molina *de Primogenijs lib. 2. cap. 7. num. 2.* Carpio *de executorib. & commiſſ. teſtam. lib. 1. cap. 5. num. 7.*

Et debet eſſe in ſcriptis. *Capit.* 17
ſtatuimus. 19. q. 3. ibi: *Diſcedentem verò nullus Abbatum, vel Epiſcoporum, nullus Monachorum ſine cõmuni literarum cautione ſuſcipiat.* Innocentius *in. d. cap. licèt, num. 3.* Sanchez *num.* 39. Bonacina vbi ſupra *num. 3.* Tamburinus *de iure Abbatum tom. 3. diſp. 3. q. 1. nu. 15.* Caſtrus Palaus *tract. 16. diſput. 4. punct. 16. §. 3. n. 4.* Peirinis *tom. 1. de ſubdito. q. 1. cap. 24.* Lezana *conſulto 17. num. 20.* cui non ſatisfacit Mendo *n. 113.* dum cum Caietano reſpondet, hunc textum declaratũ eſſe per Innocentium III. *in. d. Capit. licèt*, quia &ſi hoc concedatur Vrbanus VIII. renovavit de facto *dictum caput ſtatuimus. 3. 19. q. 3.*

quod

quod fuit Vrbani II. in quadam Epiſtola ad Abbatem S. Rufini, & vult Vrbanus VIII. in decreto, quod de ſuo Ordine fecit Congre-
18 gatio Concilij *die* 21. *Septembris* 1624. *& eſt tom.* 4 *Bullar. conſt.* 25. *Vrban* quod nullus Superior det licentiam ad tranſitum, niſi Superiori á quo conſtet, quod Superior ad quem eſt paratus illum recipere: & aliter data licentia nulla eſt, & per conſequens profeſſio in illa Religione ad quam fit tranſitus. Ita Thomas Hurtado in ſpeciali cõſultatione pro dicto Equite Melitenſi, qui in Seraphica Religione ſine licentia profeſſionem in Regnis Indiarum emiſſerat. Theſaurus *in praxi p.* 2. *cap* 4 *§.* 1. Bartholomæus de Vecchis *de Novit. diſp.* 15 *dub.* 2 *nu.* 9. Lezana *d. conſtul.* 17. *num.* 18 quod decretum ſic habet: *Vt Apoſtatandi oppurtunitas Regularibus præripiatur, ſtatuit, vt de cætero nullus permittatur ad arctiorem Religionem tranſire, niſi prius Superiori legitimè conſiterit, eam Religionem paratam eſſe illum recipere, qui licentiam petit, tuncque Regularis recta ſe tranſferat via ad arctiorem. Quod vt re ipſa adimpleatur, idem Superior omni ſtudio, ac diligentia invigilet.* Et concludit: *Sit irritum, & inane quidquid ſecus à quoquam actum extiterit.*

19 Secundò probatur hæc opinio, quia inter qualitates requiſitas ad tranſitum, quæ referuntur ex profeſſo á S. Thoma *quæſt.* 189. *art.* 8. Læſſio, Bonacina, Thomas Sanchez, & Mendo, & probatur *in. d. Cap. licèt*, vna & principalis eſt, quod fiat bono zelo, & non ex temeritate, aut levitate; quia aliquando Angelus Satanæ in Lucis Angelum ſe transformat, vt inquit text. *in. d. Cap. licèt*, at ſine licentia præſumitur tranſitum eſſe ex temeritate; tùm quia ſequi primam vocationem conſilium Apoſtoli eſt. 1. *ad Corinth. cap.* 7. *verſ.* 24. ibi: *Vnuſquiſque ergo in quo vocatus eſt Frater, in hoc permaneat apud Deum.* Iob. *cap.* 17. *verſ.* 9. ibi: *Et tenebit iuſtus viam ſuam.* Et apud Eccleſiaſticum *cap.* 5. *verſ.* 11. *Non te vẽtiles in omnem ventum, & non eas in omnem viam, ſic enim omnis peccator probatur in duplici lingua.* Vndè Auguſtinus ad Ludovicum *Epiſt.* 81. ſcripſit: *Vos autem Fratres exhortamur in Domino, vt propoſitum veſtrum cuſtodiatis, & vſque ad finem perſeveretis*, refertur *in. Cap. vos autẽ.* 16. *q.* 1. & apud Caſſianum *collat.* 14 *cap.* 1. *Cuique vtile eſt* [inquit] *vt ſecundum propoſitum, quod elegit, ſummo ſtudio ac diligentia ad operis arrepti perfectionem pervenire feſtinet, & nequaquam à ſua, quam ſemel elegit profeſſione diſcedat.* Et antiquitùs deſertores primę vocationis cõpellebantur ad regreſſum damnato eorum tranſitu ad alias vocationes. *Cap. non oportet.* 19. 7. *q.* 1. *Capit. primo.* 21. *q.* 1. tùm quia non petita licentia bonum obedientiæ contemnitur, & peccatum committitur. Ergo tranſitus ſine licentia non bono zelo, nec bona fide, ſed ex temeritate, & levitate præſumitur fieri. Ita cum communi Schola Thomas Sanchez *num.* 13. *& 95.* cũ Gloſ. *in. d. Cap. non oportet.* Hoſtiẽſis *in ſumma lib.* 4. *Rubr. de Regularib. §. & qualiter in fine.*

Tertiò probatur ex Bulla Anaſ- 21
taſij IV. *quæ incipit, Chriſtianæ fidei*, & extat *tom.* 1. *Bullar. fol.* 66. qua prohibitum eſt Hieroſolymitanis ad alias Religiones quantumvis perfectiores, & arctiores tranſmigrare abſque licentia Superioris. Et notarunt in termini s cum Mota

Diana *in ſumm. verb. Religioſi Milites num.* 3. *& p.* 3. *tract.* 2. *de dubijs Regularibus reſol.* 30. Machado *in Perfecto Confeſſario tom.* 2. *tract.* 3. *lib.* 5. *p.* 4. *docum.* 6. *num.* 5. Lezana *lib.* 2. *Regular. cap.* 5. *nu.* 17. Hieronymus Garcia *in Politica Religioſa tom.* 1. *tra.* 1. *difficult.* 5. *dud.* 4. *punt.* 2. *num.* 16. Barboſa *in ſumm. Apoſtolicar. deciſion collect.* 314. *num* 4. Thomas Delbene *de immunitate Eccleſiaſtica p.* 1. *cap.* 1. *dub.* 11. *ſect.* 3. *num.* 2.

22 Cui non ſatisfacit Mendo *n.* 115. vbi cum Poſtio inquit hoc Anaſtaſij privilegium fuiſſe poſtea declaratum ab Innocencio IIJ. *in dict. Cap. licèt*, quod non comprehẽdat caſum, quo quis ad arctiorem trãſit Religionem ſanctioris vitæ deſiderio; quia id ipſum inquit Anaſtaſius, & privilegium ſolum eſt in eo, quod etiam ad arctiorem Religionem non poteſt tranſire inconſulto Magiſtro, & ſine eius licentia, quod & confirmatur in eodem Capite *licèt*: vndè non negamus licitum eſſe tranſitum, ſed dicimus debere eſſe cũ licentia petita, quãvis non obtenta, & cum cæteris qualitatibus, quæ in dicto Cap. requiruntur,

23 Quartò probatur ex diſpoſitis in ſtatutis Ordinis *tit.* 18. *num.* 30. vbi qui trina vice Habitum Religionis ſponte ſine licentia reliquerit, vt ad aliam ſe transferat Religionem, amplius in Hieroſolymitana non admittitur: vt potè fractor privilegiorum Ordinis, quæ ſine licentia tranſitum impediunt, vt in hoc etiam obedientia locum habeat. Quin, & Confratres Ordinis quando ad Habitum recipiuntur, inter alia, quæ promittunt ſervare, illud eſt, quod alterius Religionis niſi Hieroſolymitani Ordinis profeſſionem non faciant. *tit.* 2. *num.* 30. quod quidem votum obligare certum eſt, ad minus, vt ſervetur qualitas eſſentialis, & forma trã ſitus, quæ in petitione licentiæ conſiſtit, ne bonum obedientiæ, privilegiorum, & conſtitutionum contemnatur.

Quintò probatur ex Bulla Pauli 24
III. data Patribus Societatis Ieſu 15. *Kalend. Novembr.* 1548. in qua Summus Pontifex irritat profeſsionem tranſeuntis ad aliam Religionem ſtrictiorem excepta Carthuſienſi; de qua omnes Religiones cõmunicant per privilegia communicationis. Cui licèt reſpondeat Mẽ- 25
do *num.* 116. id privilegium non communicari ab alijs ſacris Religionibus, contrarium probatur ex generalitate privilegiorum communicationis; maximé Religionis Hieroſolymitanę, quæ communicat ex omnibus privilegijs Regularũ, ex Bulla Leonis X. & Innocentij VIII. de quibus vide *Lucer. Regular. pag. mihi* 140. notant Machado *dict. docum.* 6. *num* 4. *in fine*. Diana *in ſumm. verb. Regularium* 26
privilegia quo ad communicationẽ num. 21. & quod Ordines Militares communicent privilegia Societatis Ieſu, cum Roderico *tom.* 1. *quæſt. Regul. q.* 55. *art.* 17. tenet idem Mendo *diſquiſit.* 2. *num.* 111. 27

Sextò ſuadetur etiam, quia licèt aliquę Religiones habeant privilegia recipiendi Fratres alterius Ordinis laxioris, Pius V. *anno* 1566. *in Bulla, quæ incipit: Quæcumque ſacrarum, & eſt* 4. *tom. Bullar. pag.* 218. revocavit privilegia, & inter Ordines, quorum Fratres non debent admitti in alijs, expreſsit Religionem S. Ioannis Hieroſolymitani: quam Pij V. conſtitutionem intelligi de illis, qui non petita licentia tranſeunt, dicunt Rodericus *quæſt. Regul. tom.* 3. *q.* 52. *art.* 8. Bonacina

nacina *vbi ſupra puncto* 9. §. 1. & abſolutè omnia privilegia tranſeũdi ad aliam Religionem hodie prędicta conſtitutione eſſe revocata non obtenta licentia, inquit Remigius *in ſumm. trat. 2. cap. 4. §. 11. in nov. iſſ. impreſſ. ann. 1661.*

28 Septimò, quia de Matrimonio carnali ad ſpirituale, & è contra valet argumentum. *Cap. inter corporalia, de translat. Prælat. Cap. cũ inter canonicos, de elect. Auth. niſi rogati. C. ad Trebel.* Velaſco *axiomat. iur. lit. A. num.* 478. at ſecundæ nuptiæ viuente primo coniuge

29 nullæ ſunt. *Cap. 2. de ſecundis nuptijs*; & fœmina debet primo viro tanquam vero proprietario reſtitui, Tranſmiera *de Poligam. lib. 1. quæſt. 6.*

30 Ex his & alijs, quæ tradunt Doctores, ita tenent Hoſtienſis *in. d. Cap. licèt n. 9. & 15.* Butr. *num.* 13. Abb. *num.* 10. Zabarel. *num.* 3. Ancharran. *num.* 12. Navarr. *conſ.* 59. *n.* 12. *lib.* 3. *de Regularib.* Azor *Inſtit. Moral. lib.* 12. *cap.* 14. *q.* 6. Leſſius *de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 14. *dub.* 13. *n.* 101. Miranda *in Manuali Prælat. tom.* 1. *cap.* 31. *art.* 6. *col.* 1. *in fine.* Caſtrus Palaus *tom.* 3. *trac.* 16. *diſp.* 4. §. 4. *n.* 1. & magis communem, & receptam opinionem eſſe teſtatur Machado *tom.* 2. *lib.* 5. *p.* 2. *trat.* 5. *docum.* 3. *nu.* 4. Pellizarius *in Man. Regul. tom.* 1. *tract.* 3. *cap.* 5. *ſect.* 3. *n.* 90. Thomas Sãchez *d. cap.* 7. *n.* 95. qui viginti Doctores pro ea opinione refert, Barboſa *de iure Eccleſiaſtico d. cap.* 42. *nu.* 42. vbi alios ſeptemdecim citat Lezana. *d. conſulto* 17. Reinoſo *obſervat.* 12. *n.* 5. Bordonus *de Profeſſione Regulari cap.* 18. *q.* 65. *nu.* 96. & pro ea opinione ſe adſcripſerunt doctus Iuriſperitus Hiſpalenſis D. Franciſcus Ortiz de Godoy, & D. Sebaſtianus Brabo Advocatus Chãcellariæ Granatenſis; & Pater Thomas Hurtado ex Clericis Minoribus, quorum reſponſa licèt ſuccincta, & paucis verbis, & lineis comprehenſa approbarũt multi Doctores Salmaticenſes, qui conſulti fuerunt.

Et non obſtant in contrarium 31
tradita: non primum de conſuetudine; de qua teſtatur Rota apud Poſtium, & apud Bordonum; quia generaliter loquitur, & non excipit Equites Hieroſolymitanos, qui ſine licentia Superioris ad alios Ordines ſe contulerint, cum antea Caccialupi Equitis Hieroſolymitani caſus, qui in vrbe Romana ad Barnabitarum Ordinem tranſiit non petita licentia, occaſionem dedit controverſiæ relatæ in dictis deciſionibus. Nec Mendo etiam teſtatur de conſuetudine Hieroſolymitanorum in Hiſpania, ſed de Militaribus aliorum Militiarum, quod parùm vrget, cùm cæteri Militares non ſint propriè Religioſi, vel ad minus diſputatio ſub lite ſit. Et quando ita aliquando factum fuiſſet, non attenditur, quod fuit factũ, ſed quod fieri debuit. *l. ſed licèt ff. de offic. Præſid.*

Non obſtat ſecundum ex argu- 32
mento ſumpto *in. d. Cap. licèt*, quia licentia, quę ibi deſideratur, non eſt circunſtantia extrinſeca, ſed formalis ad valorem tranſitus, ad quę requiritur eſſentialiter, ſimpliciter, & pro forma. *Cap. mandamus, de Regularib.* Thomas Sanchez *num.* 95. Barboſa *d. cap.* 42. *num.* 65. Lezana *conſulto* 17. *nu.* 33. & 34. & quod ſufficiat licentia petita, & non obtenta non vrget, quia petere licentiam eſt, *ne bonum obedientiæ contemnatur*, non obtinere li- 33
centiam, procedit ex parte Superioris, qui in diſcretè, & protervè poteſt eam denegare: vndè diſcrimen

eſt notorium, quia petere licentiã eſt actus obedientię, quem facere debet ſubditus; concedere licentiã, eſt actus ſuperioris, qui eam tenetur præſtare; etſi protervè noluerit, non impedit tranſitum; quia vbi Spiritus Dei, ibi libertas eſt; & quia Charitas eſt fons proprius, cui non communicat alienus.

34 Non obſtat tertium ex eodem *Cap. licèt*, vbi videtur ſuſtineri trãſitus ſine licentia; nam eſt animadvertendum in prædicto textu exponi ab Innocentio III. qualitates requiſitas ad valorem tranſitus, & inter eas exprimitur licentia, quam debet poſtulare: & in hac parte decidit textus per verba, quæ probãt præceptum, & neceſſitatem. In poſitione verò, & reſolutione caſus non decidit, ſed inquit, quod conſtito iam de bono zelo, & bona fide non moleſtetur; quia dolo facit, qui petit, quod reſtituere oportet eundem, ex regula *iur. in 6.* hoc autem non tollit licentiam, quæ requiritur in tranſitu ex deciſione eiuſdẽ textus.

35 Non obſtat quartum *ex Cap. ſane, de Regularib.* quia Pontifex ibi iudicium prędicti tranſitus, & firmitatem reliquit arbitrio Abbatis, in cuius Eccleſia profeſſionem fecerat, & ita probat communem opinionem. Et in quantum dicit, quod conſtito de pura conſcientia eum in alio Ordine permittat, ſe habuit ibi Pontifex diſpenſando in defectu licentię, vt notat Abbas Panormitanus ibi, *& in conſ. 95. 1. p.* Carol. Maranta *reſp. 52. p. 4. nu. 11.* vel quia dolo facit, qui petit, quod reſtituere oportet eundem.

36 Non obſtat quintum, quia licèt in iure valeant facta aliquando, quę fieri prohibentur, nõ procedit hoc, quando ab initio actus non valuit; quia quod initio vicioſum eſt, tractu temporis non convaleſcit, *ex reg. iur.* facit. *l. 3. §. 1. in fin. ff. de Minorib.* ibi: *Initio inſpecto.*

Non obſtat ſextum ex Concilio Tridentino *ſeſſ. 25. capit. 19.* quia eius deciſio procedit in caſibus, *ſi per vim, vel metum, vel ante Ætatem profeſſio fiat*, non in noſtro caſu, qui fuit omiſſus, & ſi Concilium de eo loqueretur, exprimeret, & nõ expreſſus cenſetur omiſſus *l. vnic. C. de caduc. tollend.* vltra, quia quãdo nullitas procedit ex cauſa irremiſſibili profeſſus nulliter omni tẽpore poteſt reclamare. Thomas Sãchez *de matrimonio lib. 7. diſput. 37. à num. 32.* Læſſius *de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 41. dubit. 7. num. 46.* Azor. *1. p. lib. 12. cap. 4. q. vltim.* vt quando habet quis perpetuum impedimentum, vel quando in profeſſione non fuit ſervata forma præſcripta á Sixto V. cum multis Barboſa *in collect. ad Concil. d. cap. 19. num. 21. & 22.* 37

Non obſtat ſeptimum ex deciſione Rotæ, cuius meminit Barboſa, quia non conſtat de ea authenticè, ſed per relationem; & quando ſit certa, non loquitur de Hieroſolymitanis, ſed de alijs Religionibus Militaribus, & adhuc ſi vitam communem in clauſtris degant, ex dicta deciſione requiritur licẽtia; quia propriè Religioſi ſunt Iacobęi, & cæteri, qui vitam communem degunt; quos Freiles vocamus. Vndè cum Hieroſolymitani ſive vivant in Conventu, ſive in Commendis, propriè ſint Religioſi, qui obedientiam Superiori præſtant, ſequitur inde ad alios Ordines tranſire non poſſe non petita licentia. 38

Non obſtat octavum ex deciſione Rotæ per Poſtium vnicum aſſylum opinionis, de qua exclamat Mendo *num. 105.* ita: *In primis extat expreſſa deciſio Rotæ, quam aſſert* 39

fert Ludovicus Poſtius tract. de manutenendo deciſ. 164. cum enim Regularis profeſſus Ordinis Sancti Ioannis abſque licentia Prælatorũ tranſiſſet ad Religionem Barnabitarum, & in illa emiſiſſet profeſſionem, & lis exorta fuiſſet, ſacra Rota declaravit, profeſſionem eſſe validam, & manutenendos eſſe PP. Barnabitas. Hæc vſque Mendo, qui certè in hoc notandus eſt, nam ſalva pace ſapientiſſimi Patris decipitur in duabus circunſtantijs, quas non ſolum Rota non expoſuit, verùm contrarium firmavit. Prima eſt, quod in ſuo caſu Ioannes Caccialupus, qui apueritia Habitum & Inſignia Illuſtriſſimæ Religionis Hieroſolymitanæ ſuſcepit, & diù geſtavit, in Ordine expreſſam profeſſionem non emiſerat, & ita animadvertit Rota in poſitione caſus; vndè diſceptatio non fuit nec deciſio cum Regulari profeſſo S. Ioannis. Et hæc circunſtantia eſſentialis eſt, vt patet ex eadem deciſione *num. 16.* ibi: *Quæ & eo vrgentiora viſa ſunt, quia Barnabitæ exhibẽt expreſſam ſcripturam, & omni ex parte probatiſſimam profeſsionem Caſialupi in eodem Ordine ſolemniter emiſſam; Hieroſolymitani autẽ deducunt ex pluribus actibus profeſsionem virtualem dumtaxàt, ſiue tacitam, quæ tanti non videtur eſſe, vt cum expreſſa, præcipuè in hoc iudicio ſummariſsimo, ſit comparanda: & expreſſam profeſsionẽ emiſſam in ſecundo monaſterio præferri tacitæ in primo editæ, tradũt Socin. Sen. in l. 1. §. per ſervum nu. 14. verſ. poſtremo. ff. de adquir. poſſeſſ. & conſ. 270. num. 12. & 13. lib. 2. Prob. ad Monach. in cap. cõſtitutionem num. 2. & 3. de Regul. Tiraquell. de leg. connub. gloſſ. 7. nu. 52. Decian. reſp. 18. num. 5. lib. 3. Rimin. Iun. conſ. 337. num. 11. lib. 4. Ponte conſ. 40. num. 46. lib. 2. & num. 18.* ibi: *Præſertim cùm tacita hæc profeſsio pluribus impugnetur ab informantibus pro Barnabitis, tanquam non ſuffulta illis quinque requiſitis, de quibus per Sanchez ſup. Decalog. tom. 2. lib. 5. capit. 3. num. 14. vſque ad 18. qui ex num. 13. monet, poſt Concilium Tridentinum rariſsimè contingere, vt validè quis tacitè profiteatur.* Et idem animadvertitur in prædicta deciſione *apud Bordonum ex numer. 22.* 41

Quam differentiam tacitæ, & ex preſſæ profeſſionis ad valorem tranſitus notat etiam vltra Rotam, & Doctores relatos cum Caſtro Palao noviſſimè Garcia *in Polit. Relig. 1. tom. tract. 3. difficult. 4. dud. 2. num. 5.* ibi: *Pero preguntarà alguno, que diferentia ay entre la profeſsion tacita, y expreſſa? Reſponde, que dos ſeñalan los Doctores: la primera, que en fuerza de la tacita no eſtà vno tan ligado a la religion en què profeſsò, que no ſe pueda paſſar a otra mas ancha. Conſta ex Cap. conſtituens, de Regul. in 6. lo qual no milita en la expreſſa.* Vnde ſi ad laxiorem Ordinem poterat Caccialupus tranſire, nil mirum ſi idem procederet reſpectu arctioris, & ſtrictioris ex eo capite, quod profeſſionem expreſſam in Religione Hieroſolymitana non emiſſerat. 42

Secunda circunſtantia, quam Mendo incertè Poſtij deciſioni adiecit, eſt, *quod ſacra Rota declaravit profeſsionem eſſe validam*, quia in primis lis, & controverſia fuit de manutentione, & poſſumus dicere, quid commune habet poſſeſſio cum proprietate. *l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de adquir. poſſeſſ.* deciſio autem fuit in manutentione, vt in poſitione caſus, ibi: *Domini denegarunt* 43

negarunt manutentionem Hieroſolymitanis, concedendam dixerunt PP. Barnabitis. Et proprietas fuit reſervata iudicio petitorio *numer.* 21. ibi: *Quoniam hæc omnia dixerunt Domini, altiorem requirere indaginem, & diſcuſionem petitorij reſpicere, & num.* 25. ibi: *Exceptionem Hieroſolymitanam valdè ancipitem eſſe, & difficultatibus implicatam, & propterea vt dixi, vti altiorem indaginem requirentem ad petitorium omnino reijciendam.* Rota apud Bordonum *in eodē caſu, & deciſione ex num.* 51.

44 Vndè clarè videtur prædictam Poſtij deciſionem, & alias noviſsimas, quæ in eodem caſu prodierūt, non officere noſtræ opinioni, nec procedere in tranſitu Regularis profeſsi profeſsione expreſſa, nec in cauſa proprietatis, in qua dicimus eſſe nullam ſecundam profeſsionem factam in alio Ordine ſine licentia Superioris, vt voluit Hoſtienſis communiter ſecutus, quod & agnoverunt Domini de Rota *in dict. deciſione num.* 21.

CAPVT III.

AN LITE PENDENte ſuper tranſitu debeat Regularis manere in poſteriore Religione, vel in prima.

SVMMARIVM.

LIte pendente ſuper tranſitu Regularis, ſecundæ Religioni dāda eſt manutentio. 1. *contra* 2.

Regularis ſine licentia nulliter profeſſus poteſt ſe reſtituere in priſtinum habitum. 3.

Reſtitutio celeriter eſt facienda 4.

Reſtituto Regulari in priſtinum Habitum Religio prima eſt in actuali poſſeſsione. 5.

Prædo quando ſit manutenendus. 6.

Renunciatio iuris proprij non præſumitur ex actu tacito. 7.

Licentia tranſeundi ad aliam Religionem non præſumitur. 8.

Tranſiens ad primam Religionē laxiorem non eſt apoſtata. 9.

EX quęſtionis antecedentis 1
deciſione venit decidenda ſecunda quæſtio, quæ vertitur in eo, an lite pendente ſuper tranſitu debeat Regularis manere in poſteriori Religione, vel in prima. Et quod manutentio concedēda ſit poſteriori Religioni, tenent Bonacina *tom.* 1 *tract. de clauſura q.* 2 *punct.* 9. §. 3. *difficult.* 1. *nu.* 8. Mendo *de Ordinib. Militarib. diſquiſit.* 3. *q.* 12. *nu.* 126. Rota apud Poſtium *de manutenendo deciſ.* 164. & apud Bordonum *poſt tractatum de profeſsione deciſ.* 29. *per totam maximè nu.* 19. & 20. primò, quia ſicut prædo in poſſeſsione tenēdus eſt, donec de illius delicto conſter, ita à fortiori danda eſt manutentio ſecundæ Religioni, donec conſter, Religioſum ad priorem Religionē pertinere. Secundò, quia poſſeſsio primæ Religionis amiſſa fuit per tolerantiam, quod Regularis maneat in ſecunda per aliquod tempus, maximè ſtante ſcientia Superioris primæ, quæ inducit licentiam tacitā, vel facit præſumptionem, tranſitū fuiſſe cum licentia.

Sed his non obſtantibus, ſi decre 2
to Superioris primę Religionis fuit ad primum Habitum reſtitutus, & in hoc ſtatu ſuboritur lis, manutentio eſt danda primæ Religioni, quæ

eſt

est in actuali possessione; primò, quia vt ex Abbate Panormitano *cons. 95. lib. 1.* resolvit Thomas Sá-
3 chez *in præcept. Decalog. lib. 6. capit. 7. num. 96.* Regularis sine licentia nulliter professus propria authoritate potest se restituere in pristinum Habitum, & tenetur redire, si commodè, & absque scandalo possit, & Religiosi Prioris Monasterij velint eum admittere. Ergo multo magis poterit Religio eum restituere, Sanchez *nu. 95.* Bartholomæus à S. Fausto *in Thesaur. relig. q. 341.* Barbosa *in cap. licèt, de Regularib. nu. 31.* Lezana *consulto 17. n. 29.* at restitutio celeriter est facienda. *Ca-*
4 *pit. non est vobis, de Regularib. Capit. Ioannes, eod. tit.* Et de facto, quia quæ de facto fiunt, de facto rescindi debent, & nihil tàm naturale est, quàm eo genere quidquid dissolvere, quo colligatum est. At semèl restitutione facta Superioris decreto, hæc possessio est manutenibilis; tùm quia iustè possidet, qui
5 prætore authore possidet. *l. iustè possidet ff. de adq. possess.* tùm quia per restitutionem est in actuali possessione. *Cap. in literis, de restitut. spoliatorum.* Cæsar Argelius *de adquirenda possessione. q. 1. art. 7. n.* 98. & ita tenet in terminis Thomas Sanchez *d. lib. 6. cap. 7. num. 101.* vbi cum Innocentio, Ancharrano, & Cardinali firmat, quod durante Lite debet stare in prima Religione, quæ habet veram possessionem. Zabarela *in cap. licèt, de Regularib. n. 16. vers. Et de illo,* & ibi Anania *num. 6.*

6 Et non obstant in contrarium relata, non primum, nam quod prædo sit manutenendus, procedit non perdita possessione, & re restituta domino, quia si tempore motæ litis dominus, vel alium titulum, aut ius in re habens est in actuali possessione, præcisè est manutenendus. Non secundum, quia ex taciturnitate non inducitur consensus: is namque qui tacet, non fatetur, vt *in regula iuris in 6.* multa enim tolerantur, quę non approbantur. *Ca-* 7
pit. cum iam dudum, de præbend. vbi Gloss. & ex actu tacito non præsumitur renunciatio iuris proprij. *Cap. super hoc, & Cap. sanè, de renuntiat.* Et in nostro casu Hispalen si relato capite antecedenti Eques Melitensis, qui Habitum Seraphicum susscepit, erat in Indijs, vbi pro tunc nulla scientia, aut taciturnitas potuit imputari Religioni. Nec obstat, quod dicitur de licentia præsumpta, quia debet esse expressa petita à subdito, & tunc si non contra 8
dicit Superior, videre est eam concedere; & in hoc tantùm casu potest dici præsumpta, non quando nullo tempore subditus licentiam postulavit, quæ non præsumitur. Hostiensis, Ioannes Andreas, Ancharaanus, & alij per Thomam Sánchez vbi supra *num. 95.* & regulariter licentia cùm sit quid facti, & solemnitatis formalis, quę scripturá requirit, nec longissimo tempore præsumitur. Menoch. *de præsumptionib. lib. 3 præsumpt. 132.*

Ex quibus sic transeuntem ad 9
primam Religionem laxiorem etiá absque licentia, & consensu secundæ non esse apostatam, vt certum iudico, & tenent Abbas *in cap. sane, de Regularib. num. 6.* Thomas Sanchez *vbi sup. cap. 8. n. 8.* Silvester *in summ. verb. religio. 4. num. 4.* quia non vagat per sæculum, sed est in prima Religione, & primęva sua vocatione, & instituto, & in casu permisso.

* * *
* *
*

CAPVT

CAPVT IV.

AN INFORMATIONES de legitimatione, moribus, & vita, ſint recipiendæ Regularis Melitenſis de licentia Superioris tranſeuntis ad arctiorem Religionem? Et an ſimili tranſitu detur annus novitiatus?

SVMMARIVM.

INformationes de legitimatione, moribus, & vita ſunt recipiendæ Regularis Hieroſolymitani de licentia Superioris tranſeuntis ad arctiorem Religionem. 1. & 2.

Annus novitiatus an dari debeat in tranſitu vnius Religionis ad alteram. 3. & 4.

NOtatis circa licentiam trãſitus ad arctiorem Religionem ſcriptis ſupra *cap.* 2. & 3. ſequitur in eodem themate quæſtionem vtilem, & practicabilẽ referre: nunquid ſi Eques Melitenſis de licentia Superioris tranſeat ad arctiorem, & ſtrictiorem Religionem, informationes de legitimatione, moribus, & vita iuxta Sixti V. conſtitutionem editam. 1587. ſint recipiendę? Et videtur negativè reſpondendum: nam minimè recipiuntur dictæ informationes, quãdo quis ex vna Religione ad aliam tranſit, vt patet ex praxi: ergo neq; recipiendæ erunt, quando Eques Hieroſolymitanus vult ingredi aliquam Religionem, cum Hieroſolymitana ſit propriè, & verè Religio, vt aliæ Religiones.

Sed his non obſtantibus Bartholomeus de Vecchis *in praxi recip. novit. diſput.* 6. *dub.* 6. *num.* 1. & 2. ſic ait: cum Sixti V. conſtitutio expreſſè tantum loquatur de commorantibus in ſæculo, Religioſi à tali onere immunes ſunt. Quod intelligendum eſt de omnibus Regularibus, etiam Procuratoris, vel Camarlengatus officio, alio vè huiuſmodi functi ſint in Religione, à qua diſcedunt. Excipiuntur profeſſi in Religionibus Militaribus, & multo magis Clerici, Præsbiteri, & quicumque Eccleſiaſtici in ſæculo cõmorantes; quia prędicta Sixti V. Bulla omnes comprehendit, qui è ſęculo ad Regularẽ ſtatum tranſeunt. Bordonus *in conſil. Regul. tom.* 2. *reſol.* 58. *num.* 16. & noviſſimè *de profeſſ. Regul. cap.* 4. *quæſ.* 7. Diana *p.* 9. *tract.* 8. *reſol.* 54. *verſ. Quæro ſecundo.* 2

An autem in ſimili tranſitu debeat etiam dari annus novitiatus, eſt dubium. Et partem affirmativã tenent Villalobos *in ſumm. tom.* 2. *tract.* 35. *dif.* 13. *num.* 21. Navarr. *conſ.* 61. *num.* 4. Thomas Sanchez *de matrimon. lib.* 7. *diſput.* 87. *n.* 47. Rodericus *tom.* 3. *quæſt. Regular. q.* 17. *art.* 8. Lęſſius *de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 13. Miranda *in Man. Prælat. q.* 31. *art.* 21. Pelliza rius *in Man. Regul. tom.* 1. *tract.* 2. *cap.* 1. *nu.* 20. Bordonus *de profeſſ. Regul. cap.* 6. *q.* 3. *& in conſ. Regul. reſol.* 29. *q.* 17. *n.* 62. quia Conciliũ Tridentinum *ſeſſ.* 25. *de Regul. cap.* 15. *& ſeſſ.* 14. *de reformat. cap.* 11. generaliter decernit nullum admitti ad profeſſionem, niſi poſt tranſactum annum integrum novitiatus. Lezana *conſulto* 17. *num.* 3. ſed eo non obſtante aliqui contrarium tenent, vt Sorbus, & Corduba, quos 3 4

ſuppreſſis

ſuppreſſis nominibus refert Barboſa *de iure Eccleſiaſtico lib. 1 capit. 42. n. 84.* Caramuel *in Regulam D. Benedicti diſput. 45. n. 544.* Diana *p. 7. tract. 11. reſol. 25.* vbi huic opinioni ſe adijcere, niſi praxis non fuiſſet in contrarium, teſtatur. Fundamentum eſt, quia annus novitiatus ſufficit, quod in prima Religione ſit adimpletus; & tranſitus de vna Religione in alteram, licèt mutet Religioſi obligationes, non ponit eum in alio ſtatu: nam Regularis manet arctioris, vel laxioris Religionis. De quibus, & alijs queſtionibus videndi ſunt Thomas Sanchez *in præcepta Decalogi lib. 6. cap. 7.* Bonacina *tom. 1. tract. de clauſura. q. 2. punct. 9.* Caſtrus Palaus *tom. 3. tract. 16. diſput. 4.* Barboſa *de cap 42.* optimè Machado *in Perfecto Confeſſario tom. 2. lib. 5. part. 2. trat. 5. docum. 4. & 5.* Pellizarius *vbi ſup. capit. 1.*

DISCEPTATIO VIII.

DE VOTO CASTITATIS.

CAPVT I.

DE CASTITATIS obſervantia in Religione Hieroſolymitana, & de filijs Hieroſolymitanorum.

SVMMARIVM.

CAſtitas eſt res angelica, & commendatur. 1.

Luxuria Religioſis eſt fœdiſſima. 2.

Sacrilegium committitur in quocumque crimine contra caſtitatem à Religioſis commiſſo. 3. & adulterium. 4. & inceſtum. 5.

Inceſtum committitur cum omnibus illis perſonis, cum quibus de iure non poteſt eſſe matrimonium. 6.

Statuta Ordinis S. Ioannis contra concubinarios notantur. 7.

Caſtitatis votum in Ordine S. Ioannis eſt ſolemne, & abſolutæ caſtitatis, ſicut factum in Religionibus clauſtralibus. 8.

Hieroſolymitani, & eorum concubinæ tenentur in confeſſione dicere ſe concubuiſſe cum homine religioſo. 9.

Filij Hieroſolymitanorum inceſtuoſi ſunt, & ſacrilegi, & à ſucceſſione patris excluduntur. 10.

Filij Hieroſolymitanorum excluduntur à ſucceſſione matris. 11.

Filij Equitum S. Iacobi, Calatravæ, & Alcantaræ ſuccedunt matri, & iudicantur naturales. 12.

CVM de caſtitatis voto agamus, in primis animadvertendum venit, quod continentibus propè exiſtit Dominus, qui Caſtitatis eſt dilector, & promittit illam ſervantibus ſempiternum

num nomen, quod non peribit, *Eſai. cap. 56.* eſt enim caſtitas res angelica. Math. 22. Luc. 20. Marc. 12. & ea mediante homines Angelis aſſimilantur, qui Dei auxilio non timebunt vincere carnis appetitũ: Deus enim nos ſuſcitabit per virtutem ſuam, inquit Apoſtolus. 1. *ad Corint.* 6. quoniam corpora noſtra membra ſunt Chriſti.

2 Quæ maximè conveniunt Religioſis, & his qui ſacra tangunt, Levit. 20. cum igitur luxuria omni Chriſtiano ſit turpis, religioſis eſt fœdiſsima: quia per continentiæ votum ſe Deo conſecrarunt. Vndè in quocumque crimine contra caſtitatem à Religioſis commiſſo ſacrilegium committitur. Sanct. Thomas 3 2. 2. *q.* 154. *art.* 10. S. Bonaventura *in Centiloquio ca.* 24. *tom.* 1. *Opuſc.* committitur etiam adulterium ſpirituale, cum anima Deo deſponſata violetur, vt ait S. Thomas *dicta q.* 154. *art.* 1. *ad* 3. Felin. *in cap. at ſi Clerici nu.* 13. *de iudicijs*, vbi Decius. *n.* 234. Navarr. *in Manual. capit.* 15. *n.* 3. Alderete *de Relig. diſcipl. tuend. cap.* 15. *nu.* 3. Marquardus *de cœlibatu Sacerdotum non abrogando.* 1. *p. cap.* 9. *n.* 4. item, & inceſtum, cum ſit nobis coniuncta 5 in Chriſto. *Cap. virginibus* 27. *q.* 1. vbi Gloſ. Menochius *de arbitr. caſu* 418. Barboſa *de poteſt. Epiſcop.* 1. *p. allegat.* 15. *n.* 7. inceſtum enim committitur cum omnibus illis perſonis, cum quibus de iure non poteſt eſſe matrimonium. Farinac. *de delict. carn. q.* 149. *n.* 38.

7 Ex quibus laudanda quidé ſunt Hieroſolymitani Ordinis ſtatuta, in quibus graviter puniuntur concubinarij, & caſtitatis promiſſę Domino fractores, *vt in tit.* 18. *nu.* 50. *&* 51. vbi Dignitatibus, & Honoribus, Commendis, Beneficijs, & officijs privantur, & ad ſucceſsioné eorum inhabiles redduntur, inceſtuoſi, adulteri, & ſacrilegi nominati, quia votum caſtitatis in Hieroſolymitano Ordine eſt ſolemne, & perfectæ, & abſolutæ caſtitatis, ſicut factum in Religionibus clauſtralibus. Et ideò vxores ducere nõ 8 poſſunt. Petrus Gregorius *tib.* 15. *ſyntagm. c.* 34. *n.* 3. Azor *Inſt. Mor.* 1. *p. lib.* 12. *c.* 5. *verſ. Porro, & lib.* 13. *c.* 3. *q.* 2. Machado *in Perf. Conf. tom.* 1. *lib.* 5. *par.* 4. *trat.* 2. *docum.* 5. *n.* 1. Mendo *de Ordin. Milit. diſq.* 5. *q.* 3. *n.* 16. Bordonus *de prof. Reg. c.* 25. *q.* 3. *n.* 4.

Vndè non ſolùm Equites ipſi, 9 ſed eorum concubinæ tenentur in confeſsione dicere ſe concubuiſſe cum homine religioſo: ambo enim egerunt contra caſtitatem voto ſolemni religionis addictam. Roderi cus *tom.* 1. *quæſt. Regul. q.* 13. *art.* 2. Ayala *in libello Ordinis S. Iacobi.* Mota *ſup. Reg. S. Iacob. lib.* 2. *ca.* 2. *§.* 23. *n.* 6. Diana *p.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 30. *& p.* 10. *tract.* 12. *reſol.* 1. *verſ. Ex quibus.* Sperellus *deciſ.* 2. *n.* 55. Lezana *tom.* 2. *Regul. c.* 5. *n.* 11. Machado *vbi ſup. docum.* 5. *n.* 2. Mẽdo *diſq.* 5. *q.* 1. *n.* 2. Araujo *de obligat. Ordin. Milit. tr.* 1. *c.* 8. *n.* 72. Garcia *in Polit. Reg. tom.* 1. *tra.* 1. *dif.* 5. *du da* 4 *pun.* 2. *n.* 15. Thomas Delbene *de immunit. Eccleſ. p.* 1. *c.* 1. *dub.* 11. *ſect.* 3. *n.* 2. qui ferè omnes de noſtris Equitibus Hieroſolimitanis loquuntur.

Ex dictis etiam venit, quod cum 10 noſtri Equites Hieroſolymitani ſint proprié Regulares ſolemni voto caſtitatis aſtricti, eorum filij inceſtuoſi ſunt, & ſacrilegi, vt deciditur in dictis ſtatutis *num.* 51. filij enim Monachorum inceſtuoſi ſunt. *Cap. virginibus* 27. *q.* 1. & ita à ſucceſsione patris excluduntur. Franchis *deciſ.* 28. vbi, quod filij Equitis Hieroſolymitani profeſsi non fuerunt

runt admiſsi ad hæreditatem avi, & ſacrum Hoſpitale fuit abſolutum ab impetione ſectarum. Riccius *collect.* 216. Novarius *de elect. fori. ſect.* 1 *q* 37. *n.* 1. *vſque ad* 9. *& in* 3. *impreſſ. ann.* 1656. *ſect.* 2. *q* 69. *n.* 7. vbi plures citat, Gratian. *tom.* 5. *capit.* 880 *n* 3. *& tom* 4. *cap.* 457. *nu.* 30. Diana *p.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 30. *verſ.* 2. Addentes ad Molinam *de Primogen. lib.* 2. *c.* 9. *num.* 69. *verſ. Hæc ſententia.* Thomas Delbene *vbi ſup. n.* 4. Paſchalis *de virib. patr. poteſt. p* 2. *cap.* 1. *num.* 46.

11 Excluduntur etiam á ſucceſſione matris iuxta *legem* 9 *Tauri*, *q* ę eſt practicanda in filijs Commendatariorum S. Ioannis, quia ipſi ſunt verè Religioſi, & vt tales diſpoſitione legis comprehenſi. Covillos *commun. opinon. q.* 796 *n.* 30 Greg. Lopez *in. l.* 1 *tit* 7. *p.* 1 *gloſ magna.* Molina *de Primog. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 98.

12 Quæ excluſio non datur in filijs Equitum S. Iacobi, Calatravę, & Alcantaræ; quia nati ex ſoluto, & ſoluta natura eſ ſunt, & per ſubſequens matrimonium legitimantur: vt ſæpe deciſum eſt in Rota, & ólim at ex Seraphino *deciſ.* 587. Duran. *deciſ.* 388 Garcia *in Pouit. Reg. tomo* 1 *trat.* 1. *dif.* 5. *dud.* 4. *punt.* 2. *n.* 12 Mota *in Reg. D. Iacobi lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 12 Mendo *diſq.* 5. *q.* 1. *n.* 10. Molina *de iuſt. & iur. tract.* 2. *diſp.* 141. Lezana *tom.* 2 *Regul. capit.* 5. *n.* 41. Thomas Hurtado *de congrua* 1. *p. lib.* 2. *ſect.* 3. *num.* 742. Barboſa *de Iur. Eccleſ. lib* 3. *cap.* 7. *num.* 38. Phœbo *deciſ.* 68. *tom.* 1. Cevallos *d. q.* 796. *n.* 29. vbi quod eſt pulchra dubitatio, an filij Commendatariorum Alcantaræ, Calatravæ, & S. Iacobi ſuccedant matri; & in his non procedere diſpoſitionem. *l.* 9. *Taur.* tradit Azevedus *in. l.* 7. *tit.* 8. *n.* 52. *lib.* 5. *Recop.* quia ipſi poſſunt matrimonium cõtrahere ex licentia Regis; & ſic habentur, & iudicantur tanquam naturales; & in terminis. *l.* 11. *Tauri*, illud tenet Gutierrez *lib.* 2. *pract. q.* 111. vbi dicit hanc opinionem eſſe veriſſimam, & tenendam, & quod ita obtinuit in cauſa graviſſima in Regali Concilio. Quod omnino diverſum eſt in filijs Commẽdatariorum S. Ioannis, qui ſpurij, & inceſtuoſi ſunt, & ſucceſſionis incapaces.

CAPVT II.

AN SVMMVS PONtifex diſpenſare poſsit cum voto ſolemni caſtitatis Regularis Hieroſolymitani, ita vt vxorem poſsit ducere? Et quæ cauſa ad diſpenſandum ſit ſufficiens?

SVMMARIVM.

Diſpenſare non poteſt Summus Pontifex cum voto ſolemni Caſtitatis. 1. *contra.* 3.

Divus Matheus nolvit conſentire, quod Ephigenia Virgo Deo dicáta nuberet cuidam Regi Infideli, qui ſe Chriſtianum fieri promitebat. 2.

Votorum ſolemnitas de iure poſitivo eſt. 4.

Votum ſimplex, & ſolemne ex parte vouentis eãdem obligationem inducunt. 5

Diſpenſationes aliquæ factæ à Summis Pontificibus notantur. 6. 7. 8. 9. 10. *&* 11.

Cap. cum ad Monaſterium de ſtatu Monachor. interpretatur. 12.

Hieroſolymitanum Equitem poteſt Summus Poutifex in voto caſtitatis diſpenſare. 13.

Diſpenſaſſe Clementem VIII. cum multis Religioſis Equitibus in Ordinibus Alcantaræ, & Calatravæ, vt vxores acciperent, eo tẽpore, quo caſtitatem abſolutam vocabant, traditur. 14.

Diſpenſationis Hieroſolymitani Equitis eadem cauſa requiritur, quæ in Monachis non Militaribus. 15.

Diſpenſationis cauſa debet eſſe magna, & vrgentiſſima neceſsitas. 16.

Diſpenſationis cauſarum exempla. 17.

Diſpenſationis cauſa in Ordine Hieroſolymitano an ſit ſufficiens periculum incontinentiæ. 18. *&* 19.

Diſpenſationis cauſa ſufficiens eſt, ne extinguatur nobiliſsima familia. 20.

Diſpenſationes conſanguinitatis, & affinitatis difficillimæ factæ à ſummis Pontificibus notantur. 21.

Diſpenſatio in ſecundo gradu inter Magnos Principes à Concilio Tridentino permiſſa eſt. 22.

Diſpenſatio Equitis Hieroſolymitani, vt tranſeat ad Ordinem S. Iacobi, Calatravæ, vel Alcantaræ, facilior eſt. 23.

1 NON poſſe Summum Pontificem diſpenſare in voto ſolemni caſtitatis, videtur probari ex Innocentio III. *in Cap. cum ad Monaſterium de ſtatu Monachorum*, ibi: *Abdicatio proprietatis, ſicut & cuſtodia caſtitatis, adeo eſt annexa Regulæ Monachali, vt contra eam, nec Summus Pontifex poſsit licentiam indulgere.* S. Thomas. 2. 2. *q.* 88. *art.* 11. ibi: *Itaque dico Papam non poſſe facere, quod ille, qui eſt profeſſus Religionem, non ſit Religioſus, licèt quidam Iuriſtæ ignoranter contrarium dicant.*

Quantumvis cauſa detur vrgentiſſima, vt in caſu Divi Mathei, quẽ refert Abbdias Babylonius in eius vita, & Marquardus *de cœlibatu Sacerdotum non abrogando par.* 1. *cap.* 5. *n.* 10. ibi: *Sed Beatus Matheus Apoſtolus noluit conſentire, quod Ephigenia virgo Deo dicata nuberet cuidam Regi Infideli, qui ſe Chriſtianum fieri promittebat cum omni populo, quin potius mortem ſuſtinuit; licèt hoc caſu ſubeſſet cauſa vrgentiſsima.* Idem refert Thomas Sanchez *de matrim. lib.* 8. *cap.* 8. *n.* 6. 2

Verùm contraria opinio hodie communis eſt, & vniformis, & poſſe Summum Pontificem diſpenſare in voto ſolemni caſtitatis, tenẽt idem Sanct. Thomas *in.* 4. *d.* 38. *q.* 1. *art.* 4. multi Canoniſtæ, & Iuriſtæ, quos refert, & ſequitur Gratianus *diſcept. forenſ. tom.* 3. *c.* 457. *ex n.* 1. *vſque ad* 9. Gutierrez *de matrimonio, cap.* 123. *n.* 1. Barboſa *de poteſt. Epiſcop.* 1. *p. allegat.* 15. *n.* 23. Marquardus *de cœlib.* 1. *p. c.* 5. *n.* 8. Rodericus *tom.* 1. *quæſt. Regul. q.* 25. *art.* 1. *& tom.* 3. *q.* 29. *art.* 7. Azor *Inſt. Moral.* 1. *p. lib.* 12. *c.* 7. *& lib.* 13 *cap.* 6. *q.* 4. Suarez *de Relig. lib.* 6. *c.* 16. *n.* 5. Thomas Sanchez *d. ca.* 8. *& lib.* 5. *Decalog. c.* 2. *n.* 5. *& lib.* 4. *cap.* 36. *n.* 14. Baſilius *de matrim. lib.* 7. *c.* 10. Bartholomeus à Sancto Fauſto *in Theſaur. relig. lib.* 3. *q.* 36. Lezana *tom.* 1. *c.* 2. *n.* 6. *& conſulto* 11. *per totum.* Diana *p.* 8. *tract.* 1. *reſol.* 73. *& p.* 10. *tract.* 12. *reſol.* 1. Garcia *in Polit. Relig. tom.* 1. *trat.* 3. *dif.* 3. *dud.* 5. *punt.* 2. Mendo *de* 3

Ordinib.

Ordinib. Militarib. disq. 3. q. 13. ex n. 135. Pellizarius in Man. Regul. tom. 1. tract. 4. c. 3. nu. 108. Bordonus resol. regul. 85. q 4 & decis. 62. & de profess. c. 1 q. 40. n. 250. cum seqq. & c. 25. q. 17. n 24.

4 Quia solemnitas votorum de iure pontivo est. *Cap. vnic. de voto lib. 6.* & perconsequens subiecta Romano Pontifici, qui potest suum decretum relaxare; sicut & in cœteris votis non solemnibus potest dispensare, cum eademmet obligatio resultet ex voto simplici, quàm ex
5 solemni ex parte vouentis iuxta. *Cap. rursus qui Clerici, vel vouentes.*

6 Quam quidem dispensationem fecisse iam aliquos Summos Pontifices scriptum est: nam Cœlestinus Papa III. dispensavit, vt Henricus Imperator Constantiam Monialem Rogerij Siciliæ Regis filiam duce-
7 ret in vxorem. Dispensatum quoq; fuit cum Ramiro Aragonum, & Ioã ne notho Portugaliæ Regibus,
8 Marquard. *d. c. 5. n.* 8. & cum Casimiro Poloniæ Rege Monacho S. Benedicti professo, & Diacono, Azor. *d. lib.* 12. *c.* 7. & non tantùm cum Regibus, sed & cum Equitibus, ex rationabili causa aliquando
9 fuit dispensatum; vt fecit Alexander III. cum Nicolao Iustiniano Veneto religioso in Monasterio Sancti Nicolai, qui solus tunc ex Familia Iustiniana supererat, vt vxorem acciperet; ne Familia tâm illustris
10 extingueretur. Et Alexander VI. dispensavit cum Cæsare Diacono Cardinali, vt vxorem duceret filiã Ducis Valentiniani, Cenedo *ad decret. collect.* 124 *n.* 5. Lezana *dict. consulto* 11. *num.* 10. & Gregorius
11 XIII. dispensavit cum Germano Cardinalis Loyolæ Sacerdote professo, & Provinciali Ordinis Capuccinorum. Diana. *d. resol.* 1. Barbosa *dicta allegation* 15. *numer.* 24.

Neque obstat textus *in. d. Cap.* 12 *cum ad Monasterium*, cui communiter respondent Doctores, non posse Pontificem dispensare, vt Religiosus quandiù manet Religiosus proprium habeat, vxorem ducat, ac liber ab omni obedientiæ iugo sit, eo modo, quo sunt cœteri sæculares; successivé tamen benè fieri potest ex aliqua vrgenti causa, & authoritate Apostolica, vt qui aliàs erat Religiosus desinat Religiosus esse, & fiat sæcularis, habeatque proprium, & matrimonium contrahat, & liber sit ab omni obedientia, licèt in primitiva Ecclesia Divus Matheus noluisset dispensare fortè ex causa, & motu divinitùs inspirato, quia tunc temporis dispensatio non era congrua Ecclesiæ, vel quia libidinis appetitu, & non bono zelo à pagano Rege optabatur animo defraudandi virginem Deo dicatam.

Quæ dicta procedunt etiam res- 13 pectu Equitis Hierosolymitani, quê potest Summus Pontifex in voto castitatis dispensare, Navarr. *cons.* 2. *n.* 3. *de convers. coniugat.* Gratianus *dict. cap.* 457. *n.* 12. Azor, Mendo, Diana, & Lezana vbi supra.

Quod quidem comprobatur ex 14 eo, quod notant Azorius *lib.* 12. *capit.* 7. *q.* 1. Rocafus *in praxi Theolog. Moral. tom.* 2. *lib.* 3. *part. Decalog. ca.* 4 *n.* 504. Clementem VIII. cum multis Religiosis Equitibus professis in Ordinibus Alcantaræ, & Calatravę dispensasse, vt vxores acciperent eo tempore, quo castitatem absolutam vocabant.

Ad huiusmodi tamen dispensa- 15 tionem Regularis Hierosolymitani eademmet causa requiritur, sicut in Monachis, & Religiosis non Militaribus, cùm propriè sint Regulares huius Ordinis Fratres. Navarr.

&

& Gratian. citati, Barboſa *de iure Eccleſiaſtico lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 53. Alexander Sperellus *deciſ.* 21. *n.* 47.

16 Prędicta tamen ſunt intelligenda, quando adeſſet aliqua vrgentiſſima neceſſitas, & ex iuſta, & magna cauſa, quę vix poſſit accidere. Anchar. *in d. cap. cum ad Monaſterium. n.* 24. Socin. *conſ.* 92. *col.* 3. *lib.* 1. Nata *conſ.* 33. *n.* 1. Felinus *in cap. ſi quando. n.* 5. *ad fin. de reſcriptis*, cum alijs Gratianus *num.* 9. 10. 11. & 12. Medina *de ſacrorum hominum continentia, lib.* 5. *capit.* 37. Thomas Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 8. *n.* 8.

17 Exempla autem varia iſtius maximę, & vrgentiſſimæ cauſæ afferũtur per Doctores: vt quando Monachus ſucceſſor eſt Regni, ne nomẽ Regium pereat. Marquardus *de cœlibatu* 1. *p. cap.* 3. *n.* 1. vt accidit in Ramiro Aragonum Rege. Aut ne extinguatur nobiliſsima Familia. Diana. *d. reſol.* 1. *verſ. Verùm.* Lezana. *d. conſul.* 11. *n.* 28. vt in Nicolao Iuſtiniano notatum eſt. Vel pro cultu Dei ampliãdo, aut litibus multorum Regnorum componendis, & in alijs, de quibus Gratianus, Thomas Sanchez, & Diana in locis citatis.

18 Sed an ſit cauſa ſufficiens ad huiuſmodi diſpenſationem in Religione Hieroſolymitana periculum incontinentiæ ob alicuius Equitis fragilitatem videtur dubium. Et eſſe iuſtam cauſam diſpenſandi volunt Diana cum multis. *d. reſol.* 1. *verſ. Stando.* Lezana. *d. conſult.* 11. *n.* 22. ſed in eodem caſu contrariũ

19 benè probat Gratianus *ex num.* 36. quia non poteſt dici vrgens cauſa, dicere ſe legi carnis non poſſe reſiſtere; prout ſimilis diſpenſatio fuit denegata Diacono, pro quo intercedebat Æneas Silvius tunc Cardinalis apud Calixtum III. cui poſtea idem Silvius ſucceſſit nomine Pius II. *vt in ſuis Epiſtolis in Cardinalatu compoſitis fol. penult.* vbi ſcribit eſſe expectandũ ab amico Apoſtolatum alterius, qui mitior ſit, vt referunt Felinus *in. d. ca. ſi quando.* Marquardus 1. *p. cap.* 5. *n.* 9. idem voluit Petrus de Aragon *de iuſt. & iur. q.* 88. *de voto art.* 11. *col.* 5. vbi loquitur de Militibus Hieroſolymitani Ordinis, cum quibus nunquã fuit diſpenſatum ob iſtam cauſam, quia non poterant ſervare caſtitatem.

Verùm ſi huic cauſę privatę adhæreat publica, concedi poſſe diſpenſationem, benè probant Diana, & Lezana; quia plures cauſæ aggregatæ ſufficiunt, quarum ſingulę nõ ſufficerent: & in ſuo caſu ponderãt pro iuſta cauſa authoritatem, & merita intercedentis pro oratore Hieroſolymitano, qui erat Auguſtiſsimus Rex noſter Hiſpaniarum, cuius epiſtola ad literam ſcripta eſt apud Lezanã *n.* 31. quia multum expedit Eccleſię habere Reges ſpecialiter devinctos. Erat etiam alia cauſa, ne extincta maneret vna ex nobiliſsimis Familijs Regni Maiorica rum; cuius cauſa ne periret Familia nobilis, diſpẽſavit Gregorius XIII. cum Comitiſſa de Sancta Gadea, vt nuberet patruo ſuo, qui primo vxoratus fuit cum ſorore illius, ipſaque etiam habebat factum votum caſtitatis in manu Epiſcopi; in quo facto Pontifex primo diſpenſavit in voto caſtitatis corã Epiſcopo emiſſo: ſecundo diſpenſavit, vt Comitiſſa contraheret cum marito olim ſuæ ſororis: tertiò diſpenſavit, vt contraheret cum patruo. Hẽriquez *in ſumm.* 3. *part. lib.* 12. *cap.* 3. *n.* 9. *lit. d.*

Et ſimiles diſpenſationes circa matrimonia contrahẽdę factas enumerat Marquardus 1. *p. cap.* 3. *nu.* 1.

DD. Franciscus Ramos *in sua docta allegat. de impedim. matrim. numer* 437. transcriptus á Diana *p.* 8. *tract.* 1. *resol.* 68. vt de Martino V. qui dispensavit, vt Frater caperet in vxorem Germanam suam, Archiepiscop. Florentin. *in summ p.* 3 *tit.* 1. *cap.* 11. relatus à Marquardo *d.n.* 1. [quam dispensationem fieri posse late probat Diana *p.* 4. *tract.* 4 *resol.* 93 *& p.* 8 *tract.* 1. *resol.* 70. Basilius *de matrim. lib.* 7. *c.* 33. *n.* 3. Escobar *in Theol. Moral. tract.* 7. *exam* 9. *ca* 9. *n.* 107. Caramuel *in Theol. Moral. lib.* 2. *disp* 3. *art.* 5. *n* 554. *concl.* 2. & fuit opinio Divi Thomæ. 2. 2. *q.* 154 *in resp. ad* 3.] & quod filius Fratris duceret in vxorem coniugem patrui sui, quod fuit in Regè Angliæ, & Iulius II. dispensavit alium Regem Angliæ, vt posset in vxorem capere relictã Fratis sui defuncti sine sobole, Diana, & Lezana *vbi supra*. Alphonsus de Castro *lib.* 1. *de potestate legis pœnalis cap.* 12. Mariana *lib.* 26. *cap.* 17.

22 Et Concilium Tridentinum *sess.* 24 *cap.* 5. *de reformat.* decernit, quod in secundo gradu nunquam dispensetur nisi inter Magnos Principes, & ob publicam causam. Quod practicatum est, ita vt Pontifices aliquando soleant dispẽsare etiam inter Barones Feudatarios, & alios viros nobiles, & ex causa tangente bonum spirituale.

Hæc quę de dispensatione Equi 23
tis Hierosolymitani dicta sunt, facilè procedunt in casu, quo trãseat ad statum religiosum Equitis Sancti Iacobi, Calatravę, Alcantarę, Montesæ, & similium Ordinum Militarium, in quibus castitas coniugalis seruatur; quia commutatio voti continentiæ in castitatem cõiugalem non mutat substantiam Regulæ, vt docet sacra Rota *diuers. p.* 2, *decis.* 266. *n.* 6. Riccius *in praxi. p.* 4. *resol.* 76. *num.* 3. Sperellus *decis.* 2. *tom.* 1. *num.* 64. & sic concludunt Mendo *dict. quæst.* 13. *numer.* 136. Azor *vbi supra quæst.* 4. Lezana *dict. consult.* 11. & Diana *dict. resol.* 1. Qui duo Authores scripserunt pro dispensatione petita à Fr. D. Pelaio Quiñet Hierosolymitano Milite, sed nullus eam obtinuisse affirmat, cum Lezana in omnibus ferè consultis casus decisionem referre soleat.

* * * * * * *
* * * * * *
* * * * *
* * * *
* * *
* *
*

DISCEPTATIO IX.

DE VOTO PAVPERTATIS.

CAPVT I.

DE PAVPERTATIS obſervantia in Religione Hieroſolymitana, & an Fratres habeant proprietatem bonorum, veltantùm vſufructum.

SVMMARIVM.

Paupertatis votum commendatur. 1.

Paupertatis votum factum in profeſſione quid operetur. 2.

Statuta Ordinis S. Ioannis de Paupertate referuntur. 3.

Paupertatis votum in Ordine Hieroſolymitano interpretatur ex doctrina Azoris, qui refertur. 4.

Profeſſione Equitis Hieroſolymitani, ſi de ſuis bonis non diſpoſuit, dominium tranſivit in Religionem. 5.

Hieroſolymitanus reſervare non poteſt bona ad effectum teſtandi, ſicut quilibet alius Religioſus. 6. & 7.

Bona hæreditaria Hieroſolymitani poſt profeſsionem pertinent Religioni. 8.

Hæreditas ſuperveniens poſt profeſſionem non defertur Monacho, ſed Monaſterio, etiam in Ordine Hieroſolymitano. 9. & 10.

Bona mobilia Hieroſolymitani viuentes poſſunt alienare. 11.

Donationes modicas ex Superioris licentia poteſt quilibet Religioſus viuens facere. 12.

Bonorum mobilium Hieroſolymitanos habere dominium volait Bonacina. 13.

Donatio facta concubinæ à Hieroſolymitano non valet. 14.

Bonorum patrimonialium conſuetudinem eſſe, vt Hieroſolymitani arbitrio ſuo diſponant. 15.

Conſuetudo Hieroſolymitanorũ diſponendi de immobilibus invalida eſt. 16.

Conſuetudo contrà ſubſtantiam Regulæ non valet. 17.

Conſuetudine non poteſt habilitari Monachus ad teſtandum. 18.

Hieroſolymitani Religioni acquirunt proprietatem, & dominium, poſſeſſionem verò, & vſumfructum retinent. 19.

Bona acquiſita á Hieroſolymitanis negociatione illicita non cadunt ſub ſpolio, ſed acquiruntur Ordini. 20.

Fructuum Commendarum acquirunt Hieroſolymitani vſumfructum cum facultate diſponendi ad libitum de mobilibus in vita, non in morte. 21.

Locari poſſunt bona Commendarum, & quomodo. 22.

Locationes ad longum tempus factæ per Commendatarios, & alienationes ſine ſolẽnitatibus, per Cõſeruatores Ordinis poſſũt revocari. 23

Bona

Bona Hieroſolymitana ad vitã, vel in emphiteuſim concedi non poſſunt. 24.

Alienatio, quibus interdicitur locare ad longũ tempus, vel in emphiteuſim concedere non licet. 25.

Inventarium tenentur facere quolibet anno Hieroſolymitani. 25.

1 PAupertatem ad Religionis perfectionem maximè requiri, docet S. Thom. 2. 2. *q.* 186 *art.* 3. Et meritò, cùm Dominus noſter Ieſus Chriſtus apud Matth. *cap.* 19. dixerit: *Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus.* Vnde optimè paupertatis votum, Religionis murus vocatur, & Paupertatem tanquam matrem diligere debent Regulares, quoniam ea, vt ait B. Ambroſius: Parens quædam, generatioque virtutum eſt. Aderete *de Relig. diſciplin tuend. cap.* 16 *lib.* 2.

2 Per votum autem Paupertatis factum in Profeſſione Religioſus nihil habere poteſt proprium, ſed nec poſſidere, nec dare, nec accipere ſine Superioris licentia. *Cap non dicatis.* 12. *q.* 1. ibi: *Non dicatis aliquid proprium: ſed ſint vobis omnia communia.* Qua per Profeſſionem ſe & ſua dedicant Deo Regulares, dominium, & poſſeſſionem in Religionem tranſferentes, cui, & non ſibi deinceps acquirunt. *Authent. Ingreſſi. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Cap. Cùm ad Monaſterium, in fine, de ſtatu Monachor. Nov. ll.* 5. *cap.* 5. Innocentius *in Cap. Cùm olim.* 13. *num.* 3 *de Privileg.* Abbas *in Cap. Veniens* 16. *num.* 5. *de converſ. coniugat.* Felinus *in Cap. In præſentia, num.* 39. *de probat.* Gloſſa celebris *in dict. Capite Non dicatis, verbo Poſſidere*, vbi dicit, quòd non poteſt habere Religioſus veſtem propriam ratione dominij. Cum multis Franciſcus Niger Cyriacus *tom.* 1. *controverſ.* 144. *num.* 18. *& ſeqq.* Alderete *dict. cap.* 16.

Hæc, quę indiſtinctè de Paupertate Religioſa ſcripta ſunt, Hieroſolymitanæ quoque Religioni adaptantur; tum quia eſt propriè, & rigoroſè Religio, in qua tria vota ſolemnia fiunt, Caſtitatis ſcilicet, Paupertatis, & Obedientię: tum quia ex ſtatutis Ordinis id ſatis colligitur, vt *in tit.* 5. *de communic. Ærario, num.* 1. ibi: *Cùm bona, & facultates, quæ Ordo noſter poſſidet, piorum hominum liberalitate collata ſint ad ſuſtinendas Hoſpitalitatis impenſas, & propulſandos Chriſtiani nominis hoſtes: certum eſt, Fratres noſtros proprij in eis, aut priuati iuris nihil habere: ſed eorum verum dominiũ, ac proprietatem, & ius omne ad ſolum ipſum Ordinem noſtrum expectare.* Et num. 30. ibi: *Omnia bona mobilia, & ſe moventia quorumcumque Fratrum noſtrorum, quàm in Conventu, quàm extra decedentiũ, cuiuſcumque conditionis, & qualitatis fuerint, quæ ſpolia vocamus, ad commune noſtrum Ærarium pleno iure pertinent.* Et in tit. 16. de contractibus *num.* 10. ibi: *Quidquid Religioſus acquirit, Religioni acquirit, ideo ſancitum eſt, quòd Fratres Ordinis noſtri, qui per emptionem, donationem, aut alia quacumq; ratione, bona, prædia, cenſus, ſeu annuos reditus, vel iuriſdictionem acquiſiverunt, & ſibi vendicaverũt nullo pacto abſque Magiſtri, & Capituli Generalis conſenſu vendere, alienare, impignorare, aut quovis modo diſtrahere poſſint: ſed ea, quæ acquiſiverunt Fratres, vita eorum durante poſſideant, & teneant.* Et in *tit.* 18. *de prohibitionibus, & pœnis, nu.* 1. vbi prohibetur Fratribus teſtamentum condere, hęredem inſtituere, ſeu legata facere inſerta ratione 3

tione, ibi: *Votum paupertatis id exigit, vt bonorum dispositio liberæ voluntati non subiaceat.*

4 Sed nihilominus quo ad fructus tàm Commendarum, quàm aliarum rerum, facultatem in vita liberè disponendi, & commerciandi Fratribus permissam esse videtur; & sic votum Paupertatis in Religione Hierosolymitana interpretata est consuetudo, vt testatur Azor *Instit. Moral. p. 1. lib. 12. cap. 5. quæst. 2.* vbi postquàm descripserat Professionis Hierosolymitanæ normam, prosequitur ibi: *Mea quidem sententia eiusdem votum Paupertatis intelligi, & accipi debet eo modo, quo illud intellexit, & interpretata est recepta hactenus consuetudo, optima legũ interpres; vsus autem, tale votum sic accipere, & interpretari videtur; vt ij quoque Milites liberè, sed benè, & conuenienter rectæ rationi dispensent, & insummant fructus, quos annuis ex redditibus, & alijs rebus, sibi à Magno Magistro Commendatis, vel aliunde percipiunt.*

5 Verùm, rem altiùs repetendo, vt hęc perfectè dignoscantur, distinguendum est de bonis, & temporibus acquisitionis. Nam in primis, si tempore Professionis Eques Hierosolymitanus de bonis suis patrimonialibus non disposuit, de iure dominium transivit in Religionem. *Cap. Nunc autem. 19. quæst. 3. Cap. Si quavis. 9 ead. caus. & quæst. Authent. Nunc autem. C. de Episcop. & Cleric. Authent. Ingressi, & Authent. Si quà mulier. C. de sacrosanctis Eccles.* In terminis Stephanus Gratianus *disceptat. forens. cap. 880. num. 14.* vbi quòd bona patrimonialia Hierosolymitanorum per ingressum Religionis fuerunt acquisita ipsi Religioni. Rota *coram Sanctiss. decis. 87. num. 1. vsque ad 5.* Cardin. Paleot. *decis. 82.* Caputaq. *decis. 681. lib. 1. in manuscript.* & coram Cardinali Lancelloto *Romana Palatij del Aquila. 26. Maij* 1600. & coram Paleotto 536. *decis. sacri Palatij tom. 3.* 6

Quod adeò strictè de iure procedit, vt nec reservare possit bona ad effectum testandi, vt decisum est à Sacra Congregatione Concilij. Barbosa *in summ. Apostol. decis. collect. 72. num. 18.* ibi: *Bonorum reservatio, quam facit sibi Miles Hierosolymitanus in eorum renuntiatione facta ante professionem, sub prætextu, vt de reservatis testari possit, non sustinetur. Sacra Congregatio Cõcilij in Neapolitana 5. Iulij* 1628 *referente Aldanatit. 8. num. 26.* Sicut quilibet alius Religiosus, qui reservare non potest bona ad effectũ testandi. Baldus *in Cap. In præsentia, num. 38. de probat.* Thom. Sanchez *in præcept. Decal. lib. 7. cap. 8. num. 19.* Pellizarius *in Man. Regul. tom. 1. tract. 4. cap. 2. num. 209.* 7

Idem dicendum est de bonis patrimonialibus, vel alijs hęreditarijs, quæ post Professionem pertinent Religioni, *Cap. Cùm ad Monasterium. in fine, de statu Monach. Cap. Abbates. 18. quæst. 2.* Gratianus *vbi supra num. 12. & 13.* Rota *Sacri Palat. decis. 536. num. 6. part. 3.* Et de Religionibus Militaribus loquentes Navarr. *comment. 2. de Regularib. num. 56.* Mota *de confirmat. Ordin. Milit. S. Iacobi lib. 2. cap. 2.* Lezana *tom. 2. Regul. Milit. cap. 5. num. 23.* 8

Quæ acquisitio immediatè fit Religioni, cùm hæreditas superveniens post ingressum Religionis non dicatur delata Monacho, sed immediatè ipsi Monasterio. Ioan. Andræas, Abbas, & Innocent. *in Cap. In præsentia, de probat.* cum multis Cevallos *quæst. 341. num. 1.* Franciscus Niger Cyriacus *tom. 1. controv. 341.* 9

num.

num. 1. Pellizarius *in Manu. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 6 num.* 11. Denoſtris Hieroſolymitanis loquens poſt multos Barboſa *de iure Eccleſiaſtico lib. 3. cap. 7. nu.* 42. vbi, quòd hæreditatem delatam Equiti Hieroſolymitano acquiri Religioni, quæ poteſt illam adire, vel repudiare abſque ipſius conſenſu. Alexander Spe rellus *deciſ. 21. num.* 40. Rota *deciſ.* 333. *part. 2. recenſ.* Gratianus *cap.* 363 *per totum, vbi num.* 21. magis hæc ſententia procedere inquit, in noſtris Militibus, quia non ſibi, ſed Religioni acquirunt: vt de illis concludit Cæſar de Graffis *deciſ. 1. n.* 11 *de probat.* Cardinalis Thuſcus *concluſ.* 107. *num.* 2. *tom.* 4. Gregor. XV *deciſ.* 87. vbi Beltraminus *in addit. lit. A.* ibi: *Et propterea quidquid acquirunt, Religioni acquirunt, pro vt cæteri Religioſi. Rota deciſ.* 333 *num.* 2. *p.* 2. *in recenſ. fuit dictum in dicta Romana Palatij del Aquila: vbi dictum fuit procedere etiam reſpectu bonorum patrimonialium, prout hoc idemmet reſolvit iſta deciſio: imo acquiſitio immediatè fit ipſi Religioni, non autem ipſis Militibus, prout latè diſcuſſo articulo tenuit Rota in dicta deciſ.* 333. Et hęc conveniunt ſtatutis ſcriptis Ordinis, quę rem faciunt notoriam.

11 Vnde in his bonis patrimonialibus ſive ante profeſsionem, vel poſtea acquiſitis, Religio Hieroſolymitana ex iuris communis diſpoſitione, & ex ſtatutis Ordinis, Rotæque deciſionibus, dominium habet, & proprietatem: Milites autem tantũ modò habent vſumfructum, & poſſeſsionem, & ita de immobilibus minimè diſponere poſſunt, nec in vita, nec in morte: mobilia tamen facilius viventes poſſunt alienare. Quia ſtatuti prohibitio *dict. tit.* 16. *num.* 10. non habet locum in bonis mobilibus, cùm loquatur de immobilibus tantùm, vt etiam de illis loquitur ſtatutum *tit.* 14. *num.* 57. & tenent Molfeſius *conſ.* 24. *n.* 7. Novarius *de elect. for. ſect.* 1. *nu.* 4. *fol.* 76. Gratianus *cap.* 880. *num.* 33. Et quia donationes modicas ex Superioris licentia poteſt quilibet Religioſus vivens facere. Navarr. *comment.* 2. *de Regularib. num.* 58. Thomas Sanchez *dict. lib.* 7. *cap.* 8. *num.* 5.

Et in his bonis mobilibus ſtat inconcuſſa praxis, & conſuetudo in Ordine, vt viventes Fratres ad libitum diſponant, adeò vt in illis Fratres habere dominium, cùm in his, quæ vſu conſumuntur, dominium non differat ab vſu, dixerit Bonacina *tom.* 1. *de obligat. Beneficar. diſp.* 4 *punct.* 2. *num.* 25. qui etiam de eiuſmodi praxi teſtatur; dummodò donatio non fiat concubinis: nam donatio facta à Milite ſuæ concubinæ non valet. *l.* 2. *& ſ.* 3. *C. de donat.* quod procedere reſpectu Commendatariorum S. Ioannis, cum alijs tenet Hermoſilla *in l.* 1. *tit.* 4 *part.* 5. *gloſ.* 6. *num.* 8. *vbi num.* 10. limitat quando donatio non excedit benemerita.

Verùm in omnibus bonis patrimonialibus ſtare conſuetudinem, ſecundum quam Fratres Hieroſolymitani retinent ſemper bona patrimonialia, & de his arbitrio ſuo diſponunt, tenent Iacobus Bereta *cõſ.* 96. *num.* 2. & 3. *vol.* 1. Thomas Sanchez *in præcept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 36. & de eiuſmodi obſervantia fit mentio per Rotam *diverſ. deciſ.* 436. *num.* 7. *p.* 3. *lib.* 3.

Sed quod prædicta conſuetudo in bonis mobilibus non detur, nec valida ſit, multis probat Gratianus *dict. cap.* 880. *per totum, maximè ex num.* 17. Sperellus *deciſ.* 21. *num.* 36. Quia talis conſuetudo directè eſt contra Paupertatem voto promiſſam, & per cõſequens invalida. *Cap.*

cæterùm, vbi DD. de donationib. Azor *Inſtit. Moral. p. 2. lib. 4. cap. 3*
17 *quæſt. 11. ad med.* & rejicienda, vtpotè contra Canones præceptivos, & prohibitivos, & contra ſubſtantiã Regulę. Innocent. *in rubr. de conſuetud. poſt gloſ. in Cap. 2. in verb. Officiali, eod. tit. in* 6. Graſſis *de effectib. Clericat. in prælud. num.* 148. *& effectu* 1. *num.* 374. Decian. *conſ.* 280. *ad fin.* Roman. *conſ.* 356. *col.* 1. Aymon *conſ.* 96. *num.* 2. *ad med.* vbi ex
18 hoc infert, quòd Regularis, & Monachus non poteſt per conſuetudinem habilitari ad teſtandum; tamquam talis conſuetudo dicatur irrationabilis ob reſiſtẽtiam iuris. Bald. *in Authent. Ingreſſi, C. de ſacroſanctis Eccleſ. num.* 5. vbi Decius *num.* 11. Federicus de Senis *conſ.* 17. *col.* 4. Aymon *dict. conſ.* 96 *num.* 3. Aretinus *conſ.* 44. *colu.* 2. & multi, quos refert Sanchez *dict. lib.* 7 *cap.* 8. *n.* 61 Lezana *tom.* 2. *Regul. Milit. cap.* 5. *n.* 33 Barboſa *de iure Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 43.

19 Secunda conſideratio eſt de bonis acquiſitis, & lucratis poſt profeſſionem, in quibus eadem reſolutio procedit; quia iſti Milites non ſibi, ſed Religioni acquirunt, prout alij profeſsi. Ita concludit Rota *coram Mançanedo in decis.* 333. *num.* 2. *in fine, p.* 2. *in recens.* Rota Sacri Palatij *decis.* 536. *part.* 3. *num.* 2. Rota *diverſ. dec.* 436. *num.* 2 *part.* 3. *lib.* 3 *fol.* 224. Buratus *deciſione* 2. *num.* 11 Sperellus *deciſ.* 21. *nu.* 38. Thuſcus *concl.* 107 *num.* 2. *tom.* 4. Gratianus *dict. cap.* 880. *num.* 11. Novarius *de elect. fori, ſect.* 2 *quæſt* 69. *num.* 8. *in* 3. *impreſſ.* Carolus Maranta *reſp.* 82. *num.* 27. *part.* 4. *& num.* 73. *& reſp.* 89. *p.* 5 *num* 42. Anſaldus *de iuriſd. part.* 3 *tit. vnic. cap.* 8. *num.* 61. Quæ intelliguntur reſpectu dominij, & proprietatis, non vero poſſeſsionis, quam permittunt eis ſtatuta *tit.* 15. *num.* 10. cum prohibitione alienationis.

Et hæc procedunt non ſolũ in licitè quęſitis, & lucratis, ſed etiam in 20
acquiſitis negociatione illicita, quæ per obitum Equitum pertinent Religioni; licèt ergo bona acquiſita à Clericis, & quibuſcumque perſonis Eccleſiaſticis ex illicita negociatione, & à Canonibus vetita, cadãt ſub ſpolio. Pius IV. *cõſt.* 19. *incipit: Decem Novemb.* 1560. *apud Laert. Cherub. tom.* 2. *pag.* 29. non comprehendere Religionem S. Ioannis Hieroſolymitani declaravit idem Pontifex *Conſtit.* 29. *incipit: Romani* 24. *Martij* 1561. *apud Cherub. tom.* 2. *pag.* 42. *alias* 32. *in noviſſ.* Barboſa *in ſumm. Apoſtolic. deciſ. collect.* 72. *num.* 3. Redoanus *de ſpoliis, quæſt.* 1 *num.* 48. relatus à Patre Azor *in trac. tat. de ſpoliis Cleric. cap.* 2. *quæſ.* 10 Lezana *conſulto.* 11. *num.* 7 Carolus Maranta *vbi ſupr. num.* 72 Thomas Delbene *de immunit. Eccleſiaſ.* 1. *p. cap.* 5 *dub.* 3 *ſect.* 6. *num.* 22.

Tertia conſideratio eſt de fructi- 21
bus Commendarum, vel de alijs pecunijs, & lucris, quæ Equitibus Hieroſolymitanis Ordine concedũtur; & in his procedit eadem reſolutio. Nam Religio habet dominium, & proprietatem, Equites verò vſumfructum, cum facultate diſponendi 22
ad libitum de mobilibus in vita, non in morte; quia habentur vt adminiſtratores, non vt domini; & propriè non habent titulum, & ideo Commendatarij dicuntur. Mohedanus *deciſ.* 10. *de cauſa poſſeſſ. & propr.* Molfeſius *conſ.* 14. *num.* 17. *&* 18. Petrus Gregorius *lib.* 15. *Syntagm. cap.* 34. *nu.* 2. Stephanus Durantus *quæſt. iur. quæſt.* 6. *fol* 42. Gratian. *dict. cap* 880. *num.* 37. Azor *Inſtitu. Moral. lib.* 12. *cap.* 5. *quæſt.* 2. Rodericus *tom.* 1. *qu. Regul. q.* 5. *art.* 2. Lezana *tom.* 2. *cap.* 5. *num.* 22. Diana

part 1. *tract* 15 *reſol.* 54. Thomas Delbene *p.* 1. *c.* 1. *dub.* 11. *ſect.* 2. *n.* 3.

22 Vnde vt veri adminiſtratores, & vſufructuarij poſſunt locare bona ſuarũ Cõmẽdarum, ſed cum ſint Eccleſiaſtica, in eorũ locatione ſervari debet forma *Extrav. ambitioſ. de rebus Eccleſ. non alien.* Molfeſius *d. n.* 18. Riccius *in prax. alien. rer. Eccl. deciſ.* 76. *n.* 4. vbi etiã quòd locationes ad longũ ẽpus factę per dictos Cõmendatarios, ſeu alienationes ſine ſolẽnitatibus, & cauſis requiſitis, in alienationibus rerum Eccleſiæ poſſunt per Conſervatores Religionis revocari, & reduci bona ſic alienata ad Religionem. Gratianus *dicto Cap.* 880 *num* 39 Emanuel Rodericus *lib.* 1 *quæſt. Regul. q.* 26 *art.* 12. *in fine.* Hieronymus Rodericus *in Compendio quæſt. Regul. reſol.* 8. *num.* 12 Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 17. & 45. Tempus autem ad locationes immobilium præfixum eſt novem tantùm annorum, & non amplius, ſic decidente Statuto *tit.* 16. *num fin.* vbi revocata fuerunt ſub authoritate Fr. Hugonis de Loubenx Verdala Cardinalis, & Magni Magiſtri Statuta antiqua alienationem, ſeu locationem

24 ad longum tempus, vel in cenſum permittentia. Vnde ſine licentia Magni Magiſtri bona ad vitam concedere non poſſunt Hieroſolymitani. Cardinalis Petrus Othobonus noviſsimè *deciſ.* 161. *num.* 19. nec in emphiteuſim concedere. Rota *apud Dianam part.* 7. *in fin. deciſ.* 1.

25 Quibus enim alienatio interdicitur locare ad longum tempus, vel in emphiteuſim dare non licet. Covarru. *lib.* 2. *variar. cap.* 16. *num.* 1. *verſic. Ex quo apparet*, vbi ſuus Additionator noviſsimus Faria *num* 14 plures Doctores refert Hermoſill. *in l.* 4 *gloſ.* 2. *num.* 38. *tit.* 5. *part.* 5

26 In ſignum tamen Paupertatis tenentur omnes Priores, Baiulivi, Cõmendatarij, & cuiuſque gradus Fratres quolibet anno deſpropriamentum, ſeu inventarium facere, in quo res, & bona eorum, & credita, ac ſtatus omnis ſuarum facultatum contineantur, & extra Conventum ad Capitulum Provinciale portare tenentur; in Conventu verò in manibus Magiſtri, aut Procuratorum communis Ærarij clauſa, & ſigillata cõſignant *tit.* 12. *de officio Fratrum, numer.* 9. Azor *lib.* 12. *cap.* 5 *q.* 2. Gratianus *vbi ſupra num.* 41. Thomas Sanchez *in præcept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 33. Villalobos *in ſum. tom.* 1. *trat.* 2. *dificult.* 5. *num.* 7. Hurtado de Mendoça *in* 2. 2. *diſp.* 160. *ſect.* 7. §. 119. Machado *en ſu Perfeto Conf. tom.* 1. *lib.* 5. *part.* 4. *docum.* 3. *num* 4. Garcia *in Polit. Regular. tom.* 1. *trat.* 1 *dif.* 5. *dud.* 4. *punt.* 2. *num.* 15. Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 7. *num* 48. Mendo *de Ordinib. Militarib. diſq.* 3 *q.* 2. *nu.* 11. & de alijs Ordinibus Militaribus Araujo *de obligat. Ordin. Militar. trat.* 1. *cap.* 5.

CAPVT II.

AN FRATRES HIEroſolymitani inſumentes reditus bonorum ſuorum in vſus illicitos peccent contra Paupertatem, & accipientes teneantur ad reſtitutionem.

SVMMARIVM.

Hieroſolymitani inſumentes reditus in vſos illicitos peccant contra Paupertatem, & recipientes te-

tenentur ad reſtitutionem. 1. *contra.* 2.

Hieroſolymitani de fructibus liberè diſponunt. 3.

Meretrices Hieroſolymitanorum & ludentes cum ipſis non tenentur ad reſtitutionem eorum, quæ ex libidine, & ludo receperunt 5.

FRatres Hieroſolymitanos inſumentes redditus bonorum ſuorum in vſus illicitos peccare contra Paupertatem, & recipientes teneri ad reſtitutionem, tenent Navarr. *de redditib. q.* 1. *monit.* 55. & 56. & *quæſt.* 3 *num.* 30. & 31. & *in Apologia monit.* 61. Mota *in lib. Inſtructionis, vt Commendatarij tendant ad perfectionem. Cap.* 4. §. 4. *num.* 50. Ayala *in Compendio explicationis Regulæ Ordin. Militar.* quem refert, & ſequitur Rodericus *quæſt. Regular. tom.* 2. *q.* 57. *artic.* 5 Azor *Inſtit. Moral.* 1. *p. lib.* 13. *cap.* 4. *quæſt.* 10. Suarez *de Relig. tom.* 3. *lib* 8. *cap.* 16. *num.* 24. Lezana *tom.* 2 *Regul. Mil. cap.* 5. *num.* 28. Machado *in Perfect. Confeſſ. tom.* 1. *lib.* 5. *p.* 4 *trat.* 2. *docum* 4. *num.* 4. Thomas Hurtado *de Congrua. p.* 1. *lib.* 2. *ſect.* 4. *ex num.* 247. Riccius *deciſ.* 321. *num.* 4. *part.* 3. Et ratio huius opinionis eſt, quod hi redditus proveniunt ex bonis Eccleſiaſticis, & ex Decimis, & ſolùm commendantur Fratribus, vt ex illis commodè, & honeſtè poſsint vivere, non vt ludant, & in vſus illicitos expendant.

2 Contrariam tamen ſententiam, ſaltim quo ad reſtitutionem communis tenet opinio, Alcozer *de ludo cap.* 39. Sarmiento *de redditibus* 4 *p. cap.* 2. *num.* 4. Soto *de Iuſtit. & Iure lib.* 10. *quæſt.* 4. *art.* 3. cum multis Barboſa *de Iure Eccleſ. lib.* 3. *c.* 7 *num.* 12. Thomas Sanchez cum alijs *in Præcept. Decal. lib.* 7. *cap.* 8. *nu.* 29. Genuenſis *in Practicab. Eccleſ. tricen.* 1. *q.* 20. *num.* 3. multos referens Diana *part.* 1. *tract.* 15. *reſol.* 54. & *part.* 7. *tract.* 9. *reſolut.* 17. Rebell. *part.* 2. *lib.* 12. *quæſt.* 4. *ſect* 7. *num.* 6. Araujo *de Oblig. Ordin. Milit. tract.* 1. *cap.* 4. *num.* 45. Lamas *in ſumm. part.* 3. *meth. cap.* 9. §. 13. Dicaſtillus *lib.* 2. *tract.* 18. *diſp.* 5. *dub.* 8 *num.* 55. Cenedo *de Paupert. Religion. dub.* 17. Novarius *de Electione fori, ſect.* 2. *q* 69. *num.* 9. *in impreſſ. ann.* 1656. Thomas Delbene *de Immunitate Eccleſ. part.* 1. *cap.* 1. *dub.* 11. *ſect.* 2. Mendo *de Ordinib. Militarib. diſq.* 3. *q.* 2. *num.* 14. & *diſq.* 4 *quæſt.* 6. *num.* 56. vbi de Hieroſolymitanis loquitur.

Ratio eſt, quia votum de proprio 3
non retinendo in Ordine Hieroſolymitano intelligendum eſt quo ad dominium, nõ autem quo ad vſum, diſtributionem, & vſumfructum, vt ſupra *cap. anteced.* dictum eſt. Imo inquit Diana *d. reſol.* 54. quòd ferè omnes minimè profeſſionem emitterent, ſi ſub onere peccati mortalis tenerentur ad aliam ſtrictioremPaupertatem, & vitę rationem, quam quòd hodie inter illos ſervare conſuetum eſt. Cùm igitur prædicti libe rè de fructibus poſſint diſponere, in ſumendo illos in vſus illicitos, peccabunt quidem, non autem contra Paupertatem, nec recipientes obligationem reſtitutionis habebunt.

Vnde Meretrices dictorum Equi 4
tum, & ludentes cum ipſis, non tenentur ad reſtitutionem eorum, quę ex libidine, & ludo receperunt; & poſſunt ſacramentalem abſolutionẽ ſine vllo onere reſtitutionis obtinere. Araujo *vbi ſupr. cap.* 4. *num.* 46. Diana *dict. reſol.* 54. *verſ. Ex his apparet.* Zanardus *in Direct. Confeſſ. part.* 2. *præc.* 4. *cap.* 31. *q.* 8. Thomas Sanchez *dict. Cap.* 8. *num.* 32. Prohibitio quidem de Ludo Regularibus 5
facta non afficit Religioſos Ordinũ Milita-

Militarium. Pellizarius *in Man. Regul. tom. 1. tract. 6. cap. 11. num. 10.* Mendo *de Iure Academico lib. 3. q. 10. num. 210. & 211.* Diana *dict. re ſol. 17. tract. 9. part. 7.*

CAPVT III.

AN TENEANTVR Fratres Hieroſolymitani ad Eleemoſynam, ſi poſſideant Commendas, & Beneficia Eccleſiaſtica?

SVMMARIVM.

Hieroſolymitani tenẽtur ad Eleemoſynam, ſi poſſideant Commendas. 1. contra 4.

Fructus Beneficij deducta cõgrua in pios vſus debent erogari. 2.

Beneficia Eccleſiaſtica ſunt Patrimonium Chriſti, & bona pauperum. 3.

Commendæ dantur titulo laico in præmium Militiæ. 5.

1 SImilis eſt hęc quęſtio tradita ſupra Capite antecedenti, & affirmativè reſpondet Navarrus *de Redditibus q. 2. monit. 38. & 61. & in cap. fin. 16. q. 1.* vbi tenet hos Milites habere obligationem impendendi operibus pijs totum reſiduum de congrua ſuſtentatione. Idem tenẽt Mota, Ayala, & Sa apud Sanchez *in ſumm. lib. 7. cap. 8. n. 29.* de fructibus Commendarum Sancti Ioannis. Bonacina *tom. 1. de Obligatione Beneficiorum, diſp. 4. puncto 2. num. 25.* Thomas Hurtado *de Congrua, part. 1. lib. 2. reſol. 5. ſect. 5. ex num. 774.*

2 Ratio eſt, quia ex Concilio Tridentino *ſeſſ. 25. cap. 1.* fructus Beneficij, qui ad congruam ſuſtentationẽ neceſſarij non ſunt, in pios vſus erogari debent: tùm etiam, quia Beneficia Eccleſiaſtica ſunt patrimoniũ Chriſti, bona Eccleſię, & Pauperum bona. *Cap. Cùm ex eo, de elect. in 6. Cap. 1. 12. quæſt. 2. Cap. Quidquid. 16. quæſt. 1.* 3

Sed contrariam ſententiam tenet Azor *Inſtit. Moral. 1. part. lib. 13. cap. 4. quæſt. 6.* vbi benè ſatisfacit Navarro, Thomas Sanchez *dict. num. 29.* Hurtadus de Mendoça *in 2. 2. diſput. 160. ſect. 7. §. 119.* Diana *part. 5. reſolut. 30.* Villalobos *in Sũma, part. 1. trat. 22. dificult. 5. nu. 2.* Garcia *in Summa Moral. trat. 1. dificult. 4. dud. 2. num. 21.* Barboſa *de Iure Eccleſiaſtico, lib. 3. cap. 7. num. 14.* Gratianus *Diſcept. forenſ. cap. 880. num. 41.* Mendo *de Ordinibus Militarib. diſq. 10 quæſt. 7. ex num. 56. & 60.* 4

Ratio huius communis opinionis eſt, quia Inſtitutum, & Ordinis Conſtitutiones non obligant Equites, niſi ad certas penſiones quotannis ſolvendas communi Ærario ad Ordinis adminiſtrationem, & ſumptus Militię contra Infideles; & Cõmendæ dantur titulo laico in præmium Militię, & vt ſit Miles accinctus ad Arma capeſſenda, vrgente Magiſtri præcepto: & non ſunt Beneficia Eccleſiaſtica, & ita non tenẽtur fructus expendere more Clericorum, etiamſi Eccleſiaſtici fructus ſint, & proveniant ex Decimis. Sicut Cantor, cui propter Muſicam, Organorum, Tibiarum, & ſimilium, dantur ſtipendia. Eccleſiaſticarum facultatum, & non tenetur ea expendere more Clericorum, etiamſi Clericus ſit: & Cathedraticus, qui interdum accipit ſalaria ex tertijs partibus Decimarum, quę diſpendere poteſt, vt velit. 5

Ad rationes autem contrariæ opinionis benè ſatisfacit Azor vbi 6

ſupra

ſupra videndus. Et hæc procedunt in Commendis, non autem in Beneficijs, quorum reſpectu ſervanda eſt diſpoſitio Concilij Tridentini iam relata.

*

CAPVT IV.

AN FRATRIBVS Hieroſolymitanis aliqua Negociatio ſit licita? Et an poſſint facere Contractus, & bona alienare? Et quid quando ſunt infirmi?

**

SVMMARIVM.

Hieroſolymitani poſſunt contrahere. 1.

Negociatio illicita eſt emere rem & abſque mutatione formæ vendere animo lucrandi. 2.

Lucrandi animo deficiente, vendere rem immutatam nõ eſt Negociatio prohibita. 3.

Vendere triticum ad ſuſtentationem familiæ emptum, mutato conſilio eſt Negociatio œconomica. 4. *& permiſſa Fratribus Ordinum Militarium.* 5.

Negociatio non eſt in materia vẽdita aliquid operari, ſed artificiũ. 6

Artificium exercere licitum eſt Eccleſiaſticis. 7. *etiam Militaribus.* 8.

Venditio fructuũ ex ſuis prædijs procedentium non eſt Negociatio, ſed adminiſtratio vnicuique libera. 9

Vendere vina ex poſſeſſionibus Eccleſiaſticis collecta poſſunt Clerici, & tenere tabernam. 10.

Vẽdere animalia, quæ in proprijs agris nutriuntur, poſſunt Clerici, & Regulares. 11.

Vendere metalla ex vena ferrea deducta, etiam ſi per operarios conductos id fiat, poſſunt Clerici, & Regulares. 12.

Negociationem ſtrictam exercere propter neceſsitatem Regularibus eſt permiſſum. 13.

Conducere aliena prædia propter neceſsitatem Regularibus permittitur. 14.

Mercatura excepta, omnes contractus licitæ negociationis poſſunt facere Hieroſolymitani. 15.

Societas poteſt contrahi cum Hieroſolymitanis ſuper navigatione. 16.

Societas datur inter Commilitones, qui aliud non conferunt, & præda debet inter eos dividi. 17.

Locare poſſunt bona immobilia Hieroſolymitani. 18.

Donare poſſunt bona mobilia Hieroſolymitani. 19.

Donare non poſſunt Hieroſolymitani in infirmitate conſtituti. 20.

Fraus præſumitur in donatione facta ab infirmo. 21.

Donatio facta ab Epiſcopo tempore infirmitatis non valet. 22.

Hieroſolymitani ægrotantes tenentur omnia bona manifeſtare. 23.

Alienare bona immobilia non poſſunt Hieroſolymitani. 24.

Alienatio à Hieroſolymitanis facta eſt nulla. 25.

Adminiſtratores non domini bonorum ſunt Hieroſolymitani. 26.

Bona Ordinis Hieroſolymitani nec longiſsima pacifica poſſeſsione præſcribuntur, & alienata à quibuſcumque Militibus poſſunt recuperari. 27. *& 29.*

Præſcribitur contra Eccleſiam Romanã ſpacio centum annorũ. 28.

Alie-

Alienare possunt Hierosolymitani cum licentia. 30.

Licentia alienandi in vita non extenditur ad mortem. 31.

Alienandi bona nō denegatur facultas Religioni Hierosolymitanæ. 32.

Contractus simulatos non possunt facere Hierosolymitani. 33.

Hierosolymitanus nec cōsitendo, nec disponendo Religioni præiudicat. 34.

Fraudandæ Religionis præsumūtur actus Hierosolymitanorum de rebus suis quovis colore disponentium. 35.

Militares Fratres non possunt bona immobilia alio nomine emere, aut sub alterius capite constituere, vsumfructum sibi reservantes. 36.

Fraudē facit legi, qui salvis verbis legis mentem eius circūvenit. 37

Donatio præsumitur simulata si donans post donationem retineat apud se rem ipsam, vel eius fructus percipiat. 38.

Simonia præsumitur si post resignationem Beneficij eius redditus potiatur resignans. 39.

Simulatus cōtractus est nullus. 40

Creditoribus Hierosolymitanorū debet satisfacere Religio, & quando. 41. & 42.

1 POsse Fratres Hierosolymitanos, qui Commendis, & Beneficijs prępositi sunt contrahere, & negociare, ex Statutis Ordinis clarè videtur probari in toto *tit.* 16. *de contractib.* vbi illis tātummodò prohibetur mercimonia exercere, hoc est, emere, & vendere res mercantiles lucri gratia, fœnus, aut vsuram agere, aut contractus vsurarios, vel alios illicitos inire: & cùm in his cadat prohibitio, in omnibus alijs videtur esse Fratribus permissa Negociatio. Sed quæ Regularibus licita sit, est dubium: & huius cognitio dependet ex sequentibus.

2 Nam in primis supponendum est, Negociationem illicitam, & prohibitam esse, quando emptio rei fit, vt integram, & immutatam postea vēdendo quis lucretur, hoc est, emere rem, & absque mutatione formæ vendere animo lucrandi. *Cap. Ejiciens.* 88. *dist. Cap. Quicumque.* 14. *quæst.* 4. Azeued. *in l.* 7. *tit.* 18. *lib.* 9. *Recop. num.* 4. Lasarte *de Decima venditionis, cap.* 19. *num.* 52. Gutierrez *de Gabellis, quæst.* 93. *n.* 16. Scaccia *de Commercijs. §.* 1. *q.* 1. *nu.* 12. Thomas Delbene *de Immunit. Ecclesiast.* 1. *part. cap.* 5. *dub.* 3. *sect.* 5.

3 Vnde si lucrandi animus deficiat etiam si quis vendat rem integram, & immutatam, negociator non est, vel Negociatio huiusmodi non est prohibita, sed permissa. Sylvester *in Summ. verb. Excommunicatio §.* 9. *num.* 46. Carolus de Graffis *de Effectib. Clericat. effect.* 6. *n.* 22. Diana *p.* 8. *tract.* 7. *resol.* 27. Ferro Manrique *quæst. Vicar.* 2. *part. quæst.* 16. *num.* 4. Barbosa *de Iure Ecclesiastico lib.* 1. *cap.* 39 *§* 5 *nu.* 64. vt si quis 4 emit triticum, vel alia comparat sibi necessaria, & vtilia ad sustentationem familiæ, & postea mutato consilio propter novam causam vendit. Gutierrez *dict. quæst.* 93. *num.* 20. Molina *de Iustitia, & Iure, disp.* 342 *num.* 24. Quia hæc proprié est Negociatio œconomica, non lucrativa Fagundez *de Iustitia, & Contract. tib.* 5 *cap.* 11. *num.* 2. D. Larrea *Allegat. Fiscal.* 111. *num.* 41. Mendo *de Ordinib. Militarib. disq.* 4. *quæst.* 9. *num.* 82. & 83. vbi hanc Negociationem 5 Fratribus Ordinum Militarium permissam esse tenet Alexander Sperellus *decis.* 104. *nu.* 15. Thomas Delbene *vbi supra num.* 4.

6 Secundò animadvertendum est, non esse Negociationem, si in materia

ria vendita aliquid operetur, nam tunc eſt artificium. *d. Cap. Eÿciens. 88. diſt.* Et regulariter loquendo, licitum eſt Eccleſiaſticis, exemplo Divi Pauli, qui proprijs manibus ſe laboraſſe fatetur *in Cap. 20. Actuum Apoſtolorum, & Epiſt. 1. ad Corinth. Cap. 4. & 1. ad Theſſalonic. 4.* refertur *in Cap. 1. in fin. 21. q. 1. Cap. 2. Cap. Clericus. 91. diſt. Cap. 1. Ne Clerici, vel Monach. Cap. Nunquã de conſecrat. diſt. 5.* Gutierr. *d. q. 93. num. 49. & 50.* Genuenſis *in Praxi cap. 77. nu. 2. & 3.* Ferro Mantique *1. part. quæſt. 94. num. 3. & 4.* D. Ioſeph Vela *tom. 2. diſſert. 43. num 45 & diſſert. 45. num. 16.* Anſaldus *de Iuriſdict. part. 2. tit. 11. cap. 34. ex num. 40. cum ſeqq.* & de Militaribus loquendo Mendo *vbi ſupra diſq. 4. num. 90.*

Tertiò idem procedit in venditione fructuum ex ſuis prædijs procedentium, nã vnicuique libera eſt ſuarum rerum adminiſtratio. *l. 2. ff. Si quis apparente fuerit manum.* Laſſarte *cap. 19. num. 70.* Gutierrez *dict. quæſt. 93. num. 70.* Molina *diſp. 342. num. 7.* Graffis *effect. 6. num. 33* Thomas Delbene *vbi ſupr. num. 13* Barboſa *de Poteſt. Epiſcop. 1. parte, alleg. 13. num. 11.*

Vt in vẽditione vinorum ex poſſeſſionibus Eccleſiaſticis collectorum, quę poteſt vendere Clericus, vel pro maiori menſura, vel pro minori. Gironda *de gabellis. 7. part. in princip. num. 15.* Gutierrez *d. q. 93. num. 37.* Genuenſis *dict. cap. 77. n. 7* Diana *p. 8. tract. 7. reſol. 26.* Fagundez *lib. 5. cap. 11. num. 30. & cap. 12 num. 3.* vbi dicunt, poſſe tenere tabernam etiam in domibus Eccleſiæ dum non vendat Clericus vinum per ſe ipſum, ſed per alios. Sperellus *deciſ. 104. num. 10*

Et in venditione animalium, quę in proprijs agris nutriuntur, cum creverint, rectè à Clericis, vel Religioſis venduntur: quæ facere poſſe Regulares, tenent Fagundez *dicto cap. 11. num. 29.* Barboſa *de Poteſt. Epiſc. alleg. 13. n. 11.* Graffis *effect. 6 nu. 18.* Molina *diſp. 342. n. 17.* Thomas Delbene *vbi ſupra num. 16.* Pellizarius *in Manuali Regular. tom. 1 tract. 6. cap. 10. num. 13.*

Et in venditione metallorum ex vena ferrea deductorũ, etiam ſi per operarios conductos id fiat. Federicus de Senis *conſ. 207.* Genuenſis *dicto cap. 77. num. 3.* Ferro Manrique *1. part. quæſt. 94. num. 4.* Graffis *Effect. 6. num. 35.* Fagundez *libr. 5. cap. 11. num. 33. & 34.* D. Larrea *Alleg. 111. num. 47.*

Quos omnes contractus Negociationis licitæ eſſe nemo dubitat, & per conſequens permiſſos Clericis, & Regularibus, & liberos ab omni collecta, & gabella, iuxta tradita infra *diſcept 12. cap. 3.* quinimo propter neceſsitatem, Regularibus eſt permiſſum, & ſtrictam Negotiationem exercere, emendo, & vendẽdo alteri rem non mutata forma. Gloſ. *verb. Cauſa lucri in Cap. ſecundum Inſtituta. 6. Ne Clerici, vel Monachi* Genuenſ. *dict. cap. 77. num. 5.* Marta *de Iuriſdict. cent. 1. caſ. 3. n. 3.* Stracha *de Mercatura, titul. de his, qui Mercatur. exerc. non poſſ.* Zerola *in Praxi, verb. Clericus. §. 1. parte 1.* Salas *de Empt. dub. 2. num. 7.* Molfeſius *in Summ. tract. 12. cap 4. n. 130.* Gaito *de Credito, cap. 2. tit. 7. quæſt. 5. num. 2138.*

Et etiam propter neceſsitatem Regularibus eſt permiſſum aliena prędia conducere. Gloſſa *in Capit. Pervenit. 86. diſt. & in Cap. 1. 21. quæſt. 3.* Molina *Diſp. 342. num. 11* Fagundez *dict. lib. 5. cap. 11. num. 3 23. & 29.* Graſſis *Effect. 6. num. 28.*

Igitur cum Regularibus permiſſi videantur dicti contractus, & ſint licitæ

ritæ Negociationis, eos posse facere Equites Hierosolymitanos, excepta Mercatura eorum Statutis prohibita, non est dubium; & notatur experientia, cùm omnes Commendatarij de suis fructibus Commendarũ, & aliorum bonorum, liberè quotidiè disponant, & faciant similes cõtractus emptionis, & venditionis, eo quod vsumfructum cum facultate alienandi mobilia habeant, iuxta tradita *supra Cap. 1. huius Discept.*

16 Possunt etiam Hierosolymitani contractum Sociatatis cum quibuscumque personis inire; & quotidie contrahitur cum eis societas super navigatione, vt est *Decisio Militen. conserv. apud Buratum 79.* vbi

17 *num. 5.* probat, quod societas datur inter Commilitones, qui aliud non conferunt, & præda debet inter eos dividi. Bald. *cons. 385. lib 2.* Petrus Bellinus *de Re Milit. part. 6. tit. 1. in princip.*

18 Possunt quoque bona immobilia, quæ possident locare, sed cum sint Ecclesiastica, locatio celebranda est cum qualitatibus descripti, *supra Cap. 1. num. 22.*

19 Valent etiam pecunias, & bona mobilia donare, cùm alienandi prohibitio de immobilibus loquatur, vt tenent Mofesius, Novarius, & Gratianus relati *supra Capit. 1. num 11.* verùm hoc illis est prohibitum, quãdo sunt in infirmitate constituti, decidente ita Statuto *tit. 16. nu. 14.* ibi:

20 *Adijcientes, quòd nullus Fratrum nostrorum in infirmitate constitutus facere possit, aut valeat donationem inter viuos, seu aliam dispositionem, aut promissionem, seu consignationẽ pecuniarum, & bonorum, quæ possidet, cùm non sua, sed Ordinis sint: quod si fecerit, eam, & eas, nisi quadraginta dies postea supervixerit, nullas, irritas, inanes esse, & nullam firmitudinem habere decernimus, et pronunciamus.* Buratus *decis. 2. nu. 12.* Quia præsumitur in fraudem Re 21
ligionis fecisse. Ioannes de Ligna *in Clement. gratiæ, de rescrip.* Felinus *in Cap. Postulasti, col. 9. vers. Scias, eod.* Riccius *in Praxi Eccles. Neap. resol. 1526. num. 4.*

Sicut in donatione facta ab Epis- 22
copo tempore infirmitatis; quę non valet, & reputatur pro dispositione vltimæ voluntatis, & in fraudem legis. *ex l. Si filiæ. ff. de Divort.* Sarmiento *de Redditib. 4 p cap. 4. nu. 6* D. Solorçano *in Politica Indiana, lib. 4 cap. 10. vers. Verdaderamente* Riccius *decis. 164. num. 3. part. 4.* latè Noguerol *allegat. 26. ex nu. 247.*

Et non solùm prohibitum est in- 23
firmis huiusmodi contractus facere, sed & renentur graviter ægrotantes in virtute sanctę obedientiæ omnia bona etiam mobilia, iura, & actiones manifestare iuxta formam Statuti, *tit. 5. num 63.* ibi: *Quæ Fratres nostri tenent, & possident, ad nostrum Ordinem censentur pertinere; quapropter cùm Fratres nostri morbo teneantur occupati in vim obedientiæ, censentur obligati vocare ad se duos Fratres ex propinquioribus locis, vbi in infirmitate detenti sunt, quorum vnus sit Capellanus, si adesse poterit, & alius probæ conditionis: quibus quidem duobus manifestent omnia bona vtensilia, pecunias & res, quas tenent, quæ in scriptis redigantur, & postea sigillo Fratris infirmi, & ipsorum duorum Fratrum in eorum præsentia, quæ scripta fuerunt, sigillentur: ipsumque scriptum ei, qui administrationem, aut procurationem Ærarij habet, præsentari debeat; si autem convaluerit, ipsum scriptum sibi restituatur:* resolvunt Mohedanus *decis. 10. de causa possess.* Lotterius *de Re Benefic. lib. 1. quæst. 36. num. 31.* Rota *decis. 435 n. 2. & seq. par. 3. divers. & decis. 87.*

num.2.part.2.recenſ. Gratianus *diſcept.forenſ.cap.*880.*num.*12.Sperellus *deciſ.*21.*num.*36.Barboſ. *de Iure Eccleſ.lib.*3.*cap.*7.*num.*40.

24 Prohibitum eſt etiam illis bona immobilia alienare,vendere, vel hypothecare;quia ſunt bonaEcclesiaſtica. Ita Iulius II. Clemens VII. & Pius IV. *in Bulla, quæ incipit : Circumſpecta,kalend. Iulij.* 1560. *apud Laertium Cherubin. tom.* 2.*pag.*9. & decidunt Ordinis Statuta *d.titul.* 16.*ex num.*8.*cum ſeqq.*Novarius *de Electione fori.quæſt.*37.*n.*4.*& in* 3. *impreſſ.ſect.*2 *q.*69.*nu.*8.Gratianus *dict.cap.*880.*num.*30.Riccius *deciſ.* 76.*&* 79 Rota *Sacri Palatij deciſ.* 536.*num.*3.*art.*3. Bonacina *tom.*1. *de alienat.bonor.Eccleſiaſt.diſp.*2. *quæſt.vnic.punct.*2.*nu.* 13.Mendo *de Ordinib.Militarib.diſquiſ.*10. *quæſt.*7.*num.*63.*& diſq.*8.*q.*4.*n.*42.

25 & ſi alienent,alienatio eſt nulla. Rota *deciſ.*597.*part.*4.*diverſ.* Sperellus *dict.deciſ.*21.*nu.* 37. Rota apud Dianam *deciſ.*1.*part.*7. cùm non ſint domini, ſed tantùm ſimplices

26 adminiſtratores. Seraphinus *deciſ.* 1337.*num.*11. Franciſcus Niger Cyriacus *lib.*2.*controverſ.*222.*nu.*44. Sperellus *nu.*42. Barboſa *dict.cap.*7 *num.*44.

27 Quod adeò procedit, vt nulla præſcriptione, nec longiſsima pacifica poſſeſsione, Religionis bona præſcribi poſſunt, ex ſpeciali indulto conceſſo ab Vrbano VIII.inBulla de præſcriptione, & de non alienãdo res Ordinis Divi Ioannis,*quæ incipit, Militantis,die* 15. *Martij* 1629. & eſt impreſſa in Privilegijs Ordinis, cùm ingens Privilegium ſit,contra Eccleſiam enim Romanã ſpatio centum annorum præſcribi-

28 tur.*Cap.Cùm nobis,de præſcriptionib.* & ex dicto Privilegio contra Eccleſias Hieroſolymitanas nulla præſcriptio eſt. Ante illius tamen concelsionem centum annorum ſpatio præſcribebatur ad inſtar Romanæ Eccleſiæ ex Bulla Clemẽtis VII *anno* 1523. notat Renatus Chopinus *de Sacra Politia lib.*3 *tit.*7.*nu.* 29 19. Et bona alienata, & ab alijs occupata, à quibuſcumque Militibus poſſunt recuperari,quę eis donec vixerint,applicantur *ex Statuto* 55.*&* 56.*de Comendis,*quod ius in ſæcularem quo ad commoditatem poteſt à Commendatarijs cedi, vt deciſum eſt in Rota *deciſ.* 123. *coram Vbaldo recenſ.tom.*4.*apud PaulumRub.*

Cum licentia tamen Magni Ma- 30 giſtri, vel Capituli Generalis Statuta Ordinis Fratribus permittunt alienationem huiuſmodi.Quæ licentia debet obtineri in ſcriptis in vita, & in morte,cùm vna nó extendatur ad aliam, ex *dict.tit.*16.*de contractibus,num.*11.Molina *de Primogen. lib.*2.*cap.*11.*n.*42.poſt Glol.*in Cap. Imperialem,in princip. in verb.Sine promiſſione,* vbi Iſernia *num.*4. Al 31 varot.*num.*5.Affl.*ct.num.*3.*de Prohib.fœud.alienat.per Federic.* Surdus *deciſ.*325.*num.*9.& in terminus Molfeſius *conſ.*24 *num.*5.*&* 6. Gratianus *dicto cap.*880.*n.*31. Novarius *de Electione fori,ſect.*2.*q.*69.*num.*8 *in* 3.*impreſſ.*Rota *coram Pirovano deciſ.*601.*nu.*20.*tom.*3.*noviſſ.apud Rubeum.*

Hęc alienationis prohibitio pro- 32 cedit tantùm reſpectu Fratrum,non reſpectu Religionis, cui non eſt deneganda facultas alienandi quæcumque bona, quæ ei obveniunt per ſucceſsionem Militum,iuxta decretum S.Congregationis Concilij *in Melevitana* 22. *Ianuarij* 1622. de qua Aldana *in Compend. Canonic. reſol. lib.*3.*tit.*8.*nu.*14. Barboſa *in ſumma Apoſtolicar. deciſ. collect.*72.*nu.*17.

Prohibitum eſt quoq; Fratribus, 33 ne quacumq; cauſa,prætextu,aut colore ineant, vel faciant contractus,

fictos,

ficto, & simulatos, nec etiã chirographa promissionũ, obligationũ, stipendiorum, aut debitorum cuiusvis rei, vel quantitatis cum quavis persona annullando similes contractus, *eod. tit.* 16. *nu.* 13. inde non potest Eques Hierosolymitanus, nec confitendo, nec disponendo Religioni præiudi-
34 care. Buratus *decis.* 99. *num* 2. *& decis.* 2 *nu.* 13. vbi quod non potest obstare Religioni Equitis declaratio, quia Statutum procedit in præsumpta donatione, & dispositione ex cõfessione resultante, aliàs reddi posset elusorium, & illi de facili fieret fraus. Baldus *in Cap. fin. sub num.* 7. *de confess. & conf.* 496. *num.* 8. *libr.* 1. benè Tiraquellus *ad leg. Connub. glos.* 5. *num.* 116. Puteus *decis.* 7. *&* 55. *lib.* 3. Crescensis *decis.* 2. *de Confess.* in pulchro casu Rota *decis* 405 *part.* 3. *divers. sacri Palat.* vbi quod Religio Hierosolymitana Fratris sui, qui pecunias deposuit in favorẽ filij naturalis, potest eas sibi vendica-
35 re, *& decis* 436 *per totam*, quia similes actus fraudandę Religionis fieri videntur. *l. filiæ.* 60 *ff. sol. matrim. l. si filiæ.* 15 *ff. de Divort. l. Omnes.* 17 *§ Lucius Titius. ff. quæ in fraudem creditorum.* Franchis *decis* 435 *num.* 35. 39. *&* 43. Molina *lib.* 2. *de*
36 *Primoge. cap.* 5. *num.* 27. Mendo *de Ordinib. Militarib. disq.* 4 *quæst.* 5. vbi probat, non posse Clericos Fratres Militariũ bona immobilia alio nomine emere, aut sub alterius capite constituere, vsumfructum sibi reservantes; quia non est dubium, eũ
37 in legem committere, qui verba legis amplectens, contra legis nititur voluntatem. *l. Non dubium. ff. de Legib.* Et fraudem facit legi, qui salvis verbis legis mentem eius circumvenit. *l. Contra ff Eod.* Et qui vnum contractum supponit pro alio. *l. Si sponsus. § Circa venditionem. ff. de Donat. inter vir. & vxor.* Mantica *de Tacit. & Ambig. convent. lib.* 25 *tit.* 2. *num.* 5.

Vt si quis donans per instrumen- 38
mentum publicum, aut modo simili post donationem retineat apud se rẽ ipsam, vel eius fructus percipiat, nã præsumitur donatio, & contractus simulatus. *l. Sicut. 4 §. Supervacuũ ff. Quibus mod. pignus, vel hypotheca solvit.* Farinac. *de Simulat q.* 161 *nu.* 228. Menoch. *lib.* 3 *Præsumpt.* 124. Valençuela *cons.* 109. *num.* 24. Mendo *vbi supr. nu* 44. vbi inquit 39
sic etiam præsumi simoniam, si quis post resignationem Beneficij, eius redditibus potiatur. Nicol. Garcia *de Benefic. tom.* 2. *part.* 11. *cap.* 3. *nu.* 194 *& num.* 197.

Cùm autem hæ donationes, aut 40
promissiones cæterivè cõtractus in fraudem Ordinis fact, simulati sint, nullum ius ex eis partibus contra Religionem potest acquiri, quia cõtractus simulatus apparens est, non existens, & velut vmbra, & corpus sine anima, & est ipso iure nullus. *l. Emptor. vbi Glos. & Bartol. ff. de Aqua pluvia arcend.* Noguerol *Alleg.* 10. *num* 73. *&* 74. vbi materia simulationis copiosè quidem per integrã Allegationem descripta est.

Ex dictis in hoc capite sequitur, 41
quòd cùm Fratres Hierosolymitani habeant vsum, & administrationem, & vsumfructum bonorum, & possint contrahere, aliquando solẽt relinquere creditores, quibus solvere debet Religio, quatenus bona habuisset, & sufficerent, iuxta distinctionem, an debita sint ante ingressum, & Professionem contracta, vel postea. Gratianus *Cap.* 363. *num.* 15. Thomas Sanchez *in Præcepta Decalogi, lib.* 8. *cap.* 31. *num.* 2. maximè stante permissione Negociationis, & Commercij. Navar. *cons.* 7. *de solution. num.* 5. *&* 13. Zerola *in Praxi Episcop. verb. Spolium, vers.* 26.

Verùm

Verùm, hęc ſatisfactio creditorũ facienda eſt iuxta diſpoſita in Statutis *tit. 6. de Cõmuni Ærario, n. 59. & 60.* Et quando ſit ſatisfaciendum creditoribus Militis defuncti ſecũdum prædicta Statuta, tradit Molfeſius *conſ. 24. num. 13.* de quo ad tollendas differentias factum fuit novum Statutum ab Eminentiſsimo Cardinali, & Magiſtro Fr. Hugone de Loubenx Verdala authoritate, & decreto Capit. Generalis ann. 1588. quod ita eſt: *Ad tollendas differentias, quæ inter creditores Fratrum defunctorũ ortæ fuerint, ſtatuimus vt ſolutis prius communis Ærarij quibuſvis debitis, etiam hypothecario, ſive quovis alio nomine cenſeantur, & ſtipendio famulorum, non pro rata parte, vt hactenus conſuetum fuit, inter cæteros creditores ſatisfactio fiat, ſed anteriores, & priores ſecundum ius commune in bonis Fratrum defunctorum poſterioribus præferantur.*

CAPVT V.

AN FRATRES Hieroſolymitani poſsint facere teſtamentum? Et quid ſi poſt factum ſuperueniat facultas ſuperioris?

***

SVMMARIVM.

TEſtamentum facere poſſunt Hieroſolymitani. 1. *contra.* 6.

Teſtari non poſſunt Religioſi. 2.

Pius V. revocavit facultatem Militarium Regularium ad teſtandum. 3.

Votum Paupertatis impedit in Ordine S. Ioannis teſtamenti factionem ex declaratione Statuti, quod ex confirmatione dicitur Pontificiũ & plenè probat. 4. & 5.

Reſervare non poſſunt ante Profeſſionem Hieroſolymitani bona ad effectum teſtandi. 7.

Teſtari non poſſunt Hieroſolymitani Conclaviſtæ, & etiam extra Cõventum degentes. 7. & 8.

Monachus factus Epiſcopus teſtari non poteſt. 9.

Novitius Hieroſolymitanus teſtari poteſt. 10.

Maioratus inſtituere non poſsunt Hieroſolymitani Equites. 11.

Licentia ad teſtandum de bonis patrimonialibus poteſt dari Hieroſolymitanis à Magno Magiſtro, & an poſſit dari Fratribus Capellanis à ſuis Commendatarijs. 12.

Licentia vbi requiritur actum præcedere debet, nec eum confirmat, ſi ex poſt facto præſtetur. 13.

Facultas ad Maioratus inſtitutionem præcedere debet. 14.

Intervenire debent in ipſo actu, quæ ſunt de forma ſubſtantiali illius. 15.

Actus ab initio irritus ob impedimentum, tunc conualeſcit, quando ſublato impedimento ſubſequitur nouus conſenſus. 16.

Teſtamentum irritum ratione poteſtatis ablatæ non conualeſcit hac reddita, niſi adſit noua ſolemnis voluntas. 17.

Teſtamentum ab hæretico confectum non conualeſcit eo ad fidem converſo. 18.

Teſtamentum factum ab impubere, vel furioſo non conualeſcit adueniente ætate, vel ſanitate. 19.

Teſtamentum non conualeſcit quoties fuit defectus in teſtante, ceſſante impedimento. 20.

Licentia teſtandi ſuperueniens Monacho non efficit teſtamentum valere. 21. *contra* 29.

Teſ-

Teſtandi habilitas ſufficit, quod adſit tempore mortis. 22.

Licentia ad teſtandum ſuperveniens retrotrahitur ad tempus præteritum, quo teſtamentum confectũ eſt. 23.

Teſtamentum filiifamilias quo ad omnia bona ſuſtinetur, ſi tempore mortis ſui iuris effectus ſit. 24.

Teſtamentum vſurarij non valet, ſi non præſtetur cautio de reſtituendo vſuras. 25. *Convaleſcit tamen ſi procurator reſtitutionis præſtet cautionem.* 26.

Mandatum concedens procuratori, cenſetur ratificare omnia ab illo ante mandatum facta. 27.

Iudicium nullum convalidatur per ius ſuperveniens actori. 28.

Licentia teſtandi de fructibus Beneficiorum conceſſa Cardinali, vel Epiſcopo ſe extendit ad teſtamentũ iam factum. 30.

Teſtamentum Hieroſolymitani à principio irritum convaleſcit, ſi poſtea ſupervenit facultas teſtandi. 31.

Diſpoſitiones nullæ per titulum ſupervenientem convalidantur. 32.

Beneficium obtinens tempore, quo non erat ordinatus, ſi poſtea ordinetur, poterit vti privilegio fori. 33.

Diſpenſatio ſuperveniens revalidat actum retrò nullum. 34.

Teſtamentum à Hieroſolymitano ſine licentia factum non eſt omnino irritum, ſed eſt in pendenti vſque ad obitum teſtatoris, & habilitatem ad teſtandum obventuram. 35.

Teſtamenti actus eſt ſucceſſivus, & vſque ad mortem non eſt perfectus. 36.

Confratres S. Ioannis teſtamenta facere poſſunt. 37.

Oblati, ſeu Donati Religionum teſtamenta facere non poſſunt. 38.

EQuites, ſeu Fratres Hieroſolymitanos poſſe ſtando in iure cõmuni, & vi ſui voti, teſtari, docent Iacobus de Bereta *conſ. 96. num. 2. & 3. vol. 1.* Thomas Sanchez *in Præcept. Decalog. lib. 7 cap. 8 num. 36.* Lezana *tom. 2. cap. 5 num. 33.* Pellizarius *in Man. Regul. tom. 1. tract. 4 cap. 2. n. 175. & 179.* Ratio eſt, quia non ea Religioſorum Clauſtralium rigidam Paupertatem vovent, ſed bona ſua retinent, & de illis diſponunt. Cenſent quippè habere dominium bonorum, ſicut Milites Iacobæi, Calatravæ, & Alcantarę; & in hoc eſſe conſuetudinem in Ordine, ſaltim quo ad bona patrimonialia, licèt fateantur Ordinis conſtitutionibus interdictum eſſe illis teſtari abſque ſuperioris licentia, tanquam quid Paupertatis voto conſonum. 2

Sed his, quæ in ſe minimè certa ſunt, vt conſtat ex dictis ſup. *Cap. 1.* non obſtantibus, contraria opinio certa, & communis eſt, à qua non licet recedere propter rationes, & authoritates, quibus fulcitur. Nam primò probatur opinio ex eo, quod Fratres Hieroſolymitani ſunt verè, & propriè Religioſi, vt in propoſito ponderat Rota apud Farinacium *deciſ. 76. tom. 2. num. 1.* & per conſequens teſtari ſunt prohibiti. *Cap. Cũ ad Monaſterium, in fin. de ſtat. Monachal. Cap. In præſentia, de probationib. Cap. Quia ingredientibus. 19 quæſt. 2. Authent. Ingreſſi. C. de Sacroſanct. Eccleſ.*

Secundò, quia Pius V. *in Motu proprio, qui incipit, Sacroſanct. anno* 1568. revocavit licentias, & facultates, quas habebant Militares ad teſtandum; quem Motum à Hierolymitanis acceptatum eſſe, conſtat ex ipſa praxi; vt animadvertit Bonacina *tom. 1. de Obligat. Beneficiorũ, diſp.* 3

diſp.4 punct.2.num.25. Molina, & Rodericus, relati à Thoma Sanchez *dict.Cap.8.num.30.* Lezana *in Conſult.vltim.in Appanagio num.64. & 66.*

4 Tertiò, quia ex voti obligatione declaratũ eſt in Statutis *tit.18.n.1.* ibi: *Votum Paupertatis id exigit, vt bonorum diſpoſitio liberæ voluntati non ſubiaceat. Non licet igitur, nec quoquo modo permittitur Baiulivis, Prioribus, Caſtellano Empoſtæ, Commendatarijs, aut alijs Ordinis noſtræ Fratribus teſtamentum condere, vel hæredem inſtituere, ſeu legata facere.* Quæ Statuta cum 5 ſint confirmata à Papa, dicuntur Pontificia, prout ex pluribus Rotę deciſionibus confirmat Oliverius Beltraminus *in Addit.ad Gregor.XV deciſ.267.num.13.* Diana *part 10. tract.10.verſ.Et tandem, fol.55.* & plenè probant, quamvis ſit liber privatus. Sperellus *deciſ.21.nu.74.* Geminianus *conſ.15.num.18.* Thuſcus *tom.4.concl.108.verb.Hieroſolymitani,num.7.*

6 Ex quibus ſic deciſum in Rota ſæpius notatur, ſunt enim multę deciſiones Rotales, quæ Militem Hieroſolymitanum teſtari non poſſe affirmant, vt per Farinac. *d.deciſ.76* apud Gregorium XV. *deciſ.85. &* 109. apud Buratum *deciſ.2. num.11.* Mohedanus *deciſ.10.in fin.de cauſ. poſſ.& prop.* Paleot. *deciſ.82.* Caputaq. *deciſ.68.lib.2.* Rota *deci.76.p.2 recenſ.coram Cardinali Bononienſ. & in 2.part.deciſ.87. quæ eſt inter deciſ. Ludovici. 109. & deciſ.623. part.3.apud Paulum Rubeum.* Sperellus *deciſ.21. num.41.* Theodoſ. de Rubeis *in Singul. Rotæ.p.2. verbo, Hieroſolymitani Milites,* & tenet communis Scribentium aſſenſus. Carolus Maranta *tom.2. reſp.6. num 4. & part.5. reſp.82. ex num.21 cum ſeqq.* Molfeſ. *conſ.14. n.3.5. & 8.* Novar. *de Electi fori.q.37.num.5. & in 3.impreſ.q.69.nu.8 ſect.2.* Rubeus *in Annotat.ad deciſ.16.tom.3 recenſ.ex num.8.cum ſeqq.* Stephan. Durant. *quæſt.6.pag.41.* Gratianus *Diſcept.forenſ.cap.363. nu.24. & cap.880.num.8. & 9.* Barboſa *de Jure Eccleſ.lib.1.cap.42.num.206. & lib.3.cap.7.num.33.* Addentes ad Molinam *de Primogen. lib.2.cap.9. num.69. verſ.Hæc ſententia.* Soto *de Iuſt.& Iur.lib.7.quæſt.5.artic. 3.col.penul.* Suarez *tom.3. de Relig. lib.8.cap.16.nu.25.* Bonacina *dict. puncto.2.n.25.* Caſtrus Palaus *tom 3 tract.16.diſp.3.punct.13.n.8.* Remigius *in ſumm.tract. 2. cap.7.§.12. num.3.* Lezana *in Conſulto Appanagio, num.63.* Machado *in Perfecto Confeſſario, tom.2.lib.5.p.4.tract.2 docum 4.num.6.* Garcia *in Polit.Regul.tom.1.tract.4.p.3.dif.5.dud.5. num.4. in fin.* Mendo *de Ordinibus Militar. diſq.1.q.5.n.117.* Thomas Hurtado *de Congrua, 2.p.lib.6.reſolut.11.nu.1205. cum ſeqq.& 1.part. lib.2.num.717.*

Quod adeò procedit, vt nec reſer 7
vare poſſit ante Profeſsionem bona ad effectum teſtandi Hieroſolymitanus, ex deciſione Sacræ Congregationis Concilij Barbola *in Summa Deciſ. Apoſtolic. collect.72.n.18* Et quamvis ſit Conclaviſta, ex quo habeat alias privilegium teſtandi. Sperellus *dict. deciſ.21.n.40* Greg. XV. *deciſ.87. & 109.* Novar. *ſect.2. quæſt.69.num.8.* Maranta *reſp.62. num.32. part.4.* Thomas Hurtado *vbi ſupra num.1208.*

Quæ opinio procedit etiam reſ 8
pectu Fratrum non Clauſtralium, nam ſive ſint præfecti Commendæ, ſive in alio exercitio, vel munere extra Conventum, vel in proprijs domibus, teſtari non poſſunt ſine Magiſtri licentia. Greg. XV. *in d.deciſ. 109.* Mohedan. *in dict.deciſ.10.* Addentes

dentes ad Molinam *dict. num.* 69. Gratianus *dict. cap.* 880. *num* 8. & 9 Barboſa *dict. cap.* 7. *nu.* 35. Sperell. *num.* 66. Ioannes Baptiſta Thoro *in Compend. deciſ. verb. Milites Hieroſolymitani, part.* 2. Quia habitatio vltra clauſuram non facit Hierosolymitanum teſtabilem: prout dicitur de Monacho facto Epiſcopo, qui non poteſt teſtari. Gloſ. *in Cap.* 1 vbi Covarrub. *num.* 18. *de teſtamen.* cum alijs per Graff. *de Effectib. Clericat. effect.* 3. *n.* 125. Thomas Sanchez *lib.* 6. *in Præcept. Decal cap.* 6 *ex num* 8 *cum ſeqq.* Barboſa *de Poteſt. Epiſcop. allegat* 94. *n.* 18. Greg. XV. *deciſ.* 109. *num.* 4. & 5. dum tamẽ Hierosolymitanus Frater profeſſus ſit: nam Princeps Philibertus Emanuel de Auſtria, filius Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ, Magnus Prior Caſtellæ, teſtamentum fecit, in quo declaravit ſe nõ emiſiſſe profeſſionẽ in Ordine S. Ioannis, & obtinuiſſe Prioratum cum Papæ diſpenſatione, ac propterea nihil ex eius bonis ad Religionem ſpectaſſe, licét ipſe pro ſua devotione Religioni, & Magno Magiſtro aliqua legavit. Lezana *in dicto Appannagio ſuper dicto teſtamento elaborato, num.* 66.

11 Ex quibus idem dicendum eſt de Maioratibus, quos inſtituere non poſſe Equites Hieroſolymitanos, tenent Addentes *ad Molinam dict. num.* 69. licèt enim Molina *d. cap.* 9. *num.* 69 poſſe primogenia inſtituere Milites S. Iacobi, Calatravæ, & Alcantarę dicat, cuius opinio communiter ſecuta ſit; hoc in Hieroſolymitanis limitant Addentes, cùm veri Religioſi ſint, qui non habent velle, vel nolle, nec teſtari poſſunt niſi de licentia ſuperioris; ſi autem hęc facultas detur, inſtituere poſſe primogenia ſatis eſt compertum.

12 Hæc autem licentia ad teſtandũ de bonis patrimonialibus poteſt cõcedi à Magno Magiſtro, ita expriméte *tit.* 16. *num.* 10. 11. *& fin.* vbi Fr. Hugo de Loubenx Verdala Cardinalis, & Magiſter expreſſit ita: *Adijcientes Statuto* 11. *ſtatuimus, vt Magiſter poſſit etiam concedere licentiam, & authoritatem Fratribus Ordinis noſtri, vendendi, donãdi, & alienandi omnia, & quæcumq; bona, tàm paterna, quàm materna, & aſcendentium, collateraliumque ſtabilia tantum iure hæreditario, & ſucceſsionis, ſeu legali ad eos expectantia, & pertinentia, ac de illis, tã inter vivos, quàm in articulo mortis diſponendi, ac pro huiuſmodi bonorum recuperatione, tàm in iudicio, quàm extra comparendi, agendi & litigandi.* Nec concedi valet â Commendatario Fratri Cappellano, vt ex multis probat Marãta *dict. reſp.* 82. *ex num.* 29. quia nec Iure Cõmuni, nec Municipali Religionis id Commendatarijs, vel Prioribus conceditur. Paulus Rubeus *vbi ſupra in Annotat. ad deciſ.* 16. *n.* 10 quod limitandum eſt, quando ſpolium pertinet Priori, vel Commendatario; quia ipſe habet præſentationem, & non Magnus Magiſter, vel Prior Eccleſiæ Melitenſis, vt ita intelligo Conſtitutionẽ Greg XIII 60. *quæ incipit, Quo magis.* 23. *Martij* 1580. *apud Cherub. tom.* 2 *p.* 329. *in noviſs.* ibi: *Eiſdem Prioribus, Baiulivis, & Commendatarijs licentiam, & facultatem concedimus, ipſis condonandi, & relaxandi eorum ſpolia, quæ ad dictos Priores, Baiulivos, & Commendatarios ſpectant, ita vt de illis diſponere poſſint, tàm in vita, quàm in mortis articulo, cõdonationemque, ac relaxationem huiuſmodi eiuſdem roboris, ac momenti eſſe, ac ſi ab eadem Sede emanaſſent.* Quod nota, quia ſingulare eſt.

His circa licentiam ad teſtandũ, 13

quę concedi ſolet Hieroſolymitanis à Concilio Ordinis, vel à Magno Magiſtro, ſuccinctè deſcriptis, venit nunc tractanda quęſtio, an licencia teſtandi ſuperveniens efficiat valere teſtamentum à Fratre Hieroſolymitano abſque illa confectum. Et pars negativa probatur primò, quia licentia, vel facultas vbi requiritur, ſemper debet ante actum, vel in ipſo actu præſtari, nec actum confirmat, ſi ex poſt facto præſtetur. *l. Si quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquir. hæred.* vbi Doctores communiter id notant *l. fin. §. Neceſsitate, vbi Gloſſ. C. de Bonis, quæ liberis. l. Obligari. §. Tutor ff. de Authoritate tutor. §. Tutor autem, inſtit. eod. l. 42. Tauri, quæ eſt l. 3. tit. 7.*

14 *lib. 5. Recop.* vbi diſponitur, facultatem ad Maioratum inſtituendum, debere præcedere ipſius Maioratus inſtitutionem, nec Maioratum validari ex licentia ſubſecuta niſi in ea expreſſè Maioratus iam factus confirmetur. Molina *de Primogen. lib. 2 cap. 7. num. 2.*

15 Confirmatur hoc ipſum, quia quę ſunt de forma ſubſtantiali non poſſunt quidem ſequi, ſed debent intervenire in ipſo actu. Moneta *de Commutat. vltim. volunt. cap. 7. nu. 233.* Mandoſius *in Regul. 24. Chancell. q. 4 nu. 9.* adeò vt ſola inhabilitatis ceſſatio non efficiat, vt valeſcat prior actus irritus. Idem Mandoſius *Reg. 18. quæſt. 12. num. 18.*

16 Probatur ſecundò, quia actus ab initio irritus ob impedimentum aliquod, tunc demum valeſcere incipit, quando ſublato impedimento ſubſequitur novus conſenſus, vt notant Gloſ. & D D. *in Regul. quod ab intio. ff. de Regul. iur.*

17 Tertiò, quia adeò requiritur ad teſtamenti valorem capacitas teſtātis tempore, quo teſtamentum condit, vt etiam ſi tunc fuerit capax, & ſic validum, ſi poſtea efficiatur irritū ratione illius poteſtatis ablatæ, non convaleſcat, hac reddita, niſi adſit nova ſolemnis voluntas. *l. qui ex liberis. 11. §. Teſtamento ff. de Bonor. poſſ. ſecundum tab.* & ita Albericus 18
in l. 1 §. Hi quib. nu. 6. ff. de legat. 3. ait, teſtamentum ab hæretico confectum non convaleſcere eo ad fidē converſo, & ſubinde ceſſante capacitate, eo quod ab initio fuerit nullum. Et teſtamentum factum ab impubere, vel furioſo, non convaleſcit adveniente ætate, vel ſanitate, vt ex preſsè habetur *§. Præterea, Inſtit.* 19
Quib. non eſt permiſſum facere teſtamentum, quæ reſolutio procedit quoties eſt defectus in teſtante, tūc enim non convaleſcit teſtamentum 20
ceſſante impedimento, vt optimè conſiderant Bartol. *in l. Filio præterito, in fin. ff. de Iniuſto rupto.* Iaſſon *in l. Si arrogator, num. 36. in fine ff. de adoptionib.*

Et ita in quęſtione, an licentia 21
teſtandi ſuperveniens efficiat valere prius teſtamentum à Monacho abſque illa confectum? Et in ſimili: an facultas teſtandi, de quibus aliás teſtari non licet, debeat præcedere, ita vt teſtamentum non teneat, etiā ſi poſtea licentia ſequatur? Negativam partem ſuſtinent Iaſon *in l. Vt Militibus, num. 2. C. de Teſtam. Militis.* Et ibi Additionator *ad Alex. num. 3. verb. Antea* Decius *ibi nu. 8. vſque ad 12.* Socinus *in l. Si iam facta, num. 5. & 11. ff. de Condit. & demonſtr.* Felinus *in Cap. Dilectus de accuſat. num. 3.* Simon de Pretis *de Interpretat. vlt. vol. lib. 2. interpretat. 1. dub. 1. reſolut. 4. num. 51. & ſeq.* Diana *part. 10. tract. 10. de Cingulo Militari, verſ. Quod etiā probatur*, vbi alios refert.

Cœterùm cōtraria ſententia pro 22
babilior eſt, & amplectenda: & probatur primò *ex l. Si quis filio exhæreda-*

redato. § *Irritum, vers. Qua ratione ff. de Iniusto rupt. testam.* vbi ad valorem testamenti sufficit, vt habilitas testandi adsit tempore mortis, à quo robur sumit. Et ita cum licentia testaméti superveniens adest ante testamenti perfectionem, illud confirmat, quia retrotrahitur ad tépus præteritum, quo confectum est.

23 Argum. *l. Talis scriptura 30. in fin. ff. de Legat.* 1. vbi verbum *Legati*, quamvis præteriti temporis extenditur ad omnia in testamento conté ta, tâm præterita, quàm futura ob testamenti naturam.

24 Secundò, quia filiusfamilias, qui de bonis castrensibus liberè tantùm potest testari. *Cap. Licèt, de sepultu. in 6* Spino *in Rubri. de Testament. part. 4. num. 11. & 12.* Si testetur, & efficiatur postea sui iuris, valet illius testamentum, etiam quo ad alia bona: quamvis enim non potuisset de illis testari tempore testamenti, nihilominus satis est, vt superveniat habilitas tempore mortis. Bartol. *in l. Filio præterito, col. fin. ff. de Iniusto rupto.* Alexand. *in l. Posthumo, col. antepenul. C. de Bonor. poss. contra tabul.* Felin. *in Cap. Cùm dilect. col. 2. de accusat.* Cephal. *cons. 406. num. 22. lib. 3.* Surdus *de Alimentis tit. 7. q. 4. n. 19. & 20.* vbi etiam de

25 testamento vsurarij, quod non valet, si non præstetur cautio de restituendo vsuras. *Cap. Quanquam, de vsur. in 6.* tamen si postea caveatur, illud reconvalescit, ita vt sufficiat relinquere procuratorem, qui præstet cautionē post mortem vsurarij, quia tunc etiam testamentum illius con-

26 validatur. Cardin. *in Clemēt. 1. q. 23 de Sepultur. & in Cap. Significaverunt, col. vlt. & ibi Felin. in fin. n. 11 de Testib.* Gualdensis *de Arte testādi, tit. 1. caut. 7. n. 2.* Ceuallos *q. 11. num. 3.*

27 Tertiò probatur communis opinio *ex l. Iubemus. ff. qui satisdare cogantur*, vbi concedens alicui Procuratori mandatum, censetur ratificare omnia ab illo ante mandatum facta. Quod etiā est in iudicio prius nullo, quod convalidatur per ius superveniens actori ex causa de præterito. *l. Si rem. § fin. ff. de pignorat. act. l. Non potest ff. de iudic.* Rimin. Iun. *cons. 829. num. 2.* Alexander *cons. 1. num. 9. lib. 1. & cons. 127. nu. 4 lib. 5.* Surdus *decis. 6. num. 1.* Morotius *cōs. 92 per tot.* Paris. *cons. 125 num. 11. lib. 1.* Molina *de Primog. lib. 3. cap. 14. num. 4.* 28

Ex quibus sic tenent in Monacho 29 de licentia Papæ, testante Bartol. *in d. l. si quis filio. § irritum*, vbi Imola *num. 2.* & Paulus *num. 4.* Antonius Gomez *in l. 42. Taur. n. 2.* Matienzo *in l. 3. glos. 3. tit. 4. lib. 5. Recop. n. 4.* Alvarad. *de Coniect. ment. lib. 2. cap. 1. in princip. n. 23.* Molina *de Iustit. & Iur. tom. 1. disp. 141.* Thom. Sanchez *in Præcept. Decal. lib. 7. cap. 8 num. 59.* Flaminius Parisius *de Resig nat. Benef. lib. 11. q. 7. num 90.* Navarr. *comment. 2. de Regul. n. 57.* Barbosa *de Potestat. Episcop. alleg. 114 num. 27.*

Et quando Papa concedit Cardi- 30 nali, vel Episcopo licentiam testandi de fructibus Beneficiorum, quod huiusmodi licentia se extendat ad testamentum iam factum, tenent Alexander, & Imola *in l. ex Militibus ff. de Milit. test.* quos refert, & sequitur Riccius *in Praxi aurea, resolut. 294. in fine.* Barbosa *d. num. 27*

Et de nostris Hierosolymitanis 31 loquens Gratianus *tom. 5. Discep. forens. cap. 895. num. 15.* vbi inquit testamentum Equitis Hierosolymitani, quod à principio fuit nullum, convalidari, si postea supervenit facultas testandi. Baldus *in l. fin. col. 6. vers. Et prædicta faciunt ad quæstionem. C. Vnde legitimi.* Guido Pa-

pa *deciſ.* 10. *num.* 3. *& in Addit. litt. C. verb. Non poſſunt.* Thob. *conſ.* 59
32 *nu.* 11. Graff. *de Effect. Cleric. effect.* 1. *n.* 1191. prout paſſim ſervatur in ſimilibus diſpoſitionibus nullis, in quibus per titulum ſupervenientem ille convalidantur. Butr. *in cap. At ſi*
33 *Clerici. §.* 1. *de Iudic.* Aymó *cõſ.* 171 *n.* 1. Parıſ. *cõſ.* 23. *n.* 215. *lib.* 1. Gabr. *cõſ.* 45. *n* 21. *lib.* 1. Graff. *d. Effe.* 1. *n.* 1188. *cum ſeqq.* vbi etiã, quod ſi quis obtinuit Beneficiũ tempore, quo nó erat ordinatus, ſi poſtea ordinetur, poterit vti privilegio fori tanquam ordinatus, cũ habeatur, ac ſi à princi
34 pio habuiſſet ordines; exẽplo diſpẽſationis ſupervenientis, quæ revalidat actũ retro nul ũ. Burg. *de Irreg. p.* 2. *tit. de Diff. & cõmu. n.* 9. poſt Felin. *in Cap. Dilectus, n* 4. *de Accuſ.*
35 Neque obſtant argumenta in cõtrarium deducta, non primum de facultate, & licẽtia, quia procedit vbi requiritur pro forma, & in actu ipſo iure nullo ob defectum formę; quod non datur in noſtro caſu, non enim dicendum eſt prius teſtamentum fuiſſe omnino irritum, ſed tanquam nondum perfectum, & conſummatũ eſſe impendenti vſque ad obitum teſtatoris, & habilitatem ad teſtandum obventuram. Quo etiam dirui
36 tur ſecundum argumentum. Ad tertium reſpondetur, reddendo diſcrimen ſpeciale inter caſus in argumento propoſitos, & noſtrum: in illis enim, ceſſante impedimento nulla eſt confirmatio tacita, aut expreſſa confecti teſtamenti, quod cũ
37 antea fuerit irritum, & nil afferatur, quo poſſit validari, irritum perſiſtet. Quando verò facultas teſtandi Religioſo impetratur, ipſeq; eam acceptat, teſtamentum factum videtur cõfirmare, & poteſtatem, quæ ſola deſiderabatur ad integritatem illius, retrotrahere, ac proinde validius efficere, id admittẽte teſtamẽti natura, quod cũ actus ſit ſucceſſivus vſq; ad mortẽ nõ exiſtimatur eſſe perfectus. Ita Thom. Sách. *vbi ſup. cap.* 8. *n.* 56.

Quæ dicta ſunt de Fratribus Hie- 37
roſolymitanis non procedunt in Cõfratribus S. Ioannis portãtibus mediam Crucem, quam vocant *Tau*, quia cùm Religioſi non ſint, nec bona ſua Religioni obtulerint, teſtamenta condere non prohibentur; licèt diverſum ſit in Oblatis, ſeu Donatis cæterarum Religionum, qui 38
quamvis Religioſi non ſint, cum tamen offerant ſe, & ſua Monaſterio, inde prohibitio dimanat vt teſtamentũ facere nõ poſſint, vt obſervat Roderic. *tom.* 3. *q. Regul. q.* 69. *art.* 8. Navar. *in Cap. Non dicatis, n.* 45. *in fin.* 12. *q.* 1. notat Narbon. *in l.* 8. *tit.* 5. *lib.* 1. *Recop. gloſ. vnic. n.* 28.

CAPVT VI.

AN IN SPOLIIS Hieroſolymitanorum ſit competens Iudex Ordinis Conſervator contra ſæculares quovis titulo detinentes bona defunctorum?

SVMMARIVM.

IVdex Conſervator Ordinis S. Ioannis an ſit cõpetẽs cõtra ſæculares in ſpolio Hieroſolymitanorũ. 1.

Iudices Conſervatores ſolũ poſſũt procedere contra manifeſtas iniurias, quæ iudicialem examinationẽ non requirunt. 2.

Ijdem non poſſunt procedere contra ſæculares reos ex cauſa civili. 3

Spolÿ Epiſcoporum cauſæ in Hiſpania pertinent ad Principem. 4.

Bona per obitum Hieroſolymitani detẽta à ſæculari ſunt in proprietate, & dominio Religionis. 5. *& in poſ-*

poſſeſsione. 6.

Remedia omnia poſſeſſoria competunt Religioni. 7.

Sæcularis bona ſpolij Religioſi detinens non eſt poſſeſſor, nec bona præſcribere poteſt. 8.

Poſſeſsio apud duos nō poteſt eſſe in ſolidum. 9.

Sæcularis violenter ſpoliatus de bonis Religioſi nō eſt reſtituēdus. 10

Sæcularis ſpoliator bonorum Eccleſiaſticorum ante Iudicem Eccleſiæ eſt conveniendus. 11.

Detentio rei Eccleſiaſticæ præſumitur iniuſta. 12.

Iudex Conſervator eſt legitimus contra laicos ſpoliantes Cōventum, aut Regulares hæreditatis ſibi delatæ. 13. *Et contra quoſcumque indebitè vſurpantes Eccleſiarū bona.* 14

Spolij cognitio vel eſt ſpiritualis, vel mere Eccleſiaſtica, de qua Iudex laicus non poteſt cognoſcere. 15.

Conſervatorum eligendi facultas in Ordine Hieroſolymitano eſt ampla, & extenditur ad ea, quæ iudicialem exigunt indaginem. 16.

Iniuria eſt ſpoliare Religionem dominio ſuo, & poſſeſſione. 17.

Cōſervator procedit contra ſæculares ſpoliatores bonorū Eccleſiæ. 18

Conſervaturiæ Regularium exceptæ ſunt in Concilio. 19.

Bulla Greg. XV. non comprehendit Conſervaturias ampliſſimas. 20. *Et non afficit Religionem Hieroſolymitanam.* 21.

Spolia Epiſcoporum, & Hieroſolymitanorum differunt. 22.

Eccleſiæ ſuccedebāt in bonis Epiſcoporum. 23.

Spolia Epiſcoporum ad Camarā Apoſtalicam ſunt adſcripta. 24.

EXpoſitis ſupra, quæ de contractibus fictitijs, necnon & teſtamentis Hieroſolymitanorum, ab Ordinis Statutis deciſa ſunt; ſequitur nunc quæſtionē multum vtilem, & practicabilem examinare: quia vel prætextu donationis, vel ob debitum ſuppoſitum ceſsionis, vel ſolutionis, ſolent ſæculares bona Hieroſolymitanorū Equitum occupare. Et cum pro parte Ordinis eius Receptores intendant poſſeſſionem, ſuſcitando Iudices Conſervatores, cōpetentia eū Iudicibus ſæcularibus oriri ſolet. Qui caſus de facto contigit in ſpolio D. Fr. Gaſparis de Alcozer Hiſpalenſis, qui ceſsiones quaſdam fecit tempore mortis, quarum virtute eius bona apprehenſit ſęcularis, & lite cū eo mota, ſuſcitato Iudice Conſervatore, qui inhibuit Iudicem Ordinarium, cōpetentia orta fuit, & ad Regium Senatum Hiſpalenſem per viam violentiæ delata.

Et in hac controverſia pro parte ſęcularis facit primō, quod Iudices Conſervatores ſolùm poſſunt procedere contra manifeſtas iniurias, & violentias, quę iudicialem examinationem non requirunt. *Cap.* 1. *& vlt. de Offic. de leg. lib.* 6. & apud nos diſponit *l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 1. *Reco.* Barb. *de Poteſt. Epiſc. alleg.* 106. *num.* 16. 2

Nec poſſunt procedere cōtra laicos, & ſæculares, niſi quādo iſti ſunt actores, Regulares autem rei, ex Cōcil. Trid. *ſeſ.* 14. *de refor. c.* 5. Greg. XV. *in Bull. quæ incip. Sāctiſsimus* 1621. *apud Barb. vbi ſup.* quæ comprehendit Relig. Hieroſolym. Conſervaturiā, quia eam Pontifex bis in Bulla expreſſit, maximè contra debitores ex cauſa civili. Gut. *prac. lib.* 3. *q.* 9. *n.* 8. *& lib.* 4. *q.* 63. Ceval. *tom.* 4. *q.* 897. *n.* 711. Barbo. *num.* 40. 3

Secūdo, quia cauſæ ſpolij Epiſcoporū in Hiſpania pertinēt ad Regē, & Iudicē ſæcularem. *l.* 18. *tit.* 5 *p.* 1. Gut. *lib.* 2. *q.* 49. *n.* 4. Seſſe *de inhibi. c.* 10. *§.* 1. *n* 31. Ceval. *de cogni. viol.* 2. *p. q.* 78. *n.* 13. Boba. *lib.* 2. *pol. c.* 18. *n.* 180. Salg. *de ret. Bul.* 1. *p. c.* 1. *n.* 117. 4

D. So-

D.Solorçan. *in Polit. Indian. lib. 4. cap. 11. verſ. En que no parece.* Et de ſpolio Epiſcopi de Guadalaxara in novo Hiſpaniæ Regno celebris eſt *Allegat. 26.* ſcripta à Noguerol. Et ita à paritate rationis idem dicendũ eſt de ſpolijs Hieroſolimitanorum.

5 His nó obſtantibus pro Religione Hieroſolymitana, & ſuo Iudice Conſervatore facit primò, quòd bona per obitum ſui Fratris detenta à ſæculari ſunt in proprietate, & dominio Religionis, tùm quia Religio habet dominiũ, Fratres verò vſumfructum, iuxta tradita ſupra *Cap. 1.* tùm etiam, quia dominiũ, caſu quo apud Fratres eſſet, transfertur in Eccleſiam abſque traditione. *Authent. Ingreſſi. C. de Sacroſanct. Eccleſijs. l. fin. C. Eod. Cap. Quia Ingredientibus. 17. quæſt. 3. Cap. Verum, de condit. appoſit.* Thomas Sanchez *in Præcept. Decalog. lib. 7. cap. 12. num. 21. & 24.* D. Valençuela *conſil. 151. num. 62.* Doctiſsimus Iuriſconſultus Theoricæ, & Practicæ Iuriſprudentiæ percelebris Doctor D. Alphonſus de Olea Regij Senatus Granatenſis digniſſimus Conſiliarius *in tract. de Ceſſio. iur. & action. tit. 3. q 9 n. 33.* item & in poſſeſſione, quam in hoc caſu transferri ve-
6 rius eſt, *ex l. Si adoptavero ff. de Precario.* Afflictis *deciſ. 299. nu. 16* Decius *in dict. Auth. Ingreſſi. nu. 18 & in Cap. In præſentia, de probationib. num. 297.* Menchaca *de Succeſſ. creat. lib. 2. §. 16. n. 13.* Gail. *libr. 2. obſervat. 152.* Noalis *de Tranſmiſſ. caſu 38. num. 28.* Giurba *ad Conſuetud. Meſan. 1. p. cap. 5. gloſ. 6. n. 14.* Virgil. *de Legitimat. perſon. cap. 23. num. 14.* Olea *dict. nu. 33.* Thomas Sanchez *num. 26.* Sicut in poſſeſſione bonorum Maioratus, quæ miniſterio legis transfertur in ſucceſſoré *per legem 45. Tauri*, ex qua competunt Religioni remedia omnia poſſeſſoria adipiſcendæ, retinendæ, & 7
recuperandę poſſeſsionis. Covarru. *lib. 3. Variar. cap. 5. nu. 6.* Menoch. *de Recuper. remed. 1. nu. 386. & 387* Carolus de Tapia *in dict. Auth. Ingreſſi, in principio num. 19.* Thomas 8
Sanchez *vbi ſupr. nu. 29.* Vnde ſæcularis, qui hæc bona detinet, non eſt eorum poſſeſſor, nec præſcribere ea poteſt. Redoanus *de Spoliis, q. 14.* Quia poſſeſsio, quã habet Religio, non poteſt eſſe apud duos in ſolidũ, *l. Sicut certo. §. Si duobus ff. commodati.* Quod adeò procedit, vt ſi pro 9
parte Religionis violenter ſecularis ſpoliaretur, cùm in veritate non ha- 10
beat poſſeſſionem, de Iure non fuiſſet reſtituendus. Ripa, & alij laudati per Marqueſan. *de Commiſs. reſt. in integrum. part. 2. cap. 3. num. 57. cum ſeqq.*

Facit ſecundò, quòd ſeculariſ ſpo 11
liator bonorum Eccleſiaſticorum ante Iudicem Eccleſiæ eſt conveniẽdus. *Cap. Cùm ſit generale. Cap. Cõqueſtus, de foro competenti. Cap. Relatum, de iure Patronatus.* Marianus Socinus *in Cap. Si Clericus, de foro compet. num. 1.* vbi benè probat quod laicus poteſt coram Eccleſiaſtico conveniri, quando agitur de re
Eccleſiæ; & ratio eſt, quia ipſa detẽ- 12
tio in dubio præſumitur iniuſta. *Cap. Nulli. 12. quæſt. 2. Cap. Qui abſtulerit, eod.* Vnde ex tali iniuſta detentatione videtur committi quaſi quoddam ſacrilegium, ratione cuius Eccleſia ſibi vendicat iuriſdictionem, & poteſt laicos convenire coram ſuo Iudice Conſervatore. Ignatius de Salcedo *in Practica crimin. canon. cap. 3. in addit. verb. & nota.* Alexander Sperellus *deciſ. 8. n. 43. & 44.* Thomas Sanchez *Conſil. mo-* 13
ral. lib. 6. c. 9. dub. 6. vbi refert, pronunciationem eſſe in Prætorio Granatenſi non intuliſſe vim Conſervatorem procedentem contra laicos

ſpo-

ſpoliantes quemdam Conventum Religioſorum cuiuſdam hæreditatis. D. Larrea *Allegat. Fiſcal. 27. n. 8.* D. Caſtillo *tom. 7. de Tertijs, cap. 12. num. penult.* Barboſa *in Collect. ad dict. Cap. Relatum, nu. 3.* vbi inquit, procedere benè Iudicem Eccleſiaſticum contra quoſcumque indebitè vſurpantes Eccleſiarum bona. Peirinis *tom. 2. ſuorum privileg. Conſt. 3. Greg. XV. num. 50.* Hieronymus Garcia *in Polit. Regul. 1. tomo trat. 8. diff. 2. dud. 2. punto. 1. n. 2*

15 Facit tertiò, quòd cognitio, & cauſa hæc, vel eſt merè ſpiritualis, vel ſaltim merè Eccleſiaſtica: & per conſequens Iudex laicus de illa non poteſt cognoſcere. *Cap. Tuã, de ordine cognition. Cap. Si Iudex laicus, de ſent. excommunic. lib. 6.* Et ita ſemper in Tribunalibus Eccleſiaſticis de illa cognitũ eſt. Seraphin. *deciſ. 594 per totam.* Redoanus *de Spolijs q. 7. num. 64.* vbi inquit, ipſum tamquam Iudicem Conſervatorem in Civitate Neapolitana cognoviſſe de ſpolijs Equitis Hieroſolymitani profeſſi in eo Ordine.

16 Ex quibus pro Religione, & Iudice Conſervatore iudicandum putavi, ſed controverſia tranſactione ſopita fuit. Hac tamen opinione ſecuta, vt certa & iuridica, non obſtãt rationes in contrarium traditę circa iuriſdictionem Conſervatorũ, quæ ex profeſſo ventilantur infra *Diſceptat. 15.* & pro nunc ad primam, *ex Cap. 1. & vlt. de Offic. delegat. lib. 6. & lege Recopilata* reſpõdetur, quòd horum Iurium diſpoſitio fuit iam à Palacijs relegata, vt docet Roderic. *tom. 1. quæſt. Regul. quæſt. 65. art. 12 verſ. Nec his.* Et non procedit reſpectu Religionis Hieroſolymitanę, in qua facultas nominandi Conſervatorem eſt ampla, & non limitata ad manifeſtas iniurias, nec violentias, ſed extenditur ad ea, quæ iudicialem exigunt indaginem Moneta *de conſervat. cap. 6. num. 2. & 35.* Gutier. *lib. 4. pract. q. 63. n. 7. 8. & 9.* Mendo *de Ordinib. Milit. diſq. 2. q. 4. n. 125.* Barboſa *in ſumm. Apoſtol. deciſ. collect. 226. verb. conſervator nu. 9.* vltra quod iniuria, & violentia manifeſta in hac detentatione committitur, quia ſpoliatur Religio dominio ſuo, & poſſeſſione *l. 1. ff. ne vis fiat ei, qui in poſſeſſionem miſſus eſt,* ibi: *Siquis dolo malo fecerit quo minus permiſſu meo in poſſeſſione bonorum ſit, nec exigitur, vt vim fecerit, qui prohibuit.* 17 Nec eſt neceſſe homines vulnerari ad violentiam committẽdam. *l. extat. ff. quod metus cauſa,* & iniuria dicitur, quod non iure fit. *l. 1. ff. de iniurijs.*

Et in hoc caſu poteſt iudex conſervator procedere contra ſæculares, etiam ſi rei ſint. Rodericus *art. 12.* Thomas Sanchez. *d. cap. 9. dub. 6.* Garcia *vbi ſup. n. 2.* nec Concilium Tridentinum probat contrarium, quia potius excipit Conſervaturias Regularium; nec fuiſſe ſublatas ex decreto *Cap. 20 ſeſſ. 24.* tenent communiter Doctores, & ſic declaratum eſſe à ſacra Congregatione refert D. Salgado *de retent. Bullar. 2. p. c. 11. n. 5. & 10.* Cochier *de iuriſd. in exempt. p. 5. q. 36.* Thomas Sanchez. *d. dub. 6. n. 11.* Macha do *in Perf. Conf. tom. 2. lib. 4. p. 3. trat. 1. doc. 1. n. 3.* Barboſa *in collect. ad d. cap. 20. n. 3.* Lezana *tom. 2. Regul. cap. 10. n. 6.* Rota per Farinaciũ *deciſ. 616. p. 2. recenſ.* Tondutus *de prævent. iud. 2. p. c. 59. n. 17.* nec Bul 20 la Gregorij XV. quæ non comprehendit Conſervaturias ampliſſimas Tamburinus *de iure Abbat. tom. 3. diſp. 14. q. 2. in fin.* Diana *p. 9. tract. 9. reſol. 26.* Tondutus *n. 18. & 19.* & non afficere Religionem Hieroſolymitanam declaravit S. Congregatio,

gatio, cuius declarationem appro-
21 babit Vrbanus VIII. *in Bulla quæ incip. exponi* 1628. Barbo. *in ſumm. Apoſtol. deciſ. collect.* 314 *num.* 13. & quod per illam non fuit derogatum privilegijs ampliſſimis probat ex multis Mendo *diſquiſit.* 2. *num.* 141. de quo infr. *diſcep.* 15.

22 Ad ſecundam rationem de Spolijs Epiſcoporum reſponderur, non procedere argumentum, quia ſunt diverſiſſimæ ſpeciei, & naturæ ſpolia Hieroſolymitanorum; nam in his non datur lex nec conſuetudo, quę iuriſdictionem in laicum concedat, in Spolijs Epiſcoporum in Hiſpania datur lex, & conſuetudo, quæ potuit fundari in eo, quod in bonis Epiſcoporum defunctorum
23 ſuccedebant Eccleſiæ. *Cap.* 1. *in fin. de teſtament. Cap. Epiſcopi* 21. *q.* 1. *Auth. licentiam. C. de Epiſcop. & Cleric.* & earum Patronis incumbebat cura, & protectio, vt de bonis hæredita ijs ne defraudarentur: vnde cũ Rex noſter ſit Patronus vniverſalis Eccleſiarum ſui Regni, ad ipſum, & ad ſuos Miniſtros incubuit huiuſmodi cognitio. Et quamvis poſtea dicta Spolia ad Reverendam Camaram Apoſtolicam fue-
24 runt ad ſcripta per Bullas Pauli III. & ſucceſſorum in Pontificatu, adhuc præeminentia huius cognitionis, & protectionis ſtat in noſtro Rege ex iure quæſito, & longeva conſuetudine, quæ omnia ceſſant in Spolijs Hieroſolymitanorum.

*

* * * * * * *

* * * * * *

* * * * *

* * * *

* * *

* *

*

CAPVT VII.

AN FRATRES HIEROſolymitani ſuccedant in Feudo.

SVMMARIVM.

FEuda habere poteſt Ordo Sancti Ioannis. 1.

Melitam inſulam in feudum habet Ordo S. Ioannis. 2.

Religio omnis bonorum capax ſuccedit in feudo, quando vel ſervitium eſt reale, vel perſonale, quod per ſubſtitutum poteſt exhiberi. 3. *ſecus ſi ſervitium ſit perſonale, & quod per ſubſtitutum non poſsit exhiberi.* 4.

Religio ſuccedere valet in feudo franco. 5.

Epiſcopi, & Cardinales ſuccedunt in feudo conceſſo ſub præſtatione annui redditus. 6.

Hieroſolymitani an ſuccedant in feudis rectis, & proprijs paternis, & antiquis, in quibus vaſallus debet perſonaliter ſervire, eſt dubiũ. 7

Religioſus in feudis antiquis, & rectis non ſuccedit. 8.

Hieroſolymitani non poſsunt ſe homagio, confœderatione, vel iuramento alicuius adſtringere. 9.

Hieroſolymitani non poſſunt ſe implicare bellis Chriſtianorum ad invicem. 10.

Hieroſolymitanos non ſuccedere in feudis tenent multi. 11. *contra* 17. *&* 18.

Hieroſolymitani non deponunt arma bellica. 12.

Arma quæcumque portare, & vbicumque locorum poſſunt Hieroſolymitani. 13.

Iuriſ-

Iuriſdictionem acquirere poſſunt Hieroſolymitani. 14.

Bellum ſi gerit Dominus, vel Princeps Provinciæ, Prior, & Caſtellanus Empoſtæ poſſunt dare licentiam Fratribus ſe exercendi in bellis Chriſtianorum. 15.

Conſuetudine receptum eſt Hieroſolymitanos in feudis ſuccedere. 16.

Hieroſolymitani ſuccedunt in Commendis Indorum. 18.

1 COntroverſa nimis eſt queſtio præſens apud Doctores; & ad veram eius reſolutionem inprimis animadvertendum eſt, certum eſſe, Religionem S. Ioannis in vniverſum poſſe habere Feuda, cum ſit bonorum capax. Fab. Anna *ad Vinc. Ann. ſingul.* 207. Graffis *de effectib. clericat. eff.* 4. *n.* 70. Novar. *in prax. elec. for. q.* 37. *num.* 9. Theſaurus Iunior *quæſt. forenſ. lib.* 1. *q.* 18. Thomas Sanchez *in præcept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 15. *n.* 47. Gratianus *diſcept.*
2 *forenſ. tom.* 5. *c.* 880 *n.* 7. vt patet in Inſula Melitenſi, quam habet Religio in Feudum Regis noſtri Hiſpaniarum, cui in ſignum quot annis mittit avem venaticam vulgò *Azor.*

3 Idque procedit in omni Religione bonorum capace, quæ ſuccedere poteſt in Feudo, quando vel ſervitium eſt reale, vt conſiſtens in pecunia, vel alia re tradenda, vel perſonale non dedecens Religioni, vel ſi dedeceat, poteſt per ſubſtitutum exhiberi. Thomas Sanchez. *d. c.* 15. *n.* 36 Bonacina *tom.* 2. *de contractibus diſp.* 3. *q.* 8. *punct.* 3 *§.* 3. *num.* 2. *verſ. Quinto.* Rodericus *tomo* 2. *quæſt. Regul. q.* 62. *art.* 10. *& q.* 78. *artic.* 12. Molin. *de iuſt. & iur. tom.* 1. *diſp.* 140. *verſ. Regulam.* Alter Molina *de Primogen. lib.* 1. *capit.* 13. *num.* 76.

Si tamen ſervitium eſt perſonale, & quod per ſubſtitutum non poſ- 4
ſit exhiberi, vt ſi induſtria vaſalli ſit electa, non poteſt Religio in Feudo ſuccedere. *Cap. ſcripſit.* 27. *q.* 2. *Cap. præſens.* 20. *q.* 3 *§. ſi quis per triginta, verſ. Qui Clericus, ſi de feud. defunct. cont. ſit. int. dom. & agnat. vaſal. l.* 6. *tit.* 26. *p.* 4. Iulius Clarus *lib.* 4. *ſent. §. Feudum q.* 78. *n.* 1. *&* 4. Dueñas *regul.* 103. Thomas Sanchez *num.* 37. Læſſius *de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 10. *num.* 84.

Vndè Religionem ſuccedere in 5
Feudo Franco, in quo Feudatarius tenetur ſolum ad iuramentum fidelitatis, communiter receptum eſt; quia huiuſmodi iuramentum præſtari poteſt per ſubſtitutum, vt in Feudis, quæ poſſidet Eccleſia, vel poteſt remitti; & quia alioquin nunquam Religio ſuccederet in Feudo. Dueñas *vbi ſup. limitat.* 10. Thomas Sanchez *d. cap.* 15. *n.* 41. Carolus de Tapia *in Auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. Eccleſ. cap.* 15. *nu.* 33. Menochius *conſ.* 54. *vol.* 1 *num.* 12. ſicut 6
Epiſcopi, & Cardinales, qui non ſuccedunt in Feudo, quando illud eſt rectum, & proprium, cum ſecus ſit in Feudo conceſſo ſub præſtatione annui redditus. Gratianus *diſcept. forenſ. cap.* 457. *n.* 39. & de huiuſmodi Feudis non eſt quæſtio præ- 7
ſens, ſed de Feudis rectis, & proprijs nec non paternis, & antiquis, in quibus Vaſallus debet perſonaliter ſervire, vt de his fuit quæſtio Hieroſolymitanorum apud Menochium *d. conſ.* 54. *n.* 14.

Et non poſſe in his ſuccedere 8
Fratres Hieroſolymitanos probatur primò, quia Religioſus in his Feudis non ſuccedit. *Cap.* 1. *§. qui Clericus, ſi de feud. fuerit cont. inter dom. & vaſal. Cap.* 1. *de Milite Vaſal. qui arma bellica depoſuit.*

ſuit. Capit.1. an mutus, vel aliàs imperfectus.

9 Secundò ex ſtatutis Ordinis *tit.* 18. *de prohibitionibus, & pœnis, numer.9.* ibi: *Non licet Fratribus noſtris aliquo pacto ſe homagio, confederatione, vel iuramento alicuius, modo Hiſpaniæ, aut aliter, ſine Magiſtri, ſeu Prioris, & Caſtellani Empoſtæ licentia adigere, vel adſtringere.*

10 Tertiò, ex eiſdem ſtatutis *eod. tit. num.24.* ibi: *Statuimus, quod Fratres Ordinis noſtri non implicent ſe bellis, & gentibus armorum Chriſtianorum ad invicem.* Ex quibus non poſſe perſonaliter ſervire in bello Domino Feudi clarum eſt.

11 Ex his, & alijs fundamentis ita tenent Bald. *conſ.*170. *lib.*2. Barbacia, Brunus, Caſaneus, Catelianus Cotta, Craveta, Rolandus, Alciatus, & Thomas Marinus relati, & ſecuti à Menochio. *d. conſ* 54. *n.*24. *& lib.*2. *de Arbitrar. caſu* 231. *nu.*5. Ponte *conſ.*14. *n.*5. Riminald. Iun. *conſ.*527. *num.*15. *&* 16. *lib.*5. Fab. Ann. *in addit. ad Vincent. Annaſingul.*207. Rota *deciſ.* 107. *lib.*3. *p.*2. *&* 436. *diverſ.* Oſaſcus *deciſ.*27 *num.*18. Mohedanus *deciſ.*10. *n.*3. Riccius *collect. deciſ.* 216. *col.*3. *verſ. Decimo, & Vltimo.* Maſtrill. *deciſ. Sicil.*85. *nu.*11. Arman. Piſtor *quæſt. Feudal. lib.*2. *p.*3. *q.*33. *n.*22. Graffis *de effectib. cleric. eff.*4. *n.*68. Novarius *de elect. for. ſect.*1. *q.*37. *n.*9. *& in*3. *impreſſ. ſect.*2. *q.*69. *numer.*19. cum multis Ioan. Baptiſta Thoro *in compend. deciſ. Neap. tom.*1. *verb. Milites Hieroſolymitani.* Gratianus *cap.*880. *n.*6. latè Roſental *de Feudis, cap.*7. *concl.*30. *nu.*11. *&* 19. Narbona *in. l.*8. *tit.*5. *lib.*1. *Recop. gloſ. vnic. n.*11. Camil. Borrel. *in ſumm. deciſ. tom.*1. *tit.*34. *de Feudis num.*626. & multi per Spellum *deciſ.*21. *n.*61.

Verum contraria ſententia probatur primò, quia in Fratribus Hieruſolymitanis ceſſat ratio excluſionis Regularium, cum non deponãt arma bellica, immò continuò contra Chriſtiani nominis hoſtes pugnare debeant, & ita ceſſat ratio *Capitis* 1. *de Milite Vaſallo, qui arma bellica depoſuit.* Non ſolùm ergo Hieroſolymitani arma bellica non deponunt, ſed privilegium habent quæcumque arma portandi, & vbicumq; locorum, ex Clemente VII. & alijs ſummis Pontificibus. Pius IV. *in Bull. quæ incip. circunſpecta kalend. Iulij.* 1560. *apud Laert. Cherub. tom.*2. *fol.*9. Dueñas *regul.* 55. *limitat.*4. Plaza *de delictis, lib.*1. *cap.*8. *n.*11. Menochius *de Arbitrar, lib.*2. *caſu* 393. *n.*70. & de Tẽplarijs fuit Gloſſa celebris *in Cap. duo ſunt.*12. *q.*1. *verbo Converſi.* 12 13

Secundò, quia Hieroſolymitanis permiſſum eſt etiam ſine Magiſtri licentia iuriſdictionem acquirere, ita decidente ſtatuto *tit.*16. *de contractibus, num.*10. ergo poſſunt in Feudo ſuccedere. Iuriſdictio quippe, quæ acquiri valet à Hieroſolymitano, ſupponit eum Vaſallum Principis, vel Reipublicæ, in cuius territorio, vel Provincia iuriſdictio ineſt. 14

Cui etiam facit, quod ſtatutum prohibens Hieroſolymitanis, ne ſe in bellis Chriſtianorum adinvicem immiſceant, & implicent, limitatur eodemmet *num.*24. *tit.*18. quando bellum gerit Dominus, vel Princeps Provinciæ, nam tunc Prior, & Caſtellanus Empoſtæ poſſunt dare licentiam Fratribus ſe exercendi in bellis Chriſtianorum. Anſaldus *de iuriſdictione. p.*3. *tit. vnic. capit.*8. *n.*69. vt noſtris temporibus expertum eſt in continuatis Europæ bellis, in quibus in Italia, Flandria, Cathalonia, & Luſitania, Milites Hieroſoly- 15

roſolymitani militarunt pro Rege noſtro Catholico, & pro Rege Chriſtianiſſimo.

16 Tertiò, quia conſuetudine receptum apud omnes, eſt ſuccedere Equites Hieroſolymitanos in Feudis: conſuetudo autem vim legis obtinet. *l. minimè. ff. de legibus. Cap. conſuetudo, diſt. 4.* de conſuetudine autem deponunt omnes, qui hanc opinionem tenent.

17 Quæ quidem opinio ex alijs etiã fundamẽtis communiter ſecuta eſt, & eam tenent. Alvarotus *in cap. 1. col. penult. verſ. Quæro quid ſi Vaſallus, de Milit. vaſ. qui arm. bell. dep.* & ibi Baldus *num. 4.* Præpoſitus *in fin.* & Aflictus *num. 13.* Iacobinus à S. Georgio relatus à Menochio. *d. conſ. 54. n. 1.* Barb. *in Rubr. extr. de Feud. col. 3. verſ. Quid ſi Vaſallus efficiatur Miles.* Curtius Iunior *de Feudis. p. 3. q. 10.* Rubeus *conſ. 80.* Nevizanus *conſ. 30. nu. 1. & 8.* Natta *conſ. 507. n. 9. lib. 3.* Duenas *regul. 403. limit. 6.* Carolus de Tapia *in Auth. ingreſſi. C. de ſacr. Eccleſ. verb. Sua, cap. 15. n. 20.* Antonius Scappus *de iure non ſcripto lib. 2. ca. 11.* Marta *de ſucceſſ. legal. 3. p. q. 13. art. 6.* Genuenſis *in practicab. Eccleſ. q. 20.* D. Solorzan. *de iure Indiarum, tom. 2. lib. 2. cap. 5. n. 17. & cap. 17. n. 70.* Thomas Sanchez. *d. lib. 7. cap. 15. n. 49.* Bonacina. *d. diſp. 3. q. 8. punct. 3. §. 3. nu. 4.* Lezana *conſulto 11. n. 9.* Pellizarius *in Man. Regul. tom. 2. tract. 8. ca. 6. n. 35.* Mendo *de Ordinib. Militar. diſq. 10. q. 7. nu. 62.* Sperellus *deciſ. 21. n. 61.* Martin. Magerius *de advoc. arm. cap. 8. n. 410.* Barboſa *de iure Eccleſiaſtico. lib. 3. cap. 7. n. 49.* Anſaldus *de iuriſdictione. d. cap. 8. ex num. 55.* Gaſp. Klokius *de contributionibus cap. 14. n. 80.*

18 Ex his ergo contrarijs opinionibus prima de iure verior eſt, ſecunda in praxi, & conſuetudine receptior: ita affirmant Nevizanus, Sperellus, & noſter eruditiſsimus Solorzano, qui *dict. cap. 5. n. 18.* idé 19 in Commendis Indorum ſervandũ eſſe tenet, & ſervatum ſemper abſque vlla hæſitatione vidiſſe affirmat, & habuiſſe Commendam nobiliſſimum Equitem D. Raphaelem Ortiz à Sotomayor, qui Ordinis, & Baiulivus, & Legatus extitit; cum hæc Religio bellum non impediat, ſed potius ad bella ordinetur, inquibus poſſunt Equites per ſe in bello ſervire, & reliqua Feudorum onera ſubire, ex tacita Ordinis permiſſione, & conſuetudine iam diu recepta, quę vicem legis obtinet. Ex quibus facilè concordantur vtriuſque opinionis fundamenta.

CAPVT VIII.

AN FRATRES HIEROſolymitani poſſint ſuccedere in Hæreditatibus ab inteſtato, & in Fideicommiſſo, & Maioratu.

SVMMARIVM.

Monachus in Religione capaci bonorum ſuccedit in hæreditate, quæ iure ſanguinis defertur. 1.

Monachus retinet ius prioritatis in gradu, atque omnia iura agnationis, ſanguinis, & ſuitatis. 2.

Monachus ſuccedit in Fideicõmiſſo, & Maioratu. 3.

Maioratus ſi habet annexam iuriſdictionem, vel dignitatem non ſuccedit in eo Monachus, nec Monaſterium. 4.

Excluſionis Monachi conditio

adſcripta in fundatione Maioratus licita eſt. 5.

Monachus filius excludi non poteſt in Primogenio ex melioratione tertij, & quinti facto. 6.

Hieroſolymitani ſuccedunt in Maioratu, ſi Religioſi excluſi non ſint. 7.

Hieroſolimitani ſuccedunt ab inteſtato, habentque ius petendi legitimam in bonis parentum. 8.

Hieroſolymitani, & omnes Regulares ex conſuetudine in Francia ab inteſtato non ſuccedebant in bonis parentum. 9.

Succeſſio filij Monachi in bonis parentum iuri divino, & naturali adeò eſt conſona, vt ſtatuto contrarium non poſſit induci. 10.

Hieroſolymitanos pro Regularibus non haberi quantum ad ſucceſſionem, & quod ſuccedant ab inteſtato in bonis parentum, declaravit Ordo in Capitulo Generali. 11.

Equites S. Iacobi, Calatravæ, & Alcantaræ ſuccedunt in Maioratibus, qui habent annexam Dignitatem, & vbi Religioſi excluſi ſunt. 12.

Hieroſolymitani excluſi ſunt à Fidecommiſſis, & Maioratibus ex clauſula excluſiva Religioſorum. 13. *contra* 16. & 18.

Hieroſolymitani excluſi non videntur à Maioratibus, qui habent annexam Iuriſdictionem, & Dignitatem. 14.

Hieroſolymitani Milites in Dignitate Eccleſiaſtica ſunt conſtituti. 15.

Hieroſolymitani Regularium nomine in odioſis non comprehenduntur. 17.

1 VT quæ certa ſunt ab incertis ſeparentur, animadvertendum eſt, Monachum in Religione capaci ſucceſsionis bonorum ſuccedere in hæreditate, quæ iure ſanguinis defertur. *Capit. vnic.* 18. *q.* 1 *l. Deo nobis. C. de Epiſcop. & Cleric.* Leſsius *de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 11. Gama *deciſ.* 6. Valençuela *conſ.* 135. *n.* 34. quia retinet ius prioritatis in gradu, atque 2
omnia iura agnationis, ſanguinis, & ſuitatis, vt cum Baldo *in Auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſ. Eccleſ.* tenent communiter DD. Tiraquell. *de Nobilit. cap.* 26. *n.* 8. Lapus *allegat.* 101. Surdus *conſ.* 557. *n.* 14. Robles *de Repreſentat. lib.* 2. *capit.* 17. *num.* 1.

Undè ſuccedere in Fideicommiſſo, & Maioratu Monachum, vel 3
vt meliùs dicam, Monaſterium mediante perſona Monachi, certum eſt. Molina *de Primogen. lib.* 1. *cap.* 13. *ex num.* 68. *cum ſeqq.* alter Molina *de iuſt. & iur. trac.* 2. *diſp.* 623. Mieres *de Maioratu.* 2. *p. q.* 2. *ex nu.* 11. Peregrin. *de Fideicommiſſ. art.* 28. *ex n.* 58. Valençuela *vbi ſupra ex num.* 38. & 43. cum diſtinctione tamen ſi Maioratus habet annexã Iuriſdictionem, vel Digni- 4
tatem, cuius incapax ſemper eſt Religio, & Monaſterium ex latè traditis à Molina *d. cap.* 13. *ex num.* 79. *vſque ad* 94. Caſtillo *lib.* 3. *controverſ. cap.* 12. *n.* 105. & *n.* 54. & *tom.* 6. *cap.* 162. *n.* 23. Fuſarius *de ſubſtitutionib.* q. 419. *num.* 55. D. Hieronym. de Leon *deciſ.* 31. *tom.* 3. etſi Monachus excluſus in fundatione non ſit: nam licitam, & iuſtam eſſe hanc excluſionis conditionem fa- 5
tentur omnes, vt per Thomam Sanchez *in præcept. Decal. lib.* 7. *cap.* 15. *n.* 6. Addentes ad Molinam *dic. cap.* 13. *n.* 78. cum limitatione verò, quæ à multis notatur, nempè in Primogenio ex melioratione tertij, & quinti facto, iuxta *l.* 27. *Tauri, quæ* 6
eſt l. 1. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recop.* in quo filius Monachus excludi non poteſt,

quia

quia parentes tenentur servare ordinem ibi præscriptum, & exclusis descendentibus ascendentes, vel propinquos non possunt nominare. Ita Molina *lib.2. cap.12. n.55.* Angul. *de Meliorat. l.11. gloss.4. n.9.* Castillo *lib.3. controvers. cap. 12. ex nu.34.* Rodericus, & Gutierrez per Thomam Sanchez. *d. nu.6. cap.15.* Ludovicus à Conceptione *in examine veritatis Moralis trac. 2. casu 20. n.11.* laudatus à Mendo *de Ordinib. Militarib. disq.4. q.10. num.105.*

7 Et in his, & similibus quæstionibus non cadit difficultas, nam si exclusi Monachi non sint, Equites Hierosolymitanos succedere posse in Fideicommisso, & Maioratu, nulli dubium est. Mendo *vbi supra num.101.* Hieronymus Garcia *in Polit. Regul. tom. 1. trat. 1. dif. 5. dud.4. punto 2. n.15.* sicut succedũt in hæreditate, & bonis ab intestato,
8 habentque ius petendi legitimam in bonis parentum. Tondutus *quæstion. & resolut. Benef. p.3. ca.143. nu.6.* Funes. *2 p. Coron. lib.3. cap.2. in fin.* licèt in Francia ex consuetudine illius Regni Equites Melitenses, sicut alij Regulares in bonis parentum ab intestato non succederent.
9 Stephanus Durantus *quæst.6.* vbi suus Additionator Iacob. Ferrerius multa Arresta in comprobationem tradit. Renatus Chopinus *de Sacra Politia lib.3. tit.1. n.20. & in consuetud. Parisien. lib.2. tit.*
10 *5.* cui consuetudini standum non est, tùm quia successio Monachi in hæreditate, quæ iure sanguinis defertur, iure civili, & canonico stabilita est: tùm quia dicta consuetudo in odium Religionis esse videtur, & contra immunitatem Ecclesiasticam, & successio dicta adeo Iuri Divino, & Naturali consona est, vt statuto contrarium non possit indu-

ci. Lessius *de iust. & iur. lib.2. cap. 41. dub.10. n.86.* vbi benè probat Laiman *in Theolog. Moral. lib.3. tract.5 cap.5.* Navar. *com.2. de Regular.* Thomas Sanchez. *d. lib.7. ca. 12. & 25.* Virginius Alviset novissimè *de Priuileg. Regul. sect.3. cap. 11. n.12.* Mẽchaca *de succes. creat. lib.2. §.18. n.98.* Covarrub. *in cap. quamvis pactum, de pactis. p.3. §.2. n.4.* Mich. Graf. *recept. sent. §. successio ab intestato. q.8. n.3.* tùm quia prædicta consuetudo, vel statutum, etiam si fuisset rationabile, non erat aptum comprehendere Hierosolymitanos, qui pro Regularibus non habentur in odiosis, & sic quo ad exclusionem successionis prędicto statuto de rigore non comprehendebantur, vt iam declaratum fuit ab Ordine ipso ad tollendam difficultatem in Capitulo Generali anno 1543. celebrato, vt animadvertit Funes; cuius Ordinis declarationem servari hodie in Francia mihi relatum est, & colligitur, siquidem Tondutus Auctor Gallus, qui novissimè scripsit, succedere in bonis parentum ab intestato Hierosolymitanos, quasi sine dubio aliquo affirmet. Et de hoc esse Bullam in Melita apud Chancellariam Ordinis *fol.22.* testatur Funes *dict. cap. 2. in fin.* 11

In quo autem maior stat difficul- 12
tas est, vtrùm exclusis Religiosis à Maioratu, vel propter clausulam expressam exclusionis, vel quia habet annexã Dignitatem, & iurisdictionem, censeantur exclusi Equites nostri Hierosolymitani; nam in alijs Equitibus S. Iacobi, Calatravæ, & Alcantaræ, per dictas clausulas exclusos non censeri, vt pote qui Familiam conservant, & successionem possunt habere, communis tenet opinio Molina. *d. cap.13. nu. 98.* alter Molin. *de iust. & iur. tom.3 disput.*

diſput.623.n.5. Rodericus *tom.2. quæſt.Regul.q.78.art.12.* Thomas Sanchez *d.cap.15.n.5.*

13 Et excluſos videri Equites noſtros Hieroſolymitanos à ſimilibus Fideicommiſſis, & Maioratibus tenent Gratianus *diſcept.forenſ.tom. 3.cap.457.n.28.* Antonius Faber *in ſuo codice lib.6.tit. 22. de fideicommiſſis diffinit.33.* Aloyſius Riccius *in collect. deciſ.216.* Sperellus *deciſ.21.n.65* Io.Bapt.Thoro *in compend.deciſ. verb. Milites.p. 2.* Barboſa *de iur.Eccleſ.lib.3. cap.7. num.50.* Molina.*d.cap.13.num.99.* Vbi Addentes nullam in hoc eſſe diſputationem dicunt. Et ratio eſt, quia propriè ſunt Religioſi, qui tria vota ſolemnia emittunt. Vndè ſi excluſi ſint Religioſi, huiuſmodi excluſio eos comprehendit.

14 Verùm non adeò clara res eſt, vt contrarium dici non poſſit; nam ſi Religioſi excluſi expreſſè non ſint, ſed excluſio procedat ex eo, quod Maioratus habeat annexã Dignitatem, & Iuriſdictionem iuxta relata à Molina *ex num.79.cum ſeqq.* Equites Hieroſolymitani excluſi nõ videntur, quia ipſi capaces ſunt acquirendi Iuriſdictionem, vt conceditur illis in ſuis ſtatutis *tit. 16. num.10.* & ſuccedunt in Feudo, etiam ſi habeat annexum ſervitium perſonale, vt ſupra *Cap. anteced.* probatum eſt. Suntque etiam in Mi
15 litari Dignitate conſtituti, cum Militia Dignitas ſit. *l. ſiquis. 7. C. qui Militare poſſunt, vel non, lib.12.* & dicuntur habere Dignitatem Eccleſiaſticam, vt per Doctores *in.l. 1.C.de Equeſtri Dignitate, lib.12.* Bartol. *in.l.1.num.83.C.de Dignitatib.lib.12.* Curte *de nobilit.num. 151.* Decianus *reſp.51.vol.3.num. 9.* Caravalho *de vna & altera quarta.1.p.n.148.in fin.* Vndè ad Maioratus, qui Iuriſdictionem habent, & Dignitatem poterunt admitti.

Secundò, & quod difficilius eſt, 16 etiam ſi excluſi Religioſi ſint, poſſe ſuccedere Equites Hieroſolymitanos, ſicut de alijs Militaribus ſcripſerat, voluit Thomas Sanchez *dict. cap.15.n.50.* ibi: *Quare hos quoq; exiſtimo ſuccedere in quoſcumque Maioratus, niſi conſtitutiones obſtent, ſicut diximus num.6. de alijs Commendatarijs: nec cenſeo hos excludi, excluſis Religioſis à Maioratu. Quia hi conſervant decus, & honorem Familiæ, & agnationem: quod non contingit in alijs Religioſis, & ideò excludi ſolent. Si tamen excluderentur quoque Clerici, eo quod ſucceſſionem habere nequeãt, cum ſint inhabiles ad matrimoniũ. cenſerentur quoque hi excluſi, quia eadem ratio in his militat: ſecus ſi ob aliam rationem in his non militantem excluderẽtur.* Idem voluit Lezana *conſulto 11.n.7.*

Cui reſolutioni facit, quod noſ- 17 tri Milites in odioſis Regularium nomine non comprehẽduntur, ſed tantùm in favorabilibus, vt tenent Aragon, Rodericus, & multi relati ſupra *diſcept.6.cap.2.num.17.* & reſolutum, & declaratum fuit ab Ordine ipſo.

Nec contrarium voluit Molina, 18 nam in clauſula, & verbis, quæ ipſe refert, non poteſt eſſe dubitatio, vt patet *num.99.* ibi: *Vt autem hæc omnia dubia ceſſent, Maioratuum inſtitutores in Maioratuum inſtitutione adijcere ſolent, quod in eis nõ ſuccedat Furioſus, Surdus, Mutus, aut Cæcus, Monachus, nec Monialis, Clericus, vel Religioſus: nec etiã Milites earum Militiarum, ſecundum quarum ſtatuta Milites matrimonium contrahere non poſſunt. Ex quibus verbis etiam Milites Sancti Ioannis excluduntur.*

DIS-

DISCEPTATIO X.

DE COMMENDIS HIEROSOLYMITANORVM.

CAPVT I.

VNDE DICANTVR Commendæ, & quod ſint in Ordine.

SVMMARIVM.

COmmendæ nomen vndè dicatur. 1. 2. & 3.

Commendæ dicuntur Præceptoriæ, & Commendatarij Præceptores, & quare. 4.

Commendarum appellatione, quæ contineantur in Ordine Sancti Ioãnis. 5.

Commendæ ſunt in triplici differentia Cabimenti, Gratiæ, & Melioramenti. 6.

Commendæ omnes, quas Religio poſſidet, referuntur. 7. vſque ad 28.

1 DE nomine Comméda poſt Cuiacium, Rẹvardum, & communiter Doctores *in l. commendare. 186. ff. de verb. ſign.* Prateium, & Calvinum *in lexicon iuris verb. Commendati*, latè ſcripſerunt Rebuffus *in prax. Benef. tit. de Commenda, num. 1.* D. Solorzan. *lib. 2. de Iure indiarum, cap. 1. n. 5. & in Polit. indic. lib. 3. cap. 1. & lib. 4. cap. 15.* Mendo *de Ordinib. Militarib. diſq. 10. q. 1. ex num. 1.*

2 Sed alijs denominationibus omiſſis, Commendę, quo ad inſtitutum noſtrum attinet, dicuntur, quia cõmendantur Militibus, vt ex fructibus honeſtè, & commodè ſuſtententur. Ita ſcripſit Azor *Inſtit. Moral. p. 1 lib. 13. cap 4 q. 8.* ibi: *Paupertatis votum Deo nuncupant: quo facto nihil proprium poſſunt amplius acquirere aut retinere, & propterea annuos redditus, quos à Magiſtro Ordinis ad vitam accipiunt, tanquam ſibi commiſſos, non tanquam proprios habent, & eorũ vſum tantummodo non dominium, aut proprietatem retinent. Quo circa huiuſmodi redditus, vulgò Commendæ vocantur, quoniam verè commendantur Militibus, vt ipſi ex eorum fructibus, & honeſtè, & commodè ſuſtententur.*

3 Eandemmet Ethimologiam referunt ſtatuta Ordinis *tit. 5. de communi Ærario, num. 1.* ibi: *Cum bona, & facultates, quæ Ordo noſter poſſidet, priorum hominum liberalitate collata ſint ad ſuſtinendas Hoſpitalitatis impenſas, & propulſandos Chriſtiani nominis hoſtes: certum eſt Fratres noſtros proprij in eis aut privati iuris nihil habere: ſed eorum verum dominium, ac proprietatem, & ius omne ad ſolum ipſum Ordinem noſtrum expectare. Verùm cum in communi rectè adminiſtrari non poſſent propter locorũ diſtantiam, & diſſidentiam Nationum,*

num, maiores noſtri ea viritim Fratribus per partes regenda commendarunt (vndè nomen Commendarum ſumpſerunt) impoſitis annuis penſionibus, quæ augerentur, & minuerentur, prout & rei, & temporis, hoc eſt neceſsitati convenire viſum eſt.

4 Hæc autem Commendæ dicuntur etiam *Præceptoriæ*, & Commendatarij *Præceptores*, eo quod ad eorum curam præcipuè expectaret Catholicæ Fidei propagatio, tanquam ad Magiſtros, & Præceptores Commendatorum. Sic benè notat Mendo *diſq.* 10. *q.* 1. *n.* 4. ex ſtatutis Ordinis *tit.* 4. *fol.* 27. in ordinationibus Italicè expeditis, ibi: *Item hanno Ordinato, che li Cathecumeni, & Chriſtiani convertiti de novo alla noſtra ſancta Fede, ſiano amaeſtrati nella Dottrina Chriſtiana.* Et nomine Præceptoriarum deſcriptę ſunt in ſtatutis antiquis *tit.* 14.

5 Commendarum autem appellatione veniunt Prioratus, Caſtellania Empoſtæ, Baiulivatus, Prædia, Membra, Domus, Poſſeſſiones, & alia quęcumque bona Ordinis, vt continetur in ſtatutis *tit.* 19. *de verb. ſignif. n.* 15. & ſic acceptę Cōmendę ſunt in triplici differentia, Cabimenti, Gratiæ, & Milioramen-
6 ti: Commenda Cabimenti dicitur prima Commenda, quæ Fratri Ordine conceditur; Cabimentum enim vocabulum eſt Gallicum à Cabire, quod ſignificat, aliquid aſſumere, de quo quis putat ſe rationē probè reddere poſſe. Sic ſtatuta *dicto tit.* 19. *n.* 22. Commenda Gratiæ eſt, quæ à Magno Magiſtro, vel à Prioribus gratioſè Fratri datur: Commenda autem Melioramenti dicitur, quæ propter melioramentum factum in prima Commenda Fratri Commendatario confertur. Vt in ſtatutis *tit.* 14. *n.* 1. & 15.

Commendæ igitur, quas nunc 7
Religio poſſidet in toto Orbe terrarum, prout vidi in quodam libro manuſcripto in ſpolio D. Fr. Hieronymi Perez de Merida Prioris S. Ioannis de Acre, ſunt ſequentes.

IN LINGUA PROVINCIÆ in Prioratu Sancti Ægidij.

S. Gilles, S. Heulaire, Trinque- 8
taille, Beaulieu, Manoaſque, Gapfrancois, Vaours, Lachápelle, Montpelier, Velence, Saliers, Pezenas, Durbans, S. Luce, le Baſtid, Reiſae, Marſeille, Gelais, Peruis, Latronquiere, S. Felix, Douzainis, Canavieres, la Selve, Pailieres, Meillaut, Chiroles, Greſan, Povet, Avignon, Gap, Piumiſſon, Aix, S. Chriſtol. Omps, Cōps, Niſſe, Eſpaillon, la Beſſiere, S. Vincent. de Lorgues, Vauldrome, Ioncas, Eſpinaſavec, S. Sornin, S. Hugues, Sapalion.

IN PRIORATV THOLOSSÆ

S. Iuan de Tholouſſæ, la Cava- 9
lerie, Fronton, Vaudrac, Argétenx, Reneville, Borderes, Golfech, Coignac, Caſteau Sarazin, Garidech, Caubins, Morans, Condat, le Burgaut, Bordeaux, Arſins, Montſaunez, Goutz, Roquebrune, Baione, Gabrecapolet, Puyſubran.

IN LINGVA ALVERNIÆ in vnico Prioratu eiuſdem nominis.

Bourganeuf, Avolois, Bellechaſ- 10
ſagne, S. George de Lion, Tortebeſſe, Povillac, Maſcon, Montehamps, Montferrand, S. Pol, Lormetteau, Maiſoniſſe, Chacelles, Bailliage

lliage de Deveſſet, Leureux, Genevois, Fueillees, les Eſchelles, Charieres, Morteroles, la Vaulxfraſche, la Marche, la Marche, Verrieres, Courteſerre, Montbriſon, Salins, S. Annæ, Bourges, Chambreau, Laumnſſe, Selles, Carlat, Limoges, la Racherie, Bordes, Feniers, le Maſdieu, Bugnais & Tourni, Coviſſac, Chaleivelles & Daufine, Villefranche, la Chaulx & Vaulx, Ville Dieven, Fontenete, Chambery, Saleſes Montſeny, Bellecombe, Boldes, Dale, S. Romain en Ialletz, Viviers, Cullan, & Farges, Arbois & Villedienen, Vartez, Pontviel, la Val, S. George, & S. Iuan de Chanoac, Pailleul & Fovilloux, le Lieu Dieu, le Temple de Ayam, Piedenoux, la Tourrete, Ville-Ieſus, la Croix.

IN LINGVA FRANCIÆ IN Prioratu Franciæ.

11 LE Temple de Paris, Troies, Choiſy, Launoy, Colomiers, Chanterennes, la Bracque, Henaut, S. Mauluis, S. Iuan de Lerran, Eſtápes, Eſtrepyny, Prebandes de Vermandois, Ville Dieu en Dreugeſin, Oiſemont, Ville Dieu Lez Baileul, Boncourt, Iuryle Temple, Ville Dieu en la Montaigne, Somereulx, S. Eſtienne & Reneuille, Senlis & Laignyleſec, Hautavennes, Fontaine, Orleans, Beauvois en Ponthieu, Auxerre, la Croix en Brie, Beauvoix en Gatinois, S. Vaulbourg, Lieges, Seelip, Caſtres, Soiſſons, Fieffes, Sours, Chenus, Maupas, Caſtillon, Boux & Merlan, Cheureux, Beaugis, Burgot, Saulſoy, Berte Ville, Varcáville, Reims, S. Sanſon, Biches, Lagneville, la Ferte Gauchee.

*

IN PRIORATV AQVItaniæ.

12 S. George de Mórgagnier, Chápgillon, S. Gemme de Senans, Beauvix, Sur Meſtes, Ancigny, L. Hoſpital, D. Angers, L. Isle Bouchard, S. Remy, Ville Dieu de Poitiers, Lourdun, le Temple de la Rochelle, Bourgneuf, Gueilian, Prailles, la Guierche, la Fueilee, Villegaſt, Moulins, Les Eſpaux, Auzon, Theovalle, la Laude de Roches, Quimper & Pantaorue, le Temple de Angers, Becconais, Villedieu & Cliſon, Nantes, Amboiſe, Artins, Bliſon, la Lande de Verche, la Coudee, Freſtay, Quettois, Peroten, la Roccelle, Launoy, Follettes, Foſſechalon, Quarantois, Mauleon, Balan.

IN PRIORATV CAMPAniæ.

13 BUres, Beaune, Eſpailly, Mormant, Pótaubert, Metz, Thors, Robecourt, Valleure, Nancy, Bellecroix, la Romaigne, la Neufuille, Sugni & Libedot, Ruel, Chalons, Gillacourt, la Madelaine di Ion, Braux & Novaux, S. Amans, Marbotte, S. Marc.

IN LINGVA ITALIÆ IN Prioratu Romæ.

14 SAnta Maria della Maggione del Monte Aventino, S. Baſilio, Santa Croce de Mognano, Monte Fiaſcone, Fondi, Civita di Caſtello & S. Gio Rinaldello, S. Giuſtina di Perosa, L. Aquila, Bertona & Fiorentino, Fermo, & Rieti col membro, D. Aſcoli, S. Caſiano del Lago di Perosa, S. Chriſtopharo de Chiuſi, Orta & Gignanello, S. Luca di Perugia, Todi e Riorſia, Iano, Oſmo, Camerino, Viterbo, S. Mamo di Gradoli.

IN PRIORATV LOMBARDIÆ.

15 S. Pietro d. Aſte, S. Gio de Moncalier, Vercelli, Candiolo, Inverno, Verolengo col membro di Civaſſo, S. Gio de la Motta col mébro di Cental, Ioſſano col membro di Mondovi, S. Leonardo de Chier, Yurea, S. Gullielm. di Pavia, S. Iacomo e S. Croce di Capeti di Tortona, S. Maria della Pieve de Pancaler, S. Lorézo de Raconis, S. Gio de Savona Arbenga, Villanter, S. Gio di Murello, S. Martin di Bottigliera, S. Bartholomeo de Nizza de la Paglia col memb. di S. Gio di Rócaglia, Monte Caſtello & S. Gio Pellegrino d. Alleſſ. Aiqui, la Magion di Breſcia, S. Gio de le Vigne di Pavia, S. Margarita di Sterpona in Alleſſ. Santa Maria del Templo di Milano, Cerafole, S. Gio di Genova, Pracenza, Caſale, Cremona, Turino col memb. di Suza, Caſtellazo, Caſei, l. Oratorio di S. Maria d. Andorno, S. Gio Caſalegio, Gheme e S. Gio Pellegrino, Gianſon e Bergamo, Lodi.

IN PRIORATV BAROLI.

16 Barletta, Venoſſa, S. Stefano, Molfetta, Bittonto e Ruvo, Bari, Monopoli, Marrugio, Matera, Sepolcro di Barletta, Melfi, Rhodi, Larino, Troia, Foggia, Graſſano, S. Leonardo di Orvieto, Quaranta.

IN PRIORATV CAPUÆ.

17 Capua con le ſue Camere, Baliag. di Napoli, Baliag. di S. Eufemia, Monteſarchio, Tiano, Carinola, Pontecorvo, Cicciano, Boiano e Venafri, Sernia e Settefrati, Coſenza, Buccino, la Padula con la Rocca glorioſa, Caſtrevillari, Benevento, Civita de Chieti, Solmone, el Aquila.

IN PRIORATU PISÆ.

Piſa con le ſue camere, & il méb. de Sardegna, S. Giacome in Cãpo Corbolini, S. Sepolcro di Firenze. S. Giacomo di Arezzo e S. Leonardo di Corbavilla, Prato Caſcina e Pontremoli, S. Sebaſtiano in Valdeſca, S. Eufroſino alla Golpaia, S. Lorenço di Volterra, Imprunetta, l. Annuntiata di Mucian in Mugelo, S. Antonio del Ferro in quel di Prato, S. Leonardo d. Aſciano a Sena, S. Petro in Camolea, San Apollinare di Montehello, S. Maria in Monte e S. Gio in Valderano di Sena, Bibona, S. Gio & Petro di Lucca, S. Gio di Orvieto, S. Gio di Orvieto, San Petro a Quaracchi, la Pieve e S. Severin Allegri, l. Albareſe. 18

IN PRIORATV VENETIÆ

PRiorat. Venetiæ, Bologna, San Gio Battiſta di Forli, S. Gio del Cao del Ponte, Rovigo, Sazil & Pordenon, Reggio, Verona, S. Silveſtro di Barberano, la patria di Frioli, Modena, S. Gio de Imola, S. Maria Madalena di Parma, Pola, Ferrara e Montechio, S. Tomaſo del Carabiolo, S. Gio di Longara, Cirigo, Borgo e S. Medardo ne confin. d. Alamagna, Zero, Borgo, S. Donino, Faenza. 19

IN PRIORATV MESSINÆ

PRiorat. Meſſinæ, Pollizi, Palermo, Marſala, & Corleone, Calatagirone, Giorgenti, Chiana, Modica & Randazzo, le Giumarre. 20

IN LINGVA ARAGONIÆ
in Prioratu dicto Caſtellania de Amposta.

MOnçon, y las Carboneras, Mirabete, Zaragoça, Aliaga, Villel, Enzi- 21

Enzina Cerva, Caſtellote, Azeon, Calatayud, Añon, Cantavieja, Alábra, Tronchon, Caſpe y Chipraña, Mallen, S. Iuan de Hueſca, Villarluengo, Vldecona, Torrente, Orta, Villalva, Charamela y Balonga, Ambel y Alberite, Balvaſtro, el Téplo de Hueſca, Caſtil y ſcar, Novillas, San Per de Calanda, el Almunia, Mirambel, Charamela y Balogna, el Priorado de Monçon, la Abadia de Alcocer.

IN PRIORATU CHATAloniæ.

22 PRiorat. Chataloniæ cum quatuor Cameris Prioralibus, Bayliage de Mallorca, Berbens, Termenes, la Eſpulga Calva, la Eſpulga de Francolin, Aguabiva, Sella y Valmol, Barcelona, Maſdeu, S. Lorenço de Aviñones y Caſtil de Ampurias, Grañena, Orta Coliver y Caſtellote de Bompas, Tortoſa, Torres y Gebut, Bajoles, Valfagona, Cervera, Villafranca, Siſtis y Siſcar, el Miembro de Sidamunte.

IN PRIORATU NAVARRÆ

23 CIcur, Ribaforada, Foſtiñana, Tudela y Cavanillas, Calchetas, Villáfranca, Indurain y S. Catalina, Cugullo y Melgar, Averin, Leache, Apatia, Yrriſarri, el Priorado del ſanto Crucifiſſo.

IN LINGUA CASTELLÆ in Prioratu Caſtellæ & Legionis.

24 EL Priorado de Caſtilla y Leon, cuya Cabeça es Conſuegra, y Alcaçar con treze Villas y San Iuá de Acre de Sevilla, el Bayliage de Lora, el de Nueve Villas en la Mácha, el de el Sepulcro de Toro, Olmos, Rubiales, Leon y Maiorga, Zamora y Valdemiembre, Reinoſo, Cerecinos, Burgos y Buradon, Villela, Vallejo, Puente de Obrigo, Almaçan, Bamba, Cubillas, Frexno, Paradinas, la Boveda, Villa Eſcuſa, Fuente la Peña, Zamayon, Salamanca, Trevejo, Ciudad Rodrigo, Peñalen, Talavera, Villar de el Poço, Frexenal, Yevenes, la Higuera, Bodonal, Alcolea, Toſsina, Calaſparra, Quiroga, Puerto Marin, Morentana, Caſtro Nuño, Vadille, Pacos de Renteiro.

IN PRIORATU PORTugaliæ.

25 OCrato, Vilacova, la Veracrux, Chavaon y Santa Marta, Leça, Oleyros y Alvaro, Algozo, Moramorta, Poiares y Fraxinil, San Iuan del Paraon y Santaren, Tabora y Boin, Olivera de Hoſpital, Roços y Froços, San Iuan de Coibera, Barro, Anſemil, Elvas y Montouto, S. Iuan de Covillari, Aldea Vella, los Frayres de San Iuan de Vera, Cernancilla, Sandalle y Torreſvedras, Aguas ſantas, San Iuan de Troncoſſa, San Yago de Fontes.

IN LINGUA ALEMANIÆ in Prioratu Alemaniæ ſuperioris.

26 BUlbiſeri, Veldeſuil, Friburg Briſgris, Heinbac, Leuchern, Baſel, Friburg in Vchelande, Nohenrreyri, Bux, Riſnac, Wiel, Hermondorſt, Villingen, Dorlis hein, Maguntia ſive Meorz, Regésburg, Vrilenche, Franchfort, Vucislenfelde, Gotha, Driſech, Móſter, Schelenſingen, Wermbs, Bayliage di Brandeburg.

IN PRIORATV ALEMAniæ inferiornis Vngariæ, & Daciæ.

27 PRiorat. Daciæ, Colonia, Mergheman, Novocaſtro, Hernſtru-

den, Veldem, Zerengen, Adenao, Eronẽbreg, Trier, Rord, Breſach, Steionfardia, Minſter, Beresburg, Walleim, Burſen, Vbeſſalia, ſeu Honel, Hernondin.

IN PRIORATV BOHEMIÆ

28 CItta di Caddar, Glatz, Pruna in Moravia, Titau in Luzitania, Gisfeldt, Lemberg in Sileſia, Goltperlz, Strigia in Sileſia, Breſſlan, Tins in Sileſia, Prinlz in Sileſia, Roſſel in Sileſia, Grebingh in Sileſia, Machro, Lipitchit in Sileſia, Roſtei in Polonia, Boſſen in Polonia, Troppa in ſileſia, Maleperech in Auſtria; S. Gio di Vienna in Auſtria, Sentenfedle in Stiria, S. Petro in Carniola, Eliſtan in Carniola, Palſt in Camin, Meling in Stiria.

29 His addi poſſunt Baiulivatus ſeu Præceptoriæ Cypri, & Negropontis; Commendæ autem, quas in Anglia, Hibernia, & Olanda, habebat Religio non connumerantur, quia ab Hæreticis nunc occupatę ſunt.

CAPVT II.

AN COMMENDÆ ſint Beneficia Eccleſiaſtica, ita vt ea vendere ſit materia ſimoniæ.

SVMMARIVM.

COmmendæ ſunt Beneficia Eccleſiaſtica in opinione multorum, & quare. 1. & 2. ſed verior eſt contraria opinio. 3. 4. 5. & 6.

Commendatur Eques morbo epilepſiæ laborans. 7.

Morbo epilepſiæ contrahitur irregularitas. 8.

Simonia non datur in venditione Commendarum, & Habituum Militarium. 9. & 11.

Habitus Militares in dotem æſtimati dantur. 10.

Conſuetudo valet, vt exactiones temporalium pro ſpiritualibus non ſint tanquàm ſimoniacæ damnandæ. 12.

Magnus Magiſter facultatem habet ſuper Commendas penſiones imponendi, reſervandi, & permutãdi. 13.

Penſionis reſervatio valet reſpectu collitigantis non reſpectu tertij, qui nullum ius ad Commendam prætendebat, & reſpectu præſentis non reſpectu abſentis. 14.

Penſio ab Epiſcopo reſervata ex iuxta cauſa, & pro bono pacis nõ eſt ſimoniaca. 15.

Simoniaca non eſt conventio interveniente authoritate Prælati, quando Beneficia ſunt inæqualia in fructibus temporalibus per pecuniam, & penſionem inæqualitatem reſarcire. 16.

Tranſactio ſuper Commendis valet. 17.

Simonia licèt non detur in venditione Commendarum, peccatum tamen committitur, & punitur ſtatutis Ordinis Hieroſolymitani. 18.

CElebris apud Theologos, & Canoniſtas antiquos, & recenſiores eſt quæſtio præſens, vtrùm ſcilicet Commendæ ſint Beneficia Eccleſiaſtica. Et pars affirmativa á multis probatur ex eo, quia iſtæ Commendæ non dantur niſi Religioſis profeſſis, & ideò videntur annexæ ſtatui Religioſo, quẽ conſtat eſſe ſpiritualem; tùm etiam quia dantur propter obſequium erga vniverſalem Eccleſiam ab Ordine præſtitum; & ſunt fructus decimarum, & bonorum eccleſiaſticorum,

rum, & per conſequens Beneficia Eccleſiaſtica Regularia: & ita Præceptoriæ Beneficia appellantur in ſtatutis antiquis Ordinis *tit.* 14. *numer.* 2.

2 Quam ſententiam tenuit ſacra Rota coram Puteo *lib.* 1. *deciſ.* 382. & coram Mantica *deciſ.* 68. & noviſſimè coram D. Cardinali Virili *deciſ.* 473. *n.* 8. *p.* 2. *noviſſ. apud Rubeum.* Et vt communem probant Barbac. *in Clement. cauſam de elec.* Corraſ. 1. *p. c.* 3. *n.* 2. Rebuf *de nominat. q.* 15. *n.* 16. Mandoſ. *in Reg.* 16. *Chancel. q.* 51. Pariſius *de reſign. Benef. lib.* 2. *q.* 14 *n.* 9. & 10. & *lib.* 12. *q.* 3. *n.* 8. & *de confident. q.* 17. Nicol. Garcia *de Benef.* 1. *p. c.* 4. *num.* 1. Gonçalez *in Reg.* 8. *Chancel. gloſſ.* 8. *n.* 67. Azor *Inſt. Moral p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 26. *q.* 9. Navarr. *de redditib. q.* 1. *monit.* 55. *n.* 2. & *in Apolog. §.* 15. *n.* 14. Mota *de conſ. Ord. S. Iacob. lib.* 2. *c.* 2. *§.* 10. *memb.* 4. Marta *de iuriſd. p.* 2. *caſ.* 32. & *p.* 4. *caſ.* 24. *n.* 16. Mendez à Caſtro *in prax Luſit. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 10. Molfeſ. *in ſumm. tom.* 1. *tract.* 6. *cap.* 2. *n.* 20. Thomas Sanchez *tom.* 1. *conſ. lib.* 2. *c.* 2. *dub.* 24. *n.* 8. Sperellus *deciſ.* 2. *n.* 101. cũ alijs Morote *in Patrocinio Ordinis de Alcantara, nu.* 110. *pag.* 26. Iacobatius *de Concil. pag.* 322. *col.* 2. *verſ. Dudum.* Barboſa *de iure Eccleſ. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 3. qui non ſolùm Commendas Hieroſolymitanas Beneficia Eccleſiaſtica eſſe defendũt, ſed etiam Commendas aliorum Ordinum Militarium. Thomas Hurtado *de congrua.* 1. *p. lib.* 2. *ſect.* 4. *ex num.* 747. *cum ſeqq.* Novar. *in Lucerna Regul. verb. Præceptoriæ.* Raudenſ. *conſ.* 17. *nu.* 19. Reynoſo *obſervat.* 1. *n.* 30. & 45. Cabedo *de Patron. Reg. Coron. cap.* 15. *ex numer.* 7. Mandoſ. *vbi ſupr. n.* 7. Garcia *nu.* 6. & 7. Sperellus *num.* 100. Barboſa *num.* 7.

Sed nihilominus contrariam opinionem hodie probabiliorẽ, & magis communem eſſe videtur; quia Commendæ non conferuntur propter munus Eccleſiaſticum, aut ſpirituale, nec exigunt aliquem ordinem, nec primam tonſuram, ſed dãtur in præmium belli ſuſcepti, & ob temporalem laborem in Eccleſiæ vtilitatem impenſum, ſicut & fructus decimarum dantur multis, qui beneficiati non ſunt, ſed propter ſpeciales rationes, quæ in eis militant. Et ideò hanc opinionem firmavit Summus Pontifex Iulius II. *in Bull. dat. Romæ apud S. Petr. anno* 1505. *kalend. Iulij Pontificatus ſui anno* 2. vbi clarè aſſerit Prioratus, Præceptorias, &c Religionis Melevitanæ non eſſe Beneficia, & Pius II. *in alia Bulla anno* 1460. *kalend. Martij* idem etiam firmavit. 3

Et tenent Ioannes Quintinus *in repetit. ad cap. de multa de Præbend. n.* 8. & 163. & 165. Lotterius *de re Benef. lib.* 1. *q.* 4. *n.* 52. Barboſa *de iur. Eccleſ. d. lib.* 3 *cap.* 7. *nu.* 9. Aragon 2. 2. *q.* 100. *nu* 4. Victoria *in relect. de ſimonia. n.* 45. Rodericus *quæſt. Regul. tom.* 1. *q.* 5. *art.* 2. *n.* 1. & *tom.* 2. *ſumm. c.* 59. *concl.* 11. *num.* 12. Suarez *de Relig lib* 4. *cap.* 27. *n* 6. Villalobos *in ſumm. tom* 2. *trat.* 37. *dif.* 14 *n.* 2 & 3. Portel *in dub. Regul. p.* 3. *caſ.* 17. *n.* 1. Caſtrus Palaus *tom.* 3 *tract. vltim. diſput.* 3. *punct.* 13. *num* 13. Filiucius *tom.* 3. *tract.* 45. *c.* 6. *nu.* 4. Cœleſtinus *in compend. Theolog. Mor. tra* 7. *c.* 5. *q.* 9. Bonacina *tom.* 1. *tract. de ſimonia diſp.* 1. *q.* 4. *n.* 25. Lezana *tomo* 2. *Regul. c.* 5. *n.* 26. Fagundez *de iuſt & contr. lib.* 5. *c.* 20. *nu.* 10. Dana. *p.* 6. *tr.* 8. *reſol.* 17. Peñafiel Araujo *de obligat. Ordin. Milit. tra.* 1. *cap.* 11. Mendo *de Ordinib. Milit. diſq.* 1. *q.* 14. & *diſq.* 10. *q.* 2. *num.* 12. 4

&

& de Commendis Ordinum Sancti
5 Iacobi, Alcantarę, & Calatravæ, & ſimilium non eſſe Beneficia Eccleſiaſtica tenent vltra citatos Philip. Corn. *conſ. 66. part. 3.* Mandoſ. *in Reg. 6. Chancel. q. 11. nu. 3.* Petrus Gregorius *lib. 15. ſyntagmat. c. 34. n. 2.* Pereira *de man. reg p. 2. ca. 48. n. 7.* Phœbo *deciſ. 85. n. 10.* Sarmiéto *de reddit. in defenſ. monit. 55. numer. 5.* Cabedo *de Patr. Reg. cor. cap. 15. nu. 15.* ex quibus aliqui ad Commédas Hieroſolymitanas idé extendunt.

6 Neque obſtant rationes contrariæ opinionis, quibus plenè ſatisfaciunt Suarez, Bonacina, Barboſa, Diana, & Mędo relati: quia id quod dicitur, Commendas profeſſis tantum dari, hoc ſit, non quia profeſſio ſit titulus, ſed quia eſt conditio ſine qua non; non enim vult Pontifex Commendam conferri niſi profeſſis; vndè in recepturo huiuſmodi Commendas requiritur profeſſio, vt ſit habilis ad eas recipiendas, non tamen hinc ſequitur eſſe aliquid ſpirituale: ſicut ſi Pōtifex prę-ciperet bona aliqua temporalia diſtribui inter Religioſos, non ob id illa bona eſſent ſpiritualia ſeu annexa titulo ſpirituali: & ideo penſiones non efficiuntur ſpirituales eo quod ſupponant primam tonſurā, ſi nullam ſecum afferant ſpiritualē obligationem. Nec quod fructus ſint Eccleſiaſtici probat contrariū, quia etiam dantur propter laborem in Eccleſiæ vtilitatem impenſum, ſicut æconomus, ſyndicus, & alij ſuam recipiunt ex fructibus eccleſiaſticis portionem. Et ita Commē-
7 datur etiam Eques morbo epilepſiæ laborans. Lotterius *de re Benef. lib. 2. q. 15. n. 80.* tametſi hinc con-
8 trahatur irregularitas. Gloſ. *in Cap. communiter in verbo de ijs verſ. Illam literam. 33. diſtinct.* & quod aliquando Commendæ Beneficia Eccleſiaſtica dicantur, intelligendum eſt lata denominatione non ſtricta, quia in multis conveniunt, ſed in alijs differunt.

Ex quibus reſolvitur quæſtio de 9
ſimonia à prædictis Doctoribus agitata, licét enim velint multi, eſſe ſimoniam precio vendere Commédas, & Habitus Militares, quia ſimoniacum eſt precium recipere pro ingreſſu Religionis, vel Capellis concedendis. *Cap. non ſatis. 8. de ſimonia.* Nicol. Garcia. *d. cap. 4. n. 7.* Hieronymus de la Cruz *in defenſione ſtatutorum, lib. 1. cap. 17.* Corduva *in inſtruct. confeſſ. par. 2. nu. 30.* Azor. *p. 1. lib. 13. cap. 6. q. 3.* Thomas Hurtado *vbi ſup. ex num. 750.* Ferro Manrique. *p. 2. quæſt. Moral. & Vicar. q. 108.* Donat. Ant. de Marinis *reſol. quot. lib. 1. cap. 328.* & alij relati à Barboſa *dicto cap. 7. nu. 19. & 20.* probabilius eſt, non dari ſimoniam in his caſibus, quia non Religionem, ſed honorem emit, qui Habitum Militarem precio conſequitur, & redditus temporales non Beneficia Eccleſiaſtica adipiſcitur, qui precio interveniente ad Commendas eligitur, vt cum multis probant Araujo Peñafiel. *d. cap. 11. ex num. 101.* Barboſa *dict. cap. 7. n. 9.* D. Ioſeph Iannuario *reſol. Moral. reſol. 6.* vbi reſpōdet fundamentis relatis à Manrique. Mendo *vbi ſupra. d. q. 14. vbi num. 233.* pro hac opinione refert Dianam. *p. 3. tract. 2. de dubijs Regularibus, reſol. 64.* qui benè agit dubium, an ſit peccatum ſimoniæ dare aliquid Titio, vt Caium adſcribere faciat inter Equites D. Iacobi, Calatravæ, & Alcantarę, quod negativè reſolvit ex multis, & ex Villalobos vbi ſupra *num. 5.* qui ita aſſerit: *El que compra el Habito, no quiere comprar la Religion, que-*

antes

antes le peſa con los votos, que eſtan coniunctos al Habito, y èl no queria ſino la honra, y renta, que es aqui lo principal, y lo demas aceſſorio.

10 Vndé cum Habitus Militares ſint præmia honorifica nobilium in remunerationem obſequiorum cõcedi ſolent. Fulb. Conſtantius *in l. 1. & 2. C. de filÿs offic. lib. 12.* & ſunt precio ęſtimabiles, & in dotem fœminis nobilibus conceduntur, quod nec indecorum, nec indecẽs, nec bono publico pernicioſum eſſe, inquit Mendo. *d. q. 14. nu. 244.* & ita de facto iudicavit Regius Supremus Senatus in cauſa nobilis Ioãnæ Ortiz viduæ nobilis Ioannis de Fuentes Equitis Iacobei, qui Militaris Habitus mercedem certo precio æſtimatam in dotem accepit, & cum vidua dotem ab hærede reſtitui ſibi poſtularet, oppoſuit hæres nullitatem ſtipulationis, & obligationis, intendens veram ſimoniam contrahi in æſtimatione Habitus Militaris; ſed neglecta oppoſitione contrarium iudicavit Senatus, viduæ partem patrocinante Lic. D. Ioanne Pacheco Advocatorum celeberrimo, literis, & virtutibus eondecorato.

11 Sed melius, & in terminis Commendę Hieroſolymitanę idem Diana *p. 6. tr. 8. reſol. 17.* vbi ex multis cauſis excuſatur ab eo quædam cõventio Equitum Hieroſolymitanorum à labe ſimoniaca; quarum prima eſt, quod hæ Commendæ cum conferantur titulo Laico in ſtipendium pro temporalibus ſervitijs, nõ ſunt aliquid ſpirituale, ſed tantùm temporalia quædam ſubſidia, & alimenta Militaria, & inde non ſunt Beneficia Eccleſiaſtica, in quibus poſſit dari ſimonia.

12 Secunda, quia aliquando ratione conſuetudinis exactiones temporalium pro ſpiritualibus non ſunt tanquam ſimoniacæ damnandę ex Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 1. capit. 48. num. 3.* in Religione autem Hieroſolymitana datur conſuetudo faciẽdi concordias inter Equites pro æqualitate inter Dignitates inducenda, & ob bonum pacis ad vitandas rixas, & contentiones, cũ vnuſquiſque antecellere meritis, & ſervitijs alios exiſtimaret; quæ concordiæ efficiuntur cum licentia Magni Magiſtri, qui non ſolum iuriſdictionem, ſed etiam habet facultatem ſuper dictas Commendas penſiones imponendi, reſervandi, & permutandi, vt ex Bullis Pij IV. & Sixti V. determinavit ſacra Rota *in Melevitana penſionis die 29. Maÿ 1637. coram Ghislerio.* Et ita conventio ſimilis vtpote orta ex iuſta cauſa, & authorizata à ſuperiore nõ eſt ſimoniaca. Dummodo intelligatur de reſervatione penſionis reſpectu collitigantis, nõ reſpectu tertij, qui nullum ius ad Commendã prætendebat, prout fuit reſolutum in Rota *deciſ. 386. par. 5. recenſ. & part. 6. deciſ. 94. & 345. ſcripta apud Paulum Rubeum. 1. p. noviſſ.* Tondutus *quæſt. Benef. tom. 1. 2. p. cap. 4. §. 7. n. 27.* & reſpectu præſentis non abſentis. Rota *coram Ghiſlerio deciſ. 595. n. 15. p. 2. apud Rubeũ* ex ratione tradita infra *c. 5. n. 4.* 13 14

Sicut non eſt ſimoniaca penſio ab Epiſcopo reſervata ex iuſta cauſa, & pro bono pacis, quam eo caſu poteſt in Beneficio imponere. Abbas *in cap. conquerente, num. 5. de Cleric. non reſidentib.* Felinus, Navarrus, Gigas, & Caccialupus relati à Diana vbi ſupra, quibus addo Vgolinum *de ſimon. cap. 29. §. 3. n. 2.* Rota *deciſ. 519. p. 1. diverſ.* Gonçalez *in Reg. 8. Chancell. gloſ. 5. §. 5. n. 27.* Nicol. Garcia. 1 *p. cap. 5. n. 349. de Benef.* Carol. Maranta *reſp. 83. p. 4. num. 31.* 15

Nec

16 Nec eſt etiam ſimoniaca conventio interveniente authoritate Prælati, quando Beneficia ſunt inæqualia in fructibus temporalibus per pecuniam, & penſionem, inæqualitatem reſarcire. *Cap. ad quæſtionis, de rer. permutat.* Læſſius *de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 35. dub. 17. n. 101.* Sotus *de iuſt. lib 9 q 7. art. 2.* Silveſter *in ſumm. verb. permutatio. 2. q. 6.* Navarr. *conſ. 43. de ſimonia, num 4.* Gonçalez. *d. n 27.* Vnde tranſactio
17 ſuper Commendis valet, & geſta contra tranſactionem ſunt invalida, & irritanda. Rota *deciſ. 629. tomo 4. recenſ. apud Paulum Rubeū.*

18 Vnum tamen animadvertendū eſt, quod licèt propriè, & verè ſimonia in his caſibus non detur, peccatum tamen committitur in dictis conventionibus contra iuſtitiam, quia ſi penſionem vendit Commendatarius, ipſe non eſt dominus, ſed vſufructuarius, ſi Magiſter, vel Prior, non eſt dominus, ſed diſtributor, & diſpenſator conſtitutus à Summo Pontifice, vt benè ad intētum Bonacina *de ſimonia, diſp. 1. q. 4. n. 15.* vndé punitur ſtatutis Ordinis *tit. 14. num. 31.* ibi: *Prohibemus, quod Priores, & Caſtellanus Empoſtæ in diſpoſitione Commendarum, quas in vim ſuæ præeminentiæ concedunt, membrum, vel domū earundem retinere non poſſint, aut quovis modo valeant, vel pro dicta gratia mobilia bona, aut immobilia recipere præſumant. Si contra fecerint, gratijs, & præeminentijs Prioralibus pro illo anno privati cenſeantur, & nihilominus diſpoſitio facta expiret, taliſque Commenda ad diſpoſitionem Magiſtri, & Conventus perveniat.*

*

CAPVT III.

QVIS POSSIT DARE Commendas Hieroſolymitanas; & an ſint perpetuæ; & an reſerventur Pontifici; & quid ſi reſignentur á Commendatarijs, vtrum Reſignatio debeat publicari; & de Commēdis eorum, qui ad Magiſtratum, & Epiſcopatum promoventur.

SVMMARIVM.

COmmendas Hieroſolymitanas conferre ſpectat ad Ordinem. 1. 2. & 23.

Penſiones concedere, vnire, & diſmembrare Præceptorias, & alia Beneficia Ordinis ſpectat ad Magnum Magiſtrum, & Conventum, & an competat ad Priores. 3. & 4.

Commendæ ſunt amovibiles ad nutum. 5.

Commendarum eſt domina Religio. 6.

Commendatarij aſſimilantur depoſitarijs, & inſtitutoribus. 7.

Beneficia Ordinum Militariū ſunt amovibilia ad nutum. 8.

Beneficia Regularium non ſunt perpetua, ſed Manualia. 9.

Beneficia poſſe removeri ſufficit ad naturam Manualium, nec requiritur actus. 10.

Commendæ non poſſunt ſine cauſa removeri, & conceduntur ad vitam. 11.

Commen-

Commendis, Membris, & Beneficijs, aut alijs bonis privari non poſſunt Hieroſolymitani, niſi à Magno Magiſtro, & Concilio. 12.

Commendæ Hieroſolymitanæ nõ reſervantur Pontifici. 13.

Proviſo Apoſtolico in Commendis Hieroſolymitanorum Regula de Triennali Poſſeſſore non moleſtando non competit. 14.

Regula 8. *Cancellariæ de reſervatione Beneficiorum non ſe extendit ad Præpoſituras, & Prioratus Ordinum Militarium.* 15.

Reſignationes Commendarum, & Beneficiorum Ordinis S. Ioannis apud ſanctiſsimum fieri non poſſunt. 16.

Reſignare Commendas licitum eſt Commendatarijs. 17.

Reſignationes Commendarum Militarium ſunt publicandæ iuxta conſtitutionem Gregorij XIII. 18.

Reſignationes Commendarum Ordinis S. Ioannis non ſunt publicandæ. 19.

Mortuariorum, & vacantium iura in Ordine S. Ioannis, quæ ſint. 20.

Commendarum vacantium acceptationes ſunt variabiles. 21.

Reſignatio facta in Conſiſtorio coram Papa, & Cardinalibus non eget alia publicatione. 22.

Reſignationes Commendarum Ordinis S. Ioannis fiunt ſine alterius præiudicio, & fraude, quia novi adminiſtratores Commendæ reſignatæ ad ſolutionem debitorum reſignantis tenentur. 24.

Commendæ Hieroſolymitanæ vacant promotione ad Epiſcopatum. 25.

Beneficia vacant per poſſeſſionẽ Epiſcopatus. 26.

Militaris ad Epiſcopatum promotus, quibus obligationibus adſtringatur remiſſivè. 27.

COmmendas Hieroſolymitanas conferre ad Ordinẽ ipſum ſpectare certum eſt; tùm ex ſpeciali gratia Innocentij VIII. Iulij II. & aliorum Pontificum, quorum indulta, privilegia, & conceſſiones refert, & confirmat Pius IV. *in conſt. 9. incip. Circumſpecta, Kalendas Iulij* 1560. *apud Laert. Cherub. tom. 2. pag. 9. in nov. impr.* tùm ex ſtatutis Ordinis *in tit.* 14. *de Commendis* confirmatis à Sixto V *n.* 24. *vſque ad* 29. vbi ſtatuitur, & decernitur, quod Magnus Magiſter Melitenſis poſsit conferre quodlibet quinquenio vnam Cõmendam, collatio autem reliquarũ pertineat ad Priorem, & Capitulũ, hoc tamen ordine ſervato in dicto quinquenio: quod ſi à feſto ſanctorum Philippi, & Iacobi ad aliud proximè ſequens adminiſtratio pluriũ Commendarum extra Conventum vacaverit per mortem duorum, vel plurium Commendatariorum, primùm Magiſter ſua gratia, & præeminentia vtetur, deinde Conventus, poſtmodum verò Prior, & Caſtellanus Empoſtæ, & ita fuiſſe firmatum *in vna Reatin. Commendæ coram R. P. D. Lanceloto Cardinali ampliſſimo*, refert Flaminius Pariſius *de reſignat. Benef. lib.* 11. *q.* 3. *n.* 100. & 111. & notant Azor. *p.* 1. *Inſtit. Moral. lib.* 13 *cap.* 4 *q.* 8. Rodericus *tom.* 1. *quæſt. Regul. quæſ.* 5. *art.* 2. Barboſa *in ſumm. Apoſtol. deciſ. collect.* 61 *nu.* 2. & *collect* 314. *n.* 5. Diana *p.* 6. *tr* 8. *reſol.* 17. *verſ. Probatur ſecundò.* Machado *in Perf. Conf. tom.* 2. *lib* 5 *p.* 4 *trat* 3. *doc.* 6. *n.* 3. Mendo *de Ordinib. Milit. diſq.* 1. *q.* 5. *n.* 118. Rota coram Merlino *deciſ.* 469 *p.* 2. *noviſ.* apud Paul. Rub. & *deciſ.* 562. *coram Pirovano ead.* 2. *p.*

1

2

Spectat etiam ad Magnum Ma- 3

giſtrum, & Conventum concedere penſiones ſeu reſponſiones ſuper Domus, Præceptorias, & alia Beneficia Ordinis; & liberè vnire, & diſmembrare ex conceſsione eorumdem ſummorum Pontificum, quam in expreſſo confirmat Innocentius X. *in Bull. quæ incip. Vniverſalis Eccleſiæ, dat. Rom. ſub annulo Piſcatoris die* 18. *Iulij* 1648. *tom.* 4. *Bullar. fol.* 268. & ex Bullis Pij IV. & Sixti V. determinavit ſacra Rota *in Melevitana penſionis die* 29. *Maij* 1637. *coram Ghislerio*. Diana *dict. reſol.* 17. Cardinalis Petrus Orthobonus noviſsimè *deciſ.* 22.

4 Quæ facultas penſiones reſervãdi ſuper Commendas an competat Prioribus fuit dubitatum in Rota, & licèt negativè deciſum fuit corã Ghislerio *deciſ.* 595. *apud Rub.* 2. *p. noviſ.* in cauſa D. Raphaelis Cotoner, nunc Magni Magiſtri *die veneris* 29. *Maij* 1637. Rota receſsit à ſua deciſione; & reſolutum fuit, poſſe Priores imponere penſiones ſuper Prioratus; & Commendas ex ordinatione 13. de Commendis edita in Comitijs Generalibus anni 1612. & eſt *deciſio* 219. *apud Rub tom.* 3. *noviſ.*

5 Sunt autem Præceptoriæ, ſeu Cõmendæ amovibiles ad nutũ Magni Magiſtri ac Conventus, vt expreſſè vult Pius IV. in dicta conſtitutione; vndé liberé poſſunt Magiſter, & Conventus Prioratibus, Baiulivis, Præceptorijs, Domibus, & alijs Beneficijs Religioſos privare; quia cum proprié Religioſi ſint, nihil proprium habere valent, nihilq; eis in perpetuum concedi poteſt. *Cap. cum ad Monaſterium. § tales de ſtatu Monach. Cap. cum deputati de iuditijs*, notant Mohedan. *deciſ.* 10. *de cauſ. poſſeſſ. aliàs* 169. Puteus *deciſ.* 382. *lib.* 1. Gregor. XV. *deciſ.* 109. *n.* 3. Achill. de Graff. *deciſ.* 9. *nu.* 3. *de Præbend.* Riccius *collect. deciſ. p.* 1. *collect.* 216. *num.* 8. Sperel. *deciſ.* 21. *n.* 37. Rota *coram D. Card. Virili, deciſ.* 473. *n.* 9. *p.* 2. *noviſ. apud Rub.* Theodoſ. de Rubeis *in ſingul. Rotæ p.* 2. *verb. Præceptoriæ, pag.* 81. Nicol. Garcia *de Benef.* 1 *p. c.* 4. *n* 2. Lotterius *de re Benef. lib.* 1. *q.* 36. *n.* 30 *& lib.* 2 *q.* 15 *num.* 85. Flamin. Pariſ. *lib.* 2. *q.* 14. *n.* 11. Gonçalez *in Reg.* 8. *Chancell. gloſs.* 8. *n.* 67. Carol. Maranta *reſp.* 22. *p.* 5. *n.* 13. Narbona *in l.* 8. *tit.* 5. *lib.* 1. *Recop gloſs. vnic. nu.* 11. Gratian. *tom.* 3. *diſcept. forenſ. cap.* 457. *n.* 29. Barboſa *vbi ſupra num.* 2. vbi quod Beneficia cuiuſcumque qualitatis ſpectantia ad Ordinem Equitum Hieroſolymitanorum nunquã reſervantur; ſed à Magno Magiſtro, & Conventu conferuntur, & ſunt amovibilia, & Manualia ex dicta Pij IV. conſtitutione; *& de iure eccleſiaſtico, lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 4. & non poſſunt Equites ſe ingerere in Cõmendis, niſi quatenus velit Religio, quæ omnium Commendarum eſt domina. Seraphin. *deciſ.* 1460. *num.* 4. & aſsimilantur Commendatarij depoſitarijs, licèt non in omnibus, cum de fructibus debeãt ſuſtentari Rota *per Farinac. deciſ.* 672. *ſub num.* 3. *p.* 2. *noviſ.* Francis. Niger Ciriacus *tom.* 2. *cõtrov.* 222. *num.* 46. Et inſtitoribus, qui dominicis negotijs præponũtur. Hoſt. Andr. & Innocent. *in cap. cum. deputati de iuditijs.* Steph. Bertrandus *conſ.* 140. *vol.* 2. Renatus Chopinus *de Sacra Politia, lib.* 3. *tit.* 3. *num.* 10. 6 7

8 Et regulariter omnia Beneficia Ordinum Militarium eſſe amovibilia ad nutum ſuperiorum probat Mendo *de Ordinib. Milit. diſq.* 15. *q* 2. *n.* 15. quia Beneficia Regularia non ſunt perpetua, ſed Manualia, & ad nutum revocabilia. *d. Cap. cum*

9 *ad*

ad Monaſterium, de ſtat. Monach. Clement. 1. §. ad hæc eod. tit. Clement. vnica. §. præmiſſa, de ſupplend. neglig. Prælat. Selva *de Beneficijs 3. p. q. 21. n. 2.* Gonçalez *vbi ſup. gloſ 8. n. 7. & gloſ. 5. §. 6.* Leſius *de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 41. dub. 12. num. 98.* Thomas Sanchez *in ſumm. lib. 7. cap. 29. ex num. 110.*

10 Sed licèt natura ſua Commendę ſint Beneficia amovibilia ad nutũ, hodiè tamen ad vitam Commendatarij conceduntur, quia ſatis eſt poſſe amoveri, & ad naturam Manualium ſufficit potentia, nec requiritur actus. Rota *corã D. Virili, dicta deciſ. 473. n. 9.* Azor *Inſt. Moral. p. 1. lib. 13. cap. 4. q. 8.* Barboſa *dict. lib. 3. cap. 7. n. 4.* Thomas Sanchez. *d. cap. 29. n. 116.* nec poſſunt

q1 ſine cauſa revocari *Clem. 1. de ſupplend. neglig. Prælat. d. Cap. cum*

11 *ad Monaſterium*, ibi: *Sed cum oportuerit amoveri*, vbi Glo. & Imo. & Pius IV. in citata conſtitutione, ne in titulum perpetui Beneficij, ſed tanquam Manualia ad nutum ſeu amovibiliter iuxta formam ſtabilimentorum, & Privilegiorum concedit, & aſsignat Ordini huiuſmodi Commendas, & Præceptorias: ſtatuta autem *tit. 5. de communi Ærario* decidunt obligationes, reſponſiones, & impoſitiones, quas communi Ærario ſolvere debent Commendatarij, & quando ob non ſolutionem, vel meliorationem illis

01 privari poſsint; & ita praxis admiſit, vt ſine cauſa minimè Commendæ auferantur, nec poſſent auferri, quia ad vitam conceduntur. Carol. Maranta *reſp. 22. p. 5. n. 24.* à pœna

12 autem malę adminiſtrationis excuſat quęlibet cauſa. Otthobonus *deciſ. 160. n. 11. & 13.* nec privari poſſunt à Prioribus, & Aſſembleis Hieroſolymitani Fratres Commẽdis, Membris, Beneficijs, aut alijs bonis, quia hoc reſervatum eſt Magno Magiſtro, & Concilio, ita decidente ſtatuto *tit. 10. n. 10.*

Hæc autem Commendę non re- 13
ſervantur Pontifici ex eadem mẽte
Pij IV. conſtitutione, vbi quod Prio- 01
ratus, Baiuliuæ, Caſtellania Empoſtæ, Præceptoriæ, & Membra quæcumque Hoſpitalis Hieroſolymitani, quæ pro tempore qualitercũque vacarent, tám in Romana Curia, quàm extra eam, ſub quibuſvis generalibus, vel ſpecialibus reſervationibus Apoſtolicis factis, & quas fieri contingerit de Beneficijs Eccleſiaſticis, etiam apud Sedem præfatam pro tempore vacantibus, vt pote ad Hoſpitalitatem, & Fidei tuitionem ordinata, nullatenus includantur, nec reſervata, vel affecta exiſtant, ſed per Magiſtrum, & Cõventum conferantur; nec proviſo Apoſtolico aliquod ius, vel colo-
ratus poſsidendi titulus compe- 14
rat, *nec Regula de Triennali Poſſeſſore non moleſtando*, quia irritum, & inane, quidquid ſecùs ſuper ijs, à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingerit attentari, decernit, & declarat.

Vbi dè cum dictę Commendę nõ 15
reſerventur Pontifici, non attenditur menſis in quo obierit Commendatarius. Mohedanus *deciſ. 4. & 9. de præbend.* Simoneta *de reſervat. q. 59. n. 6.* Barboſa *de Pot. Epiſcop. allegat. 57. n. 154.* Gonçalez *in Reg. 8. Chancell. gloſ. 1. §. 8. a num. 34.* & melius *gloſſ. 8. n. 73.* vbi concludit diſputata pro vtraque parte quæſtione Regulam 8. Chancellariæ de reſervatione Beneficiorum in menſibus Summo Pontifici deſignatis non ſe extendere ad Præpoſituras, & Prioratus Ordinum Militarium, ſicut per Regulam tertiam de Triennali Poſſeſſione excepiuntur Æneas de Falconibus *de reſervationib.*

q.4.n.29. Azor *Inſtit. Moral. 1.p. lib.13.cap.3.q.4.in fin.* licèt cõtrarium cũ Rota *in deciſ.666. & 578. p.1. recenſ.* velit Lotterius *de re Benef.lib.2 q.39.n.17.*

16 Similiter reſignationes Commẽdarum, & Beneficiorum Ordinis Hieroſolymitani apud ſanctiſſimũ fieri non poſſunt ex dicta Pij IV. conſtitutione, ibi: *Et ſi ſecus fiat, aut ceſſionem, ſeu reſignationem huiuſmodi, ac de dicti Ordinis Beneficijs, etiam in manibus noſtris in futurum fieri contingat, huiuſmodi ceſsiones, reſignationes, & proviſiones nullius ſint roboris, vel momenti, niſi in illis expreſſe dicatur, & de conſenſu Magni Magiſtri, & de illis iuxta formam privilegiorum dictæ Religionis provideatur*, quod in expreſſo confirmavit Gregor. XIII. *conſt.60.incip. Quo magis.23 Martij 1580. apud Laert. Cherub. tom.2 pag.329.* prohibitum namq; eſt ſtatutis Ordinis *tit.14. de Commendis. n.37.* quod nullus Frater Ordinis Commendam, quam habet de Cambimento, Gratia, vel Meliorameto, aut alio quoviſmodo reſignare, aut ei cedere poſſit, niſi in manibus Magiſtri, & Conventus dumtaxat, aliter reſignatio nul-

17 la prorſus cenſeatur. Reſignare quidem licitum eſt Commendatarijs, quia vnuſquiſque poteſt cedere favori ac beneficio, tám in ſpiritualibus, quàm temporalibus: reſignatio autem idem eſt, quod renunciatio, cuius materia ſatis ſcripta eſt iure Canonico *in titulo de renunciatione in Decretal. & in 6. & in Clement.* & exornavit integro tractatu Flaminius Pariſius, & de Beneficijs Ordinum Militarium Mendo *de Ordin. Milit. diſq.11. quæſt.7.*

18 Reſignationes autem Commendarum Ordinis Hieroſolymitani, an comprehendat conſtitutio Gregorij XIII. *de publicatione*, & debeant publicari iuxta formam traditã in Bulla *incip. Humano vix* 17 *Novemb.* 1578. apud Pariſium *lib. 10. in Præfat.* dubium videtur; & quod ſint publicandæ, probatur ex eademmet conſtitutione, quia volens Summus Pontifex comprehendere Beneficia Ordinum Militariũ expreſsit ſpecificè, ibi: *Quorumvis Ordinum etiam Militarium.* Gonçalez. *d gloſſ.8.nu.59.* Pariſius *lib.11 q.3.n.106.* vbi quod ita fuit reſolutum in Rota *in vna Segobien. Præſtimonij* 16. *Iunij* 1589. *coram R.P.D. Mãtica* Barboſa *in ſumm. deciſ. Apoſtol. collect. 619. nu.5. & de iur. Eccleſ. lib.3. cap.7. num.6.* Mantica *deciſ.86.n.7.*

Verùm hæc publicatio, & conſti- 19
tutio Gregoriana non obſtat Religioni, & ſtatutis, quia non poteſt procedere in dimiſsionibus, quæ fiunt intra tẽpus Vacantis, & Mortuarij, neque præcedente titulo, & collatione, vt fuit reſolutum *in vna Tudentin. Commendæ veneris* 8. *Iunij* 1590. *coram R.P.D. Pamphilio.* Nam huiuſmodi dimiſsiones ſecundum formam ſtatutorum factæ non inducunt novam Vacationem, ſed potius habent vim non agnitionis; quia vt ex ſtatutis apparet, durante tempore Vacantis, quod eſt à die obitus Commendatarij vſque ad feſtum S. Ioannis Baptiſtæ, & Mortuarij, quod eſt à dicto feſto 20
vſque ad aliud feſtum anni ſequentis, intra quod tempus Commenda nemini providetur, ſed ſola Religio poſsidet, & percipit fructus, *vt in tit.5. de communi Ærario, nu.4.* continetur, quæ iura Mortuariorũ, & Vacantium, ſeu Annatarum dicuntur Renatus Chopinus *de ſacra Politia, lib.3. tit.3.n.10.* Bertrandus *conſ.140. vol.2.* Carol. Maran-

ta

ta *resp.* 38. *p.* 5. *n.* 7. & 8. Mendo *de Ordinib. Militarib. disq.* 10. *q.* 1. *num.* 10. acceptationes Commendarum Vacantium sunt variabiles:
21 vndè si hoc tempore Eques, cui pro Cabimento, & iure antianitatis pertinet, etiam post acceptionem renunciaverit, non videtur noviter vocare, nec agnovisse eum, quia intelligitur acceptare sub conditione, si intra dictum tempus alia non vacaverit, nam potest variare aliam optando; etsi cum effectu non assequatur, reddit ad dimissam Otthobonus *decis.* 160 *n* 4. 5. & 6. in secundo casu, quando resignatio fit
22 apud Magistrum, & Conventum iuxta normam statuti, & fit ei collatio, cum fiat publicè, cessat fraus à Gregorio XIII. considerata, sicut cessat in cessionibus factis in Consistorio coram Papa, & Cardinalibus. Vndè prædictas resignationes publicandas non esse, certum est. Sic latè concludit Parisius *nu.* 107. 108. & 109.

23 Cessat etiam fraus in dictis resignationibus, quia vltra quod sunt publicæ, & legitimę, fiunt sine alterius præiuditio, & fraude; quia statutum est *tit.* 5 *n.* 6. quod novi administratores Commendæ resignatæ ad solutionem debitorum resignantis teneantur, quibus erat obnoxius tempore resignationis. Chopinus *vbi sup. d. n.* 10. & ita cessat in totum ratio constitutionis Gregorianæ de publicandis resignationibus propter fraudes resignantium.

24 Igitur in omni casu pertinet ad Magnum Magistrum, & Conventum, necnon Priores Provinciarum iuxta statutorum seriem Commendarum Hierosolymitanarum provisio, sive detur de Cabimento, Gratia, vel Melioramento, sive vacaverit per mortem Commendatarij, sive per remotionem, sive per resignationem, vel per promotionem ad Magisterium, vt *in tit.* 9. *num.* 5. & in alijs casibus, vt in promotione ad Episcopatum, cuius causa vacare Commendas, quas possidebat Frater Hierosolymitanus creatus Episcopus, declaravit Gregorius XIII. *const.* 80. *incip. Controversia anno* 1583. *in Bull. nov. tom.* 2. *pag.* 466. Barbosa *de Potest. Episc. alleg.* 57. *n.* 72. & *in summ. decis. Apostolicar. collect.* 314. *n.* 9. Thom. Hurtado *de congrua.* 1. *p. lib.* 2. *resol.* 4. *nu.* 760. sicut Beneficia vacāt per possessionē Episcopatus. *Cap. cum in cunctis.* 7. *§. cum verò, de elect.* Gratian. *discept. forens. cap.* 266. *n.* 1. Parisius *lib.* 5. *de resignat. Benef. q.* 1. *nu.* 26. Rodericus *in summ. p.* 2. *cap.* 10. *in fin.* Diana. *p.* 12. *resol.* 55. *in fine* 25 quibus autem obligationibus adstringatur Militaris, si ad Episcopatum promoveatur, tradit Mendo *de Ordinib. Militarib. disq.* 9. *q.* 6. 27 quæ omittuntur, tùm quia ad materiam præsentem non attinent, tùm etiā quia iam ab alijs Doctoribus benè elaborata repetere non est congruū

CAPVT IV.

DE PRVDENTIA, Probitate, Antianitate, & Benemeritis ad Commendas Sancti Ioannis Hierosolymitani obtinendas.

SVMMARIVM.

COmmendæ Ordinis Sancti Ioannis committi debent Fratribus, qui Prudentes, Probi, Antiani, & Benemerentes fuerint. 1.

Benefi-

Beneficia quibus sint conferenda. 2.
Prudentia est sal omnium virtutum. 3.
Prudentia Commendatur. 4. 5. & 6.
Probitas est præcipua qualitas ad rectè gubernandum. 7.
Probitas eadem est quod bonitas. 8. & 9.
Antianitas commendatur. 10.
Antianitas numeratur à die quo Hierosolymitanus Passagij sui solutionem fecerit, etiam quod ante factas probationes fuerit solutum. 11.
Passagium quid sit. 12.
Veteranorum Militum præmia sunt debita. 13. & 14.
Ætas maior est causa prælationis ad Beneficium. 15.
Præmia pro meritis vnicuique tribuenda sunt. 16.

1 COmmendæ, seu bona Ordinis Hierosolymitani ibi is Fratribus regendæ, & administranda committãtur, qui Prudentes, Probi, Antiani, & Benemerentes erunt, statutum est *tit. 14. de Commendis, nam.* 1. & de Beneficijs loquendo probant idem textus *in Cap. grave. 29. de Præbend.*
2 *Cap. ex parte, de constit. ut. Cap. nihil est. Cap. causam, quæ de elect. Cap. ad decorem, de institutionib. Cap. cum à Deo, de rescript. Capit. is cui, de Præbend. lib. 6. l. 14. tit. 16. p. 1. l. 3. tit. 3. lib. 1. Recop.* Gonçalez *in Regul. 8. Chancell. gloss. 4.* Barbosa *de Potest. Episcop. allegat. 72. num. 102.* vbi quod in conferendis Beneficijs nihil aliud magis inquiri debet, quàm ætatis maturitas, morum gravitas, & honestas, vitæ virtus, & fama personæ. *Cap. cum in cunctis de elect. Cap. innotuit eod. tit.*

Et circa primam qualitatem prudentiæ Fratris, vt commendetur administratio bonorum Ordinis, ideò requiritur in statuto, quia Prudentia est sal omnium virtutum. Remirez *de lege Regia. § 7. nu. 37.* D. Solorzano *de iur. Ind. tom. 2. lib. 2. cap. 7. nu. 73.* Saavedra *in Politicis empressa 40. fol. 250.* Et est virtus dirigens ad rationis normam vniversa, & recta ratio agendorum. 3
Lessius *de iust. & iur. lib. 1. capit. 1.* 4
& 2. prudens enim teste D. Isidoro *lib. 10. ethymolog. capit. 15.* dicitur, quasi porro videns; perspicax quidem est, & incertorum videt casus. Undè D. Ambros. *lib. 1. de officijs,* 5
cap. 24. dixit: *Prudentiam in veri investigatione versari.* Et Aurelius Cassiodorus *lib. 6. var. epist. 10. Sapientia est (ait) quæ honores meretur, totum aliud extrinsecus venit,* 6
sola est Prudentia, quæ rebus omnibus præponitur, quando in homine fœliciter invenitur. Plura ad intentum referunt Barbosa *de Potest. Episcop. 1. p. tit. 21. gloss. 5.* Marius Garba *cons. 1. n. 5.*

Probitas quoque in Fratre Commendatario desideratur, quia est 7
præcipua qualitas ad rectè gubernandum, vt probatur ex sententia Moysis relata *in Cap. 1. Deuteronomi. n. 9.* ibi: *Dixique vobis illo tempore, ecce non valeo solus negotia vestra sustinere, & pondus ac iurgia, date ex vobis viros sapientes, & gnaros, & quorum conversatio sit probata in Tribubus vestris.* Probitas enim idem est, quod Bonitas: & in hoc sensu Plautus in Trinum inquit: *Quali ve amico mea commendavi bona? Caio probo, & fideli, & fido.* Et Cicero pro Cluentio: *Neque enim hoc homine sanctior, neque probior, neque in omnibus officijs diligentior esse quisquã potest.* Undè per Metaphoram: *Ar-* 8 & 9

gentum

gentum probum non adulteratum appellavit Livius. 2. *belli Maced.* & Plaut. *in Pœn. proba merx facilè emptorem reperit.*

10 Antianitas item attenditur ad Commendam Fratribus committendam, & præfatio innititur soli Antianitati. Lotterius *de re Benef. lib.* 2. *q.* 15. *n.* 48. Rota *coram Merlino decis.* 469. *p.* 2. *novis. apud Paulum Rubeum*, & maximè commendatur in statutis antiquis *num.* 6. ibi: *Dignum profectò censetur, vt qui obsequijs Religionis nostræ insistūt, assiduoque vigilant, laborum præmia quandoque consequantur: sublato enim præmio, obsequium omne intereat, necesse est. Nullus quoque sanæ mentis operi vacat: nisi præmio præposito. Itaque statuimus, quod Præceptoriæ Ordinis nostri: quæ præmia Fratrum nostrorum esse censentur: quibus adiuti vitam agant virtuosam, & obsequijs præstandis ardentiores reddantur: per Magistrum, & Conventum Rhodi Fratribus Ordinis nostri Antianis, ac Benemeritis dentur, atque conferantur.* Et in novis *tit.* 5. *num.* 15. vbi quod Antianitas

11 numeretur à die quo Passagij sui solutionem integrè Frater fecerit. Rota *decis.* 19. *coram Carrillo, tomo* 3. *novis. apud Rub.* vbi aliæ decisiones referuntur, & *decis.* 25. & 73. vbi quod Antianitas incipit curere á die solutionis Passagij, etiam quod ante factas probationes fuerit illud solutū. Gregorius XV. *decis.* 341. & 449. Rota *coram Panzirolo, decis.* 167. *n.* 7. Est autem Passa-

12 gium, quantitas certa scutorum auri, quæ tempore admissionis communi Ærario præstat Religiosus, ducenta, vel eorum valorem, si admittatur in gradu Equitum, & centum, & quinquaginta, si in gradu Servientium, vt. *d. n.* 15. refertur.

Ratio autem huius prælationis 13
est; quia veteranorum Militum præmia sunt omnino debita; vt enim ait Cassiodorus *lib.* 7. *epistol.* 30. *Æquitati convenit, vt vnusquisq; ad fructum Militiæ emenso tempore debeat pervenire, & laboris recipiat præmium pro compensatione meritorum, & cum ad tempus venerit constitutum, optato honore potiatur. Divina sunt ista iudicia, non humana, vt quem superna ad tempus debitum opus voluerunt perducere, meritò videatur, & laboris sui præmia suscepisse, & excubiarum suarum competentia privilegia consequatur.* Hinc Consul- 14
tus *in. l. Lucius.* 11 *ff. de evictionib.* *Has possessiones* (ait) *ex præcepto principali partim distractas, partim veteranis in præmia adsignatas.* Amaya *in. l.* 1. *C. qui sponte munera subeunt, lib.* 10. *ex num.* 3. *cum seqq.* Et regulariter Antianitas, & maior ætas est causa prælationis ad Beneficium, & Capellaniã Gutier- 15
rez *cons.* 2. *n.* 30. Lara *de Capellan. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 4. & *lib.* 2. *c.* 3. *n.* 15. Cevallos *quæst.* 693. *n.* 39. argum. *l. fin. ff. de fide instrument.* ibi: *Semper seniorem iuniori, & marem fœminæ, & ingenuū libertino præponimus.*

Benemerita etiam attendi debe- 16
re in Commendis assignandis dicitur. Rota *coram Virili, decis.* 473. *p.* 2. *novis. apud Rub.* & *decis.* 303. *coram Molmano, nu.* 2. *tom.* 3. *apud eund. Rub.* & ratio est, quia præmia pro meritis vnicuique tribuenda sunt. *l. virtutum. C. de statuis, & imaginibus. l. lege Cornelia* 25. *ff. ad Senat. Sillan. l.* 1. *ff. de iust & iur. l.* 31. *tit.* 1. *p.* 4. Gonçalez *in Reg.* 8. *Chancell. glos.* 4. *ex nu.* 8. *cum seqq. nutriunt enim* [inquit Cassiodor. *lib.* 2. *epist.* 16.] *præmiorum exempla virtutes: nec quispiam est, qui non ad morum summa nitatur ascendere,*

dere, quando remuneratum non relinquitur, quod conſcientia teſte laudatur. Nemoque virtutem amplectitur ipſam, præmia ſi tollas: ce cinit Iuvenal. ſatyr. 10.

CAPVT V.

DE ASSISTENTIA, Præſentia, & Caravanis requiſitis ad Commendas Hieroſolymitanas obtinendas; & de Solutione Communis Ærarij; & de Smutitione, & Expectativa.

SVMMARIVM.

ASſiſtentia in Conuẽtu per quinque annos, & ibi Præſentia, ſeu Expectativa, & tres Caravanæ completæ requiruntur in Ordine S. Ioannis ad Commendas obtinendas. 1.

Veteranorum præmia poſt viginti annos Militiæ Romanis præſtabantur. 2.

Spes præmij movet ad obſequiũ. 3.

Præſentia Fratris in Conventu Melitenſi requiſita eſt, vt conſequi valeat Commendas, penſiones, & quæcumque bona Religionis. 4.

Epiſcopus abſens à ſua Diœceſi perdit vſum alternativæ. 5.

Smutitionis tempore Frater Hieroſolymitanus debet petere ſibi Cõmendam aſſignari. 6.

Debitor communis Ærarij Frater tempore Smutitionis non poteſt Commendari. 7.

Debitor Civitatis non poteſt creari Officialis illius. 8.

Libris Receptorum ſtandum eſt circa ſolutionem communis Ærarij. 9.

Capitivus Frater Hieroſolymitanus gaudet Antianitate ad Commendas. 10.

Abſens Frater Hieroſolymitanus Reipublicæ cauſa gaudet Antianitate ad Commendas. 11.

Expectativa conceſſa ad Commendam tribuit ius ad illam obtinẽdam. 12.

Expectativa procedit ſine præiuditio maioris Antianitatis, & in caſu quo tempore Smutitionis nihil debeatur communi Ærario. 13.

Expectativa lite pendente conceſſa non citato contradictore non valet. 14.

Expectativa ad Commendas poteſt concedi à Papa. 15.

Caravanam Fratris Hieroſolymitani poteſt Papa diſpenſare. 16.

Infirmitatis tempus computatur in Carauanis. 17.

Debita non liquida non cenſentur debita ad inducendam pœnam. 18.

Compenſatio crediti cum debito admittitur ad evitandam pœnam ipſo iure. 19.

Debitum communi Ærario contractum ratione mutui non obſtat Hieroſolymitanis Fratribus ad Cõmendas obtinendas. 20.

Melioraſſe primam Commendã requiritur, vt ſecundam de Gratia, vel Cabimento poſsit Hieroſolymitanus obtinere. 21.

Meliorationis negativa dicitur conſtare, dum non probatur realis affirmativa. 22.

Commendatarius malè adminiſtrans privandus eſt à Commenda. 23.

Quod

1 QVod nullus Frater Commẽdam de Gratia, Cibimento, & Melioramento, conſequi poſsit, niſi poſt ſumptum Habitum, & Profeſsionem factã quinque annis in Conventu moram traxerit, & ibi præſens fuerit, aut Antianitatem ſeu Expectativam habeat, & niſi prius in triremibus Religionis tres Caravanas completas per ſe, vel per alium fecerit, ſtatutũ eſt *tit.* 14. *n.* 7. *&* 8. & notat Mendo *de Ordinib. Milit. diſq.* 10. *quæſt.* 1. *num.* 9.

2 Et ratio huius ſtatuti quo ad aſſiſtentiam in Conventu quinque annis, & Caravanas perficiendas, conſiſtit in eo, quod Reipublicę intereſt, ne quis præmia ab ea conſequatur, niſi ille per obſequia legitimè meruerit: ſic veteranorum præmia poſt viginti annos Militiæ Romanis præſtabantur. *l. fin. C. de his qui non implet. ſtipend. lib.* 10. *l. veteranis. C. quando provocare*, qui anni ſtipendia dicebantur. *l.* 2. *C. illo. tit. l.* 2. *C. de re Militari.* Veget. *lib.* 1. *de re Milit. cap.* 7. Amaya *in l.* 1. *C. de his qui ſponte munera ſubeunt lib.* 10. *nu.* 9. *&* 10. & vt ait

3 D. Paulus. 1. *ad Corinth. qui arat, in ſpe debet arare, & Qui triturat in ſpe fructus percipiendi.* Et Iuſtinianus *in Proœm. Inſtit. § fin.* ibi: *Et vos met ipſos ſic eruditos oſtendite, vt ſpes vos pulcherrima foveat, toto legitimo opere perfecto, poſſe etiam noſtram Rempublicam in partibus eius vobis credendis gubernari.* Gonçalez, qui multa ad propoſitum refert *in Regul.* 8 *Chãcell. gloſſ.* 4. *n.* 10. *cum ſeqq.* D. Solorçano *de Iur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *capit.* 19. *n.* 39 40 *&* 41.

4 Requiritur etiam in ſtatuto, vt Frater conſequi valeat Commendam, quod præſens ſit in Conventu; præſentia enim ad obtinendas Commendas, penſiones, & quæcũque bona Religionis requiſita eſt, vt Equites facilius inveniantur in Conventu ſpe præmij conſequendi. Rota *deciſ.* 136. *n.* 8. *coram Ghiſlerio apud Paulum Rubeum, tom.* 3. *noviſ.* ſic Epiſcopus abſens à ſua 5
Diœceſi perdit vſum alternativæ conceſſæ Epiſcopis præſentibus in Diœceſi. Gonçalez *in Reg.* 8. *Chãcel. gloſſ.* 43. *nu.* 41. Rota *deciſ.* 98. *num.* 9. *ibid. apud Rub.* niſi abſentia fuiſſet ratione acceſſus ad Sedẽ Apoſtolicam. *Cap. quia diverſitatẽ 5. verb. acceſsit, de conceſ. præben.*

Requiritur quoque ad optionẽ 6
Commendarum, quod tempore Smutitionis, pronũciationis, vel nominationis, Frater petat ſibi Commendam aſsignari, vt Benemerito, & Antiano, & quod ius illi competit *iuxta ſtatutum* 43. *in fin. de Cõmend.* Rota *deciſ.* 116. *tom.* 3. *noviſ. apud Rub. n.* 3. 16. *&* 17. quia non petens videtur remittere ius ſuũ, & quaſi mortuus habetur Rota *deciſ.* 303. *n.* 16. *tom.* 3. *apud eundem.*

Denique requiritur, quod dicto 7
tempore Smutitionis Frater debitor non ſit communis Ærarij, ſi ergo debitor appareat, non poteſt Cõmendari; ita ſtatuta *tit.* 5. *de Communi Ærario. n.* 24. *&* 25. Renatus Chopinus *de ſacra Politia, lib.* 3. *tit.* 3. *n.* 11. Lotterius *de re Benef. lib.* 2. *q.* 15. *ex. num.* 46. Rota *deciſ.* 725. *&* 726. *tom.* 3. *p.* 4. *noviſ. apud Rub. &* 149. *p.* 1. *&* 98. *tom.* 3. *noviſ. coram Ghislerio, & deciſ.* 116. ſicut debitor civitati nõ poteſt creari officialis nõ ſoluto debito. *l.* 1. *C. de debitorib. Civitat.* 8
lib. 11. Maſtrill. *de Magiſtrat. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 49. Capiblanc. *in tract. de Baronib. ſecundum. novam impreſsionem, Pragm.* 10. *n.* 114. *in fin.* circa ſolutionem tamen, & capaci-

tatem Fratris ex hoc capite ſtandũ
9 eſt Receptorum liſtis, & relationibus tranſmiſſis in Conventum, hi enim Religionis libri probant ſolutionem, vel debitum. Rota *coram D. Carrillo, deciſ. 19. nu. 3. tom. 3. noviſ. apud Rub. & deciſ. 562. p. 2. n. 2. apud eund.* Lotterius *vbi ſup. num. 48. & ſeqq.* niſi alio inſtrumẽto conſtiterit de ſolutione Cardinalis Petrus Ottobonus *deciſ. 160.*

10 Verùm hæc omnia requiſita, & qualitates varias continent limitationes, & intellectus; nam in primis aſsiſtentia in Conventu ad obtinẽdas Commendas limitatur in Fratre captivo; nam ab infidelibus captus in Conventum veniens, quandiù detinebitur, reſidentia, & Antianitate gaudet; ita ſtatuta *dicto tit. 14 num. 12.* concordant textus *in l. non omnes. 5. §. ſi poſt. 7 ff de re Milit.* ibi: *Si poſt multum temporis redit, & præmia, & emeritum capiet. l. 3. §. qui Militiæ. 8. & §. ſed etſi. 12 ff. eod.* ibi: *Et ſi expleto tempore Militiæ redeat, vt veteranus reſtituetur, & emerita accipiet.* Amaya *vbi ſup n. 6.*

11 Limitatur etiam in abſentibus Reipublicę cauſa pro negotijs Ordinis miſsis, vt Receptores communis Ærarij in Prioratibus degentes, & Legati in Curijs Principum, & ſimiles, qui Antianitate gaudẽt, ac ſi præſentes in Conventu eſſent; in ſtatuta *num. 10. & 11.* concordãt de iure *l. 1. l. abeſſe. l. qui mittuntur. ff. ex quibus cauſis maiores in integr. reſtit. l. abſentia. ff. de Regul. iur. l cum quidam. 30. l. Pantonius 85 ff. de adquir. hæredit. l. fin. C. de tempor. in integr. reſt. §. rurſus, inſt tit. de actionib. l. 28. tit. 29. p. 3.* D. Solorzano *tom. 2. lib. 2. capit. 17. num. 98.*

12 Præſentia verò in Conventu limitatur ex eodem ſtatuto in eo, qui Expectatiuam habet, nam pro Præſente habetur; Expectativa enim Magni Magiſtri tribuit ius ad rem *Statut. tit. 5. de communi Ærario num. 18.* argum. *Cap. ne captãdæ. 3. Cap. authoritate. 7. de conceſſ. præbendæ, lib. 6.* Ottobonus *dict. deciſ. 160.* & in Commendis aliarum Militarium loquens Cabedo *de Patronatu Regiæ Coronæ, cap. 15. & 16.* & eſt ad iudicandi Commendatei, qui habet Expectativam conſecuta Smutitione, ſtante eius Capacitate, & Antianitate, nam precedit ſine præiudicio maioris Antianitatis, & in caſu quo tempore Smutitionis, & optionis nihil debeatur communi Ærario. *d. tit. 5. num. 18.* Lotterius *vbi ſupra ex nu. 50. cum ſeqq.* Expectativa autem lite pendẽte conceſſa non citato contradictore non valet Ottobonus *num. 17.* & debet expediri infra annum Bulla Magni Magiſtri ſuper confirmatione Smutitionis Commendarum Ottobonus *num. 10.* quæ Expectativa ad Baiulivatus, & Commẽdas Hieroſolymitanas poteſt etiam cõcedi à Papa. Rota *deciſ. 198. p. 1. noviſ. apud Rub. & deciſ. 231. corã Coccino apud eumd.*

Quo ad Caravanas etiam dantur limitationes, nam ſtatutum procedit, niſi Papa in aliqua ex Caravanis diſpenſaverit, quod facere poſſe non eſt dubium, vt deciſum eſt in Rota *coram Virili, deciſ. 198. p. 1. noviſ. apud Rub.*

Procedit etiam ſtatutum in computatione Caravanarum ita, vt ſi Miles re cepta in peragendis Caravanis aliquo tempore infirmaverit, nec infirmitatis cauſa perfecerit, tempus infirmitatis computatur illi. Rota *corã Pirovano, deciſ. 562. num 4 p. 2. noviſ. apud Rub.*

Statutum autem de debitoribus communis Ærarij ad Commendas penſio-

13 14 15 16 17 18

pensiones, & bona Ordinis non admittendis, limitatur primo, quãdo debitum non est liquidum, & est litigiosum; quia debita non liquida non censentur debita ad inducendam pœnam. *l. igitur. ff. de liber cauſ.* Dec. *in l. quod te. n. 5 ff. ſi certum petatur.* Soccin. *in. l. quibus diebus. §. dominus. n. 8 ff. de condit. & demonſtrat.* Aretin. *conſ. 93. numer. 2. verſ. Nec obſtat præmiſſis.* Cephalus *conſ. 14. n. 8. cum ſeqq.* ſic Rota *coram Durozetto in cauſa Commendæ de Mazara die lunæ 5. Martij 1635. quæ eſt deciſio 26. tom. 3 noviſ. apud Rub.* confirmata *coram Molmano die veneris 15. Junij 1635. & eſt deciſio 303. ibid. numer. 6.* Puteus *deciſ. 393. lib. 2.*

19 Limitatur ſecundo, quando debitum cum credito poteſt compenſari, quia compenſatio admittitur ad evitandam pœnam ipſo iure. *l. ſi ambo. §. quoties. ff. de compenſat.* Gloſſ. *in. l. ſi conſtat in verb. ipſo iure. C. eod. tit.* Gabr. *concl. 7. de jur. jur. n. 9. &* 10. Corbul. *de cauſ. privat. ob canon. non ſolut. limit. 5. numer. 1.* Mantica *de contract. lib. 22. tit. 27. n. 65.* Roland. *conſ. 87. n. 28. lib. 1.* Rota *in dict. deciſ. 26. num. 4. & in deciſ. 303. n. 7.*

20 Limitatur tertio, quando debitũ eſt contractum ratione mutui; nam debitum communi Ærario, vt obſtet ad Commendas obtinendas, intelligitur de Spolijs, Mortuarij, Vacantibus, Reſponſionibus, Penſionibus, Paſſagijs, & Arreragijs Rota *deciſ. 303. num. 8. tom. 3 noviſ. apud Rub.*

21 Ad ſecundam autem Commendam de Gratia, vel de Cabimento obtinendam requiritur, quod prius Frater oſtenderit authenticè, Commendas, quas quocumque titulo poſſidet, ſe melioraſſe *tit. 15. de Cõmend. n. 16.* Lotterius *de re Benef. lib. 2. q. 15. n. 80.* Rota *coram Pancirola die lunæ 15. Decemb. 1633. apud Rub. deciſ. 143.* in cauſa Portugal. Commendæ Bernardi Pereira, *& deciſ. 293. tom. 3. noviſ.* melioratio autem vt fundamentum intentionis conſtare debet poſitivè, & de melioronis negativa dicitur conſtare, dum non probatur realis affirmativa. Rota *coram Merlino, deciſ 293 num. 7. tom. 3. noviſ. apud Rub.* Si verò Commendatarius malè adminiſtraverit, privandus eſt à prima Commẽda, niſi quaeliber cauſa excuſetur. Cardinalis Petrus Ottobonus *deciſ. 160 n. 11. &* 13. Rota *coram Dunozetto veneris 27. Februarij 1643 apud Dianam. p. 7. deciſ. 1.* vbi deciſum fuit, non eſſe cuidam Commendatori ad iudicandam Dignitatem Mareſcallatus ex eo, quod alienavit propria auctoritate molendinum vna cum pratis; illudque conceſſit in emphiteuſim perpetuam cuidam laico, propter quam alienationem factam ſine beneplacito Apoſtolico, vel Magni Magiſtri, & Capituli Generalis, cenſetur privatus Cõmendis & Beneficijs, quæ obtinebat, & non potuit ad alias promoveri ex eo quod primam Commendam non melioravit. 22 23

CAPVT VI.

IN QVIBVS PRIORATIBVS, & Nationibus debeãt Fratribus Hieroſolymitanis Commẽdæ adſignari; & quid quando Prioratus diverſi ſunt ſub territorio eiuſdem Monarchæ?

SVMMARIVM.

COmmendæ concedendæ ſunt Fratribus in ſuis Prioratibus, & Nationibus. 1.

Beneficia Eccleſiaſtica non poſſunt alijs conferri, quam ijs, qui ex eodem Regno, vel Provincia oriundi ſunt. 2

Oriundi prælatio ad Beneficia, & Officia oſtenditur. 3. & 4.

Exteri appellari non poſſunt, qui ſub vno Rege ſociantur. 5.

Patriæ appellatione venit Regnum vnde quis oriundus eſt. 6.

Hiſpania nuncupatur vbi huius Regni in communi mentio fit. 7.

Leges Caſtellæ in vim legum ſervantur in Portugalia poſt vnionẽ Regnorum factam. 8.

Regnum vnitum debet gubernari legibus Regni cui adiungitur. 9.

Limites Prioratuum Ordinis Sancti Ioannis deſcribuntur. 10.

Regna vnita gubernantur vt diſtincta. 11.

Beneficia, & Officia Caſtellæ nõ dantur Aragonenſibus, & Luſitanis. 12.

Navarris dantur Beneficia Caſtellæ ex ſpeciali indulto. 13.

Commendas Caſtellæ Ordinis S. Ioannis non poteſt obtinere Aragonenſis, nec Luſitanus, & è contra. 14.

1 STatutum eſt in Ordinis conſtitutionibus *tit.* 14. *de Commend. n.* 3. Commendas Fratribus cõcedendas fore in ſuis Prioratibus, & Nationibus, & quod nõ poſſint in alijs Commendari: *Debet enim vnuſquiſque ſuis limitibus contentus eſſe, nec promotiones aliorum convenit impedire.* Lotterius *de re Benef. lib.* 2. *q.* 15. *ex num.* 84. Rota *coram Merlino, deciſ.* 469 *p.* 2. *noviſ. apud Paulum Rubeum.*

Pro cuius ſtatuti ratione militat 2
primò, quod totius Chriſtiani orbis legibus, vel moribus obtinuit, vt Eccleſiaſtica Beneficia, & alia pleraque officia etiam temporalia, non poſſint alijs conferri, quàm ijs qui ex eodem Regno, vel Provincia orti, vel oriundi ſunt, vbi Beneficium, vel Officium vacare contingerit; vt *de Galia* teſtantur Coſmas Guimier, Selva, Rebuffus, Guillelmus Benedictus, Carolus Graſſalius, & Caſaneus; *de Regno Neapolis*, Camillus Borrellus; *Siciliæ*, Marius Muta; *Luſitaniæ*, Cabedus, Pereira, & Acuña; *Aragoniæ*, Calixtus Remirus; *& Caſtellæ*, Covarrubia, Hojeda, Garcia, & alij plures, quos in vnum cumulat videndus Solorzano *tom.* 2. *de iur. Indiar. libro* 3. *cap.* 19. *nu.* 5. Soto *de iuſt. & iur. lib.* 3. *q.* 5. *art.* 2. vbi inquit, has Municipales Provinciarum, & Regnorum leges eſſe æquiſsimas, quas vtinam vbique ſanciret Eccleſia, quemadmodum, & in Tridentino Concilio ſummo omnium conſenſu eo præſente conſultum fuit.

Secundò facit ratio textus *in. l.* 3
Præſes. C. de ſervitut. & aqua, ibi: *Cum ſit durum, & crudelitati proximum ex tuis prædijs aquæ agmen ortum, ſitientibus agris tuis, ad alio rum vſum vicinorum iniuria propagari.* Cui ſimile eſt illud Caſſiadori *lib.* 1. *var. epiſt.* 34. ibi: *Copia frumentorum Provinciæ debet primum prodeſſe cui naſcitur, quia iuſtius eſt, vt incolis propria fœcunditas ſerviat, quàm peregrinis commercijs ſtudioſæ cupiditatis exhauriat. Alienis ſiquidem partibus debet impendi, quod ſupereſt, & tunc de exteris cogitandum, cum ſe ratio propriæ neceſsitatis expleverit.*

Tertiò facit. *Cap. nullus.* 63. *diſt.* 4
ibi: *Habeat vnuſquiſque fructum ſuæ Militiæ in Eccleſia, in qua ſuã*

per

per omnia officia transegit ætatem, in aliena stipendia minimè alter obrepat, nec alij debitam alter sibi vendicare audeat mercedem. Cap. bonæ memoriæ. §. fin. de postulat. Prælat. Vbi probatur consuetudo Regni Vngariæ vt originarij, & oriundi admittantur ad Beneficia Ecclesiastica illius Regni cum exterorum exclusione. *Capit. hortamur. 71. dist.* cum a ijs relatis à Solorzano *d. cap. 19. ex num. 12. cum seqq.*

5 Circa hanc tamen statuti prohibitionem se se offert dubium, an Lusitanus, vel Aragonensis Frater possit in Prioratu Castellæ commendari? Et pro parte affirmativa facit, quod hęc Regna sunt vnita, & vnã Monarchiam constituunt, & ita peregrini, seu exteri appellari non possunt, qui sub vno Rege sociantur.

6 Borrelus *de Magistr. edict. lib. 1. cap. 5. n. 23.* & appellatione Patriæ venit Regnum vndè quis oriundus est. *l. qui habebat ff. de legat. 3.* vbi testator dixit se oriundum ex Patria Syria, cum totum Regnum non fuisset Patria sua, sed vna civitas, vel

7 locus, exornat Valasco *consult. 60. num. 2.* & vbi huius Regni in communi mentio fit Hispania nuncupatur, vt ex Concilio Niceno, & multis sequentibus probat Valdes *de Præcedentia, cap. 2.* & Sallustius originis suę glorians dicebat, *Hispaniam sibi antiquam Patriam duxit.* Et post vnionem Regni Portugaliæ, leges Castellæ, vt sunt leges Tauri, in vim legum servantur, & servari debent in Portugalia. Lusitanus Valasco *de partitionib. ca. 19. num. 27.* Provincia enim, vel Regnum vnitum debet gubernari legibus Regni, cui adiungitur. Bartol.

9 *in l. si convenerit §. si nuda ff. de pignorat. act.* Alexand. *in l. si ex toto, nu. 13. ff. de legat. 1.* Burgos *in quæstionib. civilib. q. 6. n. 19.* Cabedo Lusitanus *de Patron. Reg. coron. cap 40. num. 3.*

Facit etiam statutum. *d. tit. 14.* 10 *num. 30.* vbi quod limites Prioratuum Regni *Franciæ*, esse totum Regnum; Prioratuum *Hispaniarũ*, Regna Hispaniarum; Prioratuum *Italiæ*, omnes Provincias Italiæ, & Insulam Siciliæ; *Alemaniæ*, totam Germaniam tám superiorem, quàm inferiorem; *Anglicæ*, totam Insulam Angliæ cum Regno Scotiæ, & Insula Hyberniæ.

Sed pro parte negativa facit, 11 quod etsi Regna sint vnita, gubernantur tamen vt distincta, atque si vniuscuiusque tantùm ipse idem Rex dominatum haberet, vt tenét Suarez *de legibus, lib. 1. cap. 7. n. 14.* Patritius *lib. 3. de Regno, tit. 3.* D. Solorzan. *d. cap. 19. n. 50.* Vndè in Beneficijs, & Officijs Castellę Aragonenses, & Lusitani non admittũtur. Azeved. *in l. 14. tit. 3. lib. 1. Re-* 12 *top.* Salcedo *ad pract. Bern. Diaz, cap. 54. n. 23.* Ignatius Villar *in silva responsorum, resp. 74 p. ex num. 19.* Burgos de Paz *in l. 3. Taur. ex nu. 374.* Barbosa *in l. hæres absens. num. 72. ff. de iudicijs.* Bolaños *en el Comercio terrestre, lib. 1. cap. 1. num. 37.* D. Solorzano *vbi supra* 13 *num. 48.* vbi limitat ex speciali indulto in Navarris, qui ad Beneficia Castellæ, & Legionis admittuntur, quod etiam notat cum Olano, & Didaco Perez Thomas Sanchez *tomo 1. consil. Moral. lib. 2. cap. 1. dub. 9. n. 5.* cum alijs Carleval *de iudicijs tom. 1. lib. 1. tit. 1. disput. 2. n. 99.*

Idemque in Commendis Hiero- 14 solymitanis dicendum est; cũ enim Prioratus sint distincti, & statuta prohibeant in alijs commendari: Aragonensis in Prioratu Castellæ commendam non poterit obtinere, nec Lusitanus, quamvis Regna

ſub eodem Monarcha exiſtant. Nec limites Prioratuum aliud probant, ſed tantùm deſignant Provincias Linguarum, ſeu Nationũ Ordinis, vbi ſunt Prioratus, Baiulivatus, Cõmendæ, ſeu Præceptoriæ. Et ita Linguæ, ſeu Nationi Portugaliæ conceſſum fuit per Sixtum V. *ſub die* 28. *Iunij* 1621. Lotterius *de re Benef. lib.* 2. *q.* 15. *n.* 84. vbi concludit, tantùm Summum Pontificem poſſe in hoc diſpenſare; vt idem tenet Rota *coram Merlino in citata deciſione, num.* 8. vbi deciſum fuit cõtra Militem Hieroſolymitanum exterum â Regno Luſitaniæ, qui Commendam illius Prioratus optabat, eo quod ex gratia Magni Magiſtri receptus fuit in dicto Prioratui, tùm ex Bulla Sixti V. & ſtatuto Ordinis ſcripto ſupra *num.* 1. tùm quia ex novo ſtatuto de anno 1588. fuerunt revocatę ſimiles gratiæ de limitibus in futurum faciendæ, vt vnuſquiſque in ſuo Regno, & Provincia vbi originarius eſt, tantùm poſsit Habitum Ordinis, & Commendas illius Prioratus, & non alias obtinere.

CAPVT VII.

DE PLVRALITATE Commendarũ prohibita; & quando poſsit vnus Frater plures Commendas obtinere.

SUMMARIVM.

Prioratus duos, aut Baiulivatus nõ poteſt Frater vnus tenere. 1.

Commendæ duæ, nec Beneficia duo poſſunt vni conferri. 2.

Epiſcopus vnus non poteſt duabus Eccleſijs præſici, & plures Epiſcopatus habere. 3.

Beneficia duo requirentia perſonalem reſidentiam non poteſt vnus obtinere. 4.

Capellanias duas ſub eodem tecto nullus poteſt habere. 5.

Commendam, quam quis habet, poteſt dimittere, & meliorem accep tare. 6.

Beneficia plura habenti datur electio, quod retinere, & quod renunciare maluerit. 7.

Electio datur in Maioratibus incompatibilibus. 8.

Optans Commendam ſi cum effectu non aſſequatur, reddit ad dimiſſam. 9.

Incompatibilis Beneficij aſſecutio debet eſſe certa, vt quis primo Beneficio privetur. 10.

Commendam de Cabimento melioratam pro ſuo Melioramento poteſt Commendatarius Sancti Ioãnis retinere, & aliam obtinere, & poſſunt haberi plures Commendæ de Gratia, & Magiſtrales, quæ nõ ſunt incompatibiles. 11.

Incompatibilitas in Beneficijs Hieroſolymitanis non habet locum niſi in ijs, quæ dantur in titulum. 12.

DEciſa eſt quęſtio præſens 1
in ſtatutis Ordinis *tit.* 14. *numer.* 2. vbi prohibetur, *Quod nullus Frater duos Prioratus, ſeu Baiulivatus ſimul tenere poſſit, ſed vnum dumtaxat habeat, cuius regimini invigilet, & aſſiſtat.* Rota *coram Merlino, deciſ.* 293. *num.* 1. *tom.* 3. *noviſ. apud Rubeum, & coram Motmano, deciſ.* 303. *n.* 3. quia non poſſunt duæ 2
Commendæ fieri vni; ſicut nec duo conferri Beneficia. Rebuffus *in Prax. Benef. tit. de Commenda, numer.* 64. Mendo *de Ordinib. Militarib.*

tarib. diſq. 10. *q.* 2. *n.* 16. vbi refert ſtatuta Ordinum S. Iacobi, Calatravæ, & Alcantaræ; ſicut & Epiſcopus nō poteſt duabus Eccleſijs præfici, & plures Epiſcopatus habere. *Cap. Clericum.* 21 *q.* 1. latè Hojeda *de incompatibilitat. Beneficiorum,* 1. *p. cap.* 3. Diana *p.* 12. *tract. de conſecrat. reſol.* 72. vt ergo non poteſt vnus duas habere vxores, ſic nec titulum duorum Beneficiorum, aut Commendarum. *Cap. dudum* 2. *de elect. Cap. qui plures.* 21. *q.* 1. maximè ſi vtrumque perſonalem reſidentiam requirat. Concil. Tridentin. *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 17. de cuius materia latè agunt Nicol. Garcia *de Benef.* 2. *tom. p.* 11. *cap.* 5. Hojeda. *d.* 1. *p. cap.* 38. Barboſa *de Pot. Epiſc. allegat.* 62. *per totam.* Lara *de Capellanijs, lib.* 2. *cap.* 7. *ex num.* 2. *vbi num.* 11. ampliat etiam in Capellanijs: nullus quippe poteſt duas habere Capellanias ſub eodem tecto. *Cap.* 2. *de conſuetud. lib.* 6. & ibi Geminianus *num.* 14. Riccius. 1. *p. prax. deciſ.* 401. Alphonſus de Leone *de officio Capellani.* 1. *p. q.* 3. *n.* 73. Barboſa *de vniverſo iure Eccleſiaſtico, lib.* 3. *ca.* 5. *num.* 29. & de pluralitate Beneficiorum prohibita benè Hojeda 1. *p. cap.* 21. Diana. *p.* 10. *tract.* 13. *reſol.* 1. Thomas Sanchez *tom.* 1. *conſil. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 5. D. Tapia Archiepiſcopus Hiſpalenſis *tomo* 2. *Catenæ Moralis p.* 1. *lib.* 5. *articul.* 10.

3 4 5

6 Sed etſi quis non poſſit duas Cōmendas obtinere, poteſt tamen quā habet dimittere, & meliorem accep tare, ex relatis à Solorzano *de iure Indiarum, tom.* 2. *lib.* 2. *ca.* 18. quod

7 in Baiulivatibus Ordinis S. Ioannis practicatur; ſicut in Beneficijs contingit, in quibus habenti plura datur electio, quod ex eis retinere, & quod renunciare maluerit. *Cap. referente. Cap. præterea, de Præbēd. Cap. fin. de Cleric. non reſident.* Navar. *conſ.* 25. *de Præbend. nu* 2. Nicol. Garcia. *d. cap.* 5. *n.* 57.

8 Et in Maioratibus in compatibilibus datur quoque electio ſucceſſori, vel poſſeſſori. *l.* 7. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recop.* Molina *de Primogen. lib.* 1. *capit.* 8. *n.* 34. Paz *de Tenuta.* 1 *p. cap.* 57. *n.* 10. Caſtillo *lib* 3 *controverſ. cap.* 28 *& tom.* 6. *cap.* 178. Robles de Salcedo *de Repræſentat. libr.* 2. *cap.* 6.

9 Optans tamen Commendam, ſi eam cum effectu non aſſequatur, reddit ad dimiſſam. Rota apud Cardinalem Ottobonum *deciſ.* 160. 10 *num* 4. 5 *&* 6. Incompatibilis enim Beneficij aſſecutio debet eſſe certa, vt quis primo Beneficio privetur. Gregorius XV. *deciſ.* 206. *num.* 3.

11 Verùm dicta de incompatibilitate Commendarum in Ordine Hieroſolymitano intelligenda ſunt in Prioratibus, & Baiulivis, quæ etiam commendarum nomine comprehenduntur, & de quibus loquitur ſtatutum. Nam in alijs Commēdis permiſſum eſt Commendatario Commendam de Cabimento melioratam pro ſuo Melioramento retinere, & denuò melioratam aliam pro ſecundo Melioramento accipere, ita ſtatuta. *d. tit.* 14 *n.* 35. *&* 36. & eſt permiſſum quoque Prioribus duas Commendas parvi valoris vnire, annexare, & incorporare cum conſenſu Capituli Provincialis *numer.* 41. & poſſunt etiam retineri plures Commendæ de Gratia, & Magiſtrales, quia non ſunt incompatibiles cum Commenda de Cabimento, vt praxis admiſit.

12 Similiter incompatibilitas in Beneficijs Religionis Hieroſolymitanæ non habet locum niſi in ijs, quæ dantur in titulū. Ottobonus *deciſ.* 161. *n.* 3. 5. *&* 6. ſicut & duo Beneficia

ficia vni poſſunt conferri, vnum in titulum, & aliud in Commendam ſeu depoſitum. Hojeda *de incompat. Benef. 2 p. cap. 4.*

CAPVT VIII.

DE PROHIBITIONE Sæcularium, & Regularium alterius Ordinis ad Commendas Hieroſolymitanas.

SVMMARIVM.

COmmendæ, Membra, Penſiones, aut Prædia in Ordine S. Ioannis Sæcularibus non poſſunt concedi, nec cum eis permutari. 1. limita ſi Papa deroget ſtatuta. Ibid.

Beneficia Regularia Sæcularibus non poſſunt conferri. 2.

Beneficia Regularia Ordinis S. Ioannis Regularibus alterius Ordinis non poſſunt conferri. 3. & 4.

Gratiam ad Beneficium alterius Ordinis non concedit Pontifex Regularibus, niſi transferendo eos ad Ordinem, & Monaſterium vbi eſt Beneficium. 5.

Commendæ vnius Ordinis Militaris, nec de conſenſu Regis poſſũt conferri Equitibus alterius Ordinis ſine Apoſtolica diſpenſatione. 6.

Dignitates conceſſæ Fratribus Clericis non poſſunt conferri Equitibus, etiam eius Ordinis Militaris. 7.

Beneficia Regularia ſolita per Monachos cuiuſdam Monaſterij gubernari, non poſſunt conferri alijs Monachis eiuſdem Religionis diverſi tamen Monaſterij. 8. Et talis conſuetudo ſeu ſtatutum valet. 9.

DEciſum eſt in ſtatutis Ordinis *tit. 14. de Commend. num. 53.* quod Commendæ Sæcularibus non concedantur, nec Membra, aut Prædia cum Sæcularibus permutentur, ibi: *Statuimus, quod Priores, Caſtellanus Empoſtæ in Capitulis ſeu Aſſembleis Provincialibus, vel extra, & Commendatarij, & Fratres, Commendas, Membra, Prædia, aut Poſſeſſiones, vel Penſiones Prioratuũ, Caſtellaniæ Empoſtæ, ſeu Commendarum, Sæcularibus, aut alijs perſonis extra Ordinem noſtrum degentibus, cuiuſvis conditionis fuerint, nullo pacto concedere, aut permutare, vel cambiare cum eis poſſint.* Idque etiam vult Pius IV. *in conſt. 9. incip. Circũſpecta. Kalend. Iulij 1560. apud Laert. Cherub. tom. 2. fol. 9.* & notant Hojeda *de incompatibilit. Benef. 1. p. cap. 24. num. 105.* vbi quod Beneficia Commendatariorum S. Iacobi, Calatravæ, Alcantaræ, & S. Ioannis alijs alterius profeſsionis nullatenus cõferri poſſunt. Gonçalez *in Reg. 8. Chancell. gloſſ. 8. n. 8.* Nicol. Garcia *de Benefic. tom 2. p. 7. cap. 10. nu. 8. & 9.* Navarr. *in Apolog. de reddit. q. 1. monit. 55. n. 3. & §. 15. numer. 14.* Azor *inſtit. Mor. 1. p. lib. 13. cap. 3. q. 4.* Rodericus *tom. 1. quæſt. Regul. q. 34 art. 3. in princip.* Mendo *de Ordinib. Milit. diſq. 10. q. 2. nu. 12.* vbi de Commendis Militaribus loquendo animadvertit, quod non poſſunt Commendæ his tribui, qui Habitum Ordinis nõ ſuſceperunt, cum diſtinatæ ſint Regularibus ipſis, & non valeant extra Ordinem extrahi. Thomas Hurtado *de congrua. 1. p. lib. 2. reſol. 4.* Carol. Maranta *reſp. 82. num. 49. & 51. p. 4. & reſp. 22. n. 26. p. 5.* Rota apud Buratum *deciſ. 53. n. 6.* vbi

vbi quod Penſiones ſuper Commẽdis, aut bonis Hieroſolymitanorũ aſſignari non poſſunt niſi Fratribus dicti Ordinis. Cardinalis Petrus Ottobonus *deciſ.* 22. *n.* 6. 7. 8. 9. & 35. vbi *num.* 12. limitat, ſi Papa deroget expreſſè ſtatuta Ordinis.

2 Ratio huius prohibitionis eſt, quia hæc Commendæ, Membra, ſeu Penſiones ſunt Beneficia Eccleſiaſtica, vel ſtrictè, vel lata ſignificatione, vndè cum ſint Regularia Ssecularibus non poſſunt conferri, ſed tantùm Regularibus. *Cap. cum de Beneficio, de Præbend. lib.* 6. *Cap. cum ſingula § prohibemus eod. Clement.* 1. *de elect. Clement.* 1. *de ſupplend. negligent. Prælat.* Concil. Tridentin. *ſeſſ.* 14. *cap.* 10. Flaminius Pariſius *de reſignat. Benef. lib.* 4. *q.* 5. *n.* 2. Barboſa *de Pot. Epiſc. allegat.* 57. *nu.* 170 *& in collect. ad dict. cap.* 10. vbi plures refert. Nicol. Garcia. *d. cap.* 10. *p.* 7. Hieronymus Rodericus *in compend. quæſt. Regul. reſol.* 15. *à nu.* 4.

3 Non poſſunt etiam conferri Regularibus alterius Ordinis, vt expreſsit Pius IV. in citata conſtitutione, ibi: *Quodque ſuper eorum fructibus, redditibus, & proventibus, aliquæ penſiones annuæ, quibuſvis perſonis Sæcularibus, ſeu alterius Ordinis, quàm dicti Hoſpitalis Regularibus ſine expreſſo conſenſu Magiſtri, & Conventus, etiã per Sedem prædictam reſervari, cõcedi, conſtitui, & aſſignari nullatenus poßent.* Idque confirmat in expreſſo Gregorius XIII. *in Bul. quæ incip. Quo magis.* 23 *Martij* 1580. *apud Cherub. tom.* 2 *pag.* 329.

4 Idem etiam probatur *ex dicto capit.* 10. *de reformat. ſeſſ.* 14. *Concil. Trident.* ibi: *Religioſis tantùm illius Ordinis*, vt in terminis comprehendi ſub dicto decreto Concilij Beneficia Religionis S. Ioannis Hieroſolymitani, & ita non poſſe dari niſi Regularibus actu, aut qui eſſe debeat, cenſuit Rota *deciſ* 569. *p.* 2. *recenſ.* Barboſa *vbi ſupra. n.* 2. Azor. *d. q.* 4. Hojeda. *d. n.* 105. Ottobonus *num.* 12. Gonçalez. *d gloſſ.* 8. *n.* 8. & melius. *n.* 96. *cum ſeqq.* vbi quod non poſſunt conferri Beneficia Regularia Regularibus diverſi Ordinis, cum non conveniat, vt homines diſparis profeſſionis, vel Habitus ſimul aſſocientur. Rebuffus *in prax Benef. tit. de diſpenſat. cum Regul. à num.* 2. Rodericus *dicta quæſt.* 34. *art.* 8. alter Rodericus. *d. reſol* 15 *n.* 4.

5 Idem probat Thomas Sanchez *in ſumma, lib.* 7. *cap.* 29. *nu.* 29. vbi *num.* 30. aſſerit, quod Pontifex non ſolet concedere Regularibus gratiam ad Beneficium alterius Ordinis aſſequendum, niſi transferendo eos ad Ordinem, & Monaſterium vbi eſt Beneficium. Barboſa *in collect. ad Concil. Trident. d. cap.* 10. *num.* 8. Pelizarius *in Man. Regul. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 6. *n.* 232.

6 Navarr. *in Apologia dict.* §. 15. *num.* 14. vbi quod Commendæ nullatenus ſine diſpenſatione Apoſtolica [quam nescit hactenus eſſe cõceſſam] poſſunt conferri alijs, quã Religioſis eorum Ordinũ, ita quod Rex, quatenus eſt ſolùm Rex, nihil poteſt diſponere de illis; & quatenus eſt Magiſter Commendatarius à Sede Apoſtolica deputatus, non poteſt Commendam vnius Ordinis conferre Militi alterius ſine diſpenſatione Apoſtolica, per quam fiat facultas tranſeundi ad alium, qui fiat capax illius, quod frequenter factum ad Regias preces animadvertit.

7 Mendo *dict. diſq.* 10 *q.* 2. *& diſq.* 8. *q.* 2. vbi quod Dignitates conceſſæ Fratribus Clericis non poſſunt conferri Equitibus etiam eiuſdem

Ordinis Militaris: ſicut Beneficia
8 Regularia ſolita per Monachos cuiuſdam Monaſterij gubernari, nullatenus poſſunt conferri alijs Monachis eiuſdem Religionis diverſi tamen Monaſterij. *Cap. cum ſingula. 32 §. prohibemus de Præbend. lib. 6.* Laudabilis namque, & valida
9 eſt conſuetudo, ſeu ſtatutum, quod Beneficia non conferantur niſi vni de gremio ipſius Capituli, Collegij, ſeu Monaſterij, aliàs collatio ſit nulla. *Cap. cum dilectus, & ibi gloſſ. verb. Conſtitutum, de conſuetudine.* Gonçalez. *d. gloſſ. 6. nu. 108. & 109.* Vtrùm autē Regulares Hieroſolymirani ad Beneficia Sæcularia poſſint promoveri, diſputatur infra *diſcept. ſeq. cap. 2.*

DISCEPTATIO XI.

DE BENEFICIJS HIEROSOLIMITANORVM.

CAPVT I.

DE PROVISIONE Beneficiorum Ordinis Hieroſolymitani, & de examine ad obtinenda Beneficia Curata requiſito, & de Salario, & Emolumentis eorum.

SVMMARIVM.

BEneficia Eccleſiaſtica Ordinis Hieroſolymitani Fratribus eius Ordinis conferuntur. 1.

Beneficia præſentandi in Ordine S. Ioannis ius habent Magiſter, Priores, Bailivi, & Commendatarij. 2.

Beneficiorum præſentatio in Ordine Sancti Ioannis fit coram Capitulo Provinciali, ſeu Aſſemblea. 3.

Beneficium Curatum obtineri non poteſt ſine examine. 4.

Præſentati ad Beneficia Ordinis S. Ioannis ſi non fuerint Fratres eiuſdem Ordinis, debent admitti in eo. 5.

Proviſi de Beneficijs Ordinis S. Ioannis cenſentur illis privati, ſi intra ſex menſes Habitum non ſuſcipiant. 6.

Profeſſio in Ordine S. Ioannis non debet præcedere proviſionem Beneficiorum Ordinis. 7.

Fratres admittendi in Ordine Hieroſolymitano ratione præſentationis Beneficiorum non debent approbari per Aſſembleam, niſi cum aſſignatione alimentorum. 8.

Salarium conſtitui debet Servientibus Eccleſias Parochiales Monaſterio unitas. 9.

Primitiæ in Eccleſiis Hieroſolymitanorum pertinent Parochis, qui

qui vulgò *Priores dicuntur*. 10.

Oblationes, quæ fiunt super defunctorum sepulchra, & propter officia Ecclesiastica Parochis debentur. 11.

Parochi Militares, quibus obligationibus præstinguantur remissive. 12.

1 BEneficia Ecclesiastica Ordinis Hierosolymitani Fratribus eiusdem Religionis cóferri debere certum est; tum ex regula generali, de qua supra *discept.* 10. *cap.* 8. nempè quod Regularia Beneficia Regularibus sunt conferenda; tùm ex statuto Ordinis *tit.* 14. *n.* 63. tùm etiam ex concessione Innocentij VIII. & Pij IV. de quibus statim dicetur.

2 Priores autem, & Castellanus Empostæ in suis Cameris Prioralibus, Baulivi, & Commendatarij in ius Commendis habent provisionem, vel præsentationem Beneficiorum Ecclesiasticorum cum Cura animarum, vel sine, à suis Commendis dependentium, præter Beneficia, quæ ipse Magnus Magister cófert secundum normam statutorum *dicto tit.* 14. *ex num.* 58. *cum seqq.* quod quidem ius Patronatus ad provisionem huiusmodi Beneficiorum concessum fuit ab Innocétio VIII. & confirmatum à Pio IV. *in Bull. quæ incip. Circunspecta, kalend. Iulij* 1560. *apud Laert. Cherub. tom.* 2. *pagin.* 9. vbi Pius IV. decernit, quod Beneficia Ecclesiastica ad præsentationem, seu collationem Baulivorum, Priorum, & Præceptorum Hospitalis huiusmodi suffragétur, ita quod nec dimitti, aut resignari queant, nisi de consensu eorum ad quos præsentatio, seu collatio spectat, & in favorem dictæ Religionis, seu personarum, quæ Habitum eiusdem Religionis portant. Quod etiam confirmavit ampliſſimè Gregorius XIII. *in Bul. Quo magis* 23. *Martij* 1580. *apud Laert. Cherub. tom.* 2. *pag.* 329. *in novis. impres.* & Innocentius X. *in Bul. Universalis Ecclesiæ* 1648. *tom.* 4. *Bull. fol.* 268 & agnoscunt omnes Doctores, qui de Commendis scripserunt relati supra *d. discept.* 10. *cap.* 2. & 3. & benè Lambertinus *de iure Patronat. lib.* 2. *p.* 1. *q.* 7. *art.* 5. *n.* 1. Azor 1. *p. instit. Moral. lib.* 13. *ca.* 3. *q.* 4. *vers. Sunt autem.* Rodericus *tom.* 1. *quæst. Regul. q.* 34. *art.* 3. & *q.* 36. *art.* 1. Diana *p.* 6. *tract.* 8. *resol.* 17. *in medio.* Barbosa *in summ. Apostol. decis. collect.* 61. *n.* 2. & *de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 8. Mendo *de Ordin. Milit. disq.* 3. *q.* 1. *num.* 2. & *disq.* 11. *q.* 1. *num.* 7. Carol. Maranta *resp.* 22. *n.* 26. *p.* 5. Rota *decis.* 569. *p.* 2. *recens.* & *in una Pictavien. Commendæ.* 1. *Iulij.* 1637. *coram Carrillo*, & *est decis.* 239. *n.* 8. *p.* 7. *in recens. apud Paulum Rubeum.* Et esse ius Patronatus Ecclesiasticũ tenet Vivianus *de iure Patronat. p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 5. & *p.* 2. *lib.* 6. *capit.* 1. *n.* 15. & provisionem omnium Militarium suis Ordinibus competere, videtur probari *in Clement.* 2. *§ permissa de religiosis domibus*, vbi glos. *verbo Militarium* ponit exemplum in Militibus Sancti Ioannis, & *in cap.* 1. *verbo Persolvant de verb. signif. in* 6.

Præsentatio autem fit coram Capitulo Provinciali, seu Assemblea, à qua in Beneficio curato committitur examen præsentati alicui, vel alii quibus viris doctis, & præstatur collatio. Quod quidem examen, nec literaturę, aut gradus prætextu potest excusari; quia ad Beneficium Curatum obtinendum examen omnino necessarium est iuxta sacri sancti Concilij Tridentini decreta *sess.* 24. *cap.* 18. & *sess.* 25. *cap.* 9. & *sess.* 7.

ſeſſ.7.cap.13.de reformat. Barboſa *de Officio Parochi,cap.2.nu.20. & in remiſ.ad Concil.d.ſeſſ.24 ca.18.* Mendo *in Bull.Cruciat.diſp.22.ex cap.2.& de iure Academico,libr.2. q.7.& de Ordin.Milit.diſq.11. q.1.ex num.9.* D. Solorzano *in Polit.Ind.lib.4.cap.17.* Gonçalez *in Reg.8.Chancell.gloſſ.4.n.90.*

5 Quod ſi præſentatus non fuerit Frater Religionis præcedentibus informationibus, & alijs requiſitis debet admitti, vt ex ſtatutis *tit 2. num.29.& 30.* dictum eſt ſupra *diſcept.4.de Qualitate Capellanorum cap.1.n.8.* in quo animadvertendũ eſt, quod proviſi tàm de curatis, quàm non curatis Beneficijs Militum S. Ioannis Hieroſolymitani, cenſentur illis privati, ſi intra ſex menſes Habitum non ſuſcipiant.

6 Pius IV. *in. d. conſt.* 9 & Gregor. XIII *d. conſt* 60 *incip. Quo magis* 23.*Martij* 1580.*apud Cherub.tomo 2.pag.* 329. Barboſa *in ſumm. Apoſtol.deciſ.collect.*618.*nu.*4. Carol. Marantа *reſp.*82.*nu* 46. *& 47. p.*4 quamquam in Senatu Pariſienſi oportere præcedere profeſsionẽ iudicatũ fuiſſe teſtetur Petrus Gre-

7 gorius, quem refert, & impugnat Rodericus. *d.q.*34.*art.*3. cum ſufficiat,quod prædicti Capellani Habitum ſuſcipiant, & ad Ordinem admittantur,vt Eccleſijs inſerviãt, degentes ibi tempore novitiatus, & exercentes munus ſuum, quo tranſacto profeſsionem emittunt coram Religioſo ab Aſſemblea deputato.Mendo *diſq.*3.*q.*1.*nu.*2. & probatur ex Concilio Tridentino *ſeſs.*14.*cap.*10.ibi: *Regularia Beneficia in titulum Regularibus profeſſis provideri conſueta, ſi per obitum, vel reſignationem, vel aliàs illa in titulum obtinentis vacare contigerit, Religioſis tantùm illius Ordinis, vel his,qui Habitum ominо ſuſcipere, & profeſsionẽ emittere teneantur, & non alijs,* notat Vivianus *de iure Patronat part.2. lib.6.cap.*1.*n.*14.*&* 15.

Hi autem Fratres admittendi, ſi 8 Beneficium non ſit congruæ ſuſtentationis, non debent approbari per Capitulum Provinciale,ſeu Aſſembleam, niſi cum aſsignatione victus, veſtitus,& habitationis,ita ſtatuta *tit.*2 *n.*30. quia regulariter ſalarium conſtitui debet Servientibus Eccleſias Parochiales Monaſterijs vnitas.Rodericus.*d.q.*36.*nu-* 9 *mer.*30. Lotterius *de re Benef.lib.* 2.*q.*12.*n.*19. & in Concilio Tridẽtino *ſeſſ.7.de Reformat.cap.*7. & *ſeſs.vlt.de Reformat.cap.*16. imponitur Ordinarijs dicta Beneficia viſitantibus, vt per idoneos Vicarios perpetuos, ſi opus fuerit, provideantur ab eis cum tertia parte fructuum, aut maiori, vel minori, arbitrio ipſorum Ordinariorum, portione etiam ſupercerta aſsignãda, ibidem deputandos, non obſtãtibus quibuſcumque privilegijs.

Ijs verò Parochis, qui vulgò 10 Priores dicuntur, pertinent de iure Primitiæ propter ſacramentorũ adminiſtrationem. Sanct. Thomas 2.2.*q.*85.*art.*3. Suarez *tom.*1.*de Relig.lib.*8.*c.*3.Bonacina *tom.*2.*de præcept.Eccleſ.diſp.vlt punct.vlt. num.*3. niſi adſit contraria conſuetudo: item & oblationes, quæ fiunt ſuper defunctorum ſepulchra, & 11 quę propter officia quævis eccleſiaſtica Parochis debentur, & ſolvuntur. *Cap.ad audientiam, de eccleſ. ædificand.Clement.dudum de ſepultur.* Rodericus.*d.q.*36.*art.*7. Mẽdo *diſq.*10.*q.*5.*num.*37. quibus autem obligationibus pręſtringantur hi Clerici Fratres Militiarum, qui Parochi ſunt, agit Mẽdo *diſq.* 12 11.*q.*5.*&* 6 & eis conveniunt elaborata à Barboſa *in tract.de Offic. Parochi.*

CA-

CAPVT II.

AN FRATRES HIEROSOLYMITANI ad Beneficia Sæcularia, & Pensiones, admitti possint sine Apostolica Dispensatione; & de Iacobais Fratribus; & de Pensionario Hierosolymitano.

SVMMARIVM.

BEneficia Regularia Regularibus, Sæcularia Sæcularibus sunt conferenda. 1.

Pij V. Motus, quo Fratribus Militaribus prohibuit Beneficia Ecclesiastica Sæcularia obtinere, refertur. 2.

Milites Regulares S. Iacobi de Spatha non emittentes tria vota capaces sunt Beneficiorum Sæcularium. 3. & 29.

Sacerdos adscriptus Ecclesiæ receptitiæ, si fiat Miles Capellanus Hierosolymitanus, non potest prætendere fructus Ecclesiæ receptitiæ. 4.

Beneficia Sæcularia vacant per professionem in Religione. 5.

Pensiones extinguuntur per professionem. 6. & 15.

Beneficia Curata non possunt Regulares sine Apostolica Dispensatione obtinere. 7. & 8. *contra.* 21. & 22.

Beneficiorum Sæcularium, & Pensionum incapaces sunt Equites S. Ioannis. 9. 10. 11. & 12. *contra* 23.

Pensio reservata alteri ad commoditatem tamen Equitis Hierosolymitani non tenet. 13.

Pensionis reservatio valida est, si in eius literis expressum fuerit, ipsum reservaturum esse Equitem Hierosolymitanum. 14.

Beneficia Sæcularia non vacant per professionem Equitum Militarium S. Iacobi, Calatravæ, & Alcantaræ, secus per professionem in Ordine S. Ioannis. 16.

Hierosolymitani Regularium nomine in odiosis non comprehenduntur. 17.

Odiosæ dicuntur dispositiones, quæ privant aliquare. 18.

Hierosolymitani privilegijs Clericorum gaudent, & Capellani non differunt à Clericis nisi quo ad gestationem Crucis. 19.

Hierosolymitani Paupertatem strictam non servant. 20.

Pensio non est Beneficium Ecclesiasticum. 24.

Beneficium prohibitus obtinere, non prohibetur habere Pensionem. 25.

Beneficia Sæcularia posse obtinere Hierosolymitanos absque Dispensatione probabilis est opinio ab authoritate extrinseca. 26. *item, & Canonicos Regulares, & Fratres Iacobæos.* 27. 28.

Beneficia Sæcularia conferri possunt Hierosolymitanis Novitijs. 30.

Confratres S. Ioannis non amittunt Beneficia Sæcularia per admissionem in Ordine. 31.

Pensionarius Hierosolymitanus non tenetur persolvere officiũ Beatæ Virginis. 32.

BEneficia Ecclesiastica Sæcularia alia sunt simplicia, alia curata, & de singulis procedit dubium, vtrùm sine Apostolica Dispensatione à Hierosolymitanis 1

pos-

poſsint obtineri. Et pars negativa probatur primò ex eo, quod Beneficia Regularia Regularibus, Sæcularia Sæcularibus ſunt conferenda. *Cap. cum ſingula. §. prohibemus de Præbend. lib. 6. Cap. cum de Beneficio, eod tit. Clement. 1. de elect. Clement. 1. de ſupplend. neglig. Prælat. Concil. Trident. ſeſſ. 14. de reformat. cap. 10.*

2 Probatur ſecundò, ex motu proprio Pij V. expedito anno 1568. in quo ait: *Sed nec vlli Milites, aut Fratres etiam ſimplices Clerici, vel Presbyteri, prætextu huiuſmodi diſpenſationum, & gratiarum, aliqua ſimplicia, aut alia Beneficia Eccleſiaſtica Sæcularia, aut aliorũ Ordinum Regularia, etiam nullum omnino onus, aut ſervitium habentia, vt præſtimonia, deinceps recipere, & retinere poſſint.*

3 Probatur tertio, ex declaratione ſacræ Congregationis Concilij *die 10. Novemb. anno 1609.* ibi: *Milites Regulares Militiæ S. Iacobi de Spatha, alioſque huiuſmodi non emittentes tria vota ſubſtantialia, videlicèt Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ, non eſſe incapaces Beneficiorum Sæcularium, ſive ſimplicium, ſive curatorum.* Ergo à cõtrario ſenſu Hieroſolymitani, qui tria vota ſubſtantialia emittunt, incapaces ſunt omnium Beneficiorũ Sæcularium. Afferunt declarationẽ Barboſa *in ſumm. Apoſt. deciſ. collect. 61. n. 20. & in Concil. Trident. ſeſſ. 13. cap. 11. num. 9. & de Poteſt. Epiſ. allegat. 57. nu. 174. & de iur. Eccleſ. lib 3. cap. 7 num. 22.* Nicol. Garcia *de Beneficijs in addit. 1. p. cap. 4. n. 23.* Valenzuela *conſ. 115. num. 13.* Vivianus *de iure Patronat. p. 2. lib. 6. cap. 1. n. 18.* Thomas Hurtado *de congrua. 1. p. lib. 2. reſol. 4. n. 749.*

4 Probatur quartò, ex alia declaratione, quæ continet, *Sacerdotem adſcriptum Eccleſiæ receptitiæ, ſi fiat Miles Capellanus Hieroſolymitanus, ſeu alterius Militiæ, non poſſe prætendere fructus Eccleſiæ receptitiæ, quia reputatur Regularis, qui non eſt capax Beneficiorum Sæcularium.* Aldana *in compend. canon. reſolut. lib. 2. tit. 5. n. 12.* vbi aſſerit ſic fuiſſe reſolutum ſub die 17. Martij 1619. Barboſa *in collect. ad Concil. ſeſſ. 13. cap. 11. n. 10.*

Probatur quintò, quia Beneficia 5
Sæcularia vacant per profeſſionem in Religione. *Cap. Beneficium, de Regularib. lib. 6.* Nicol. Garcia *parte 11. cap. 9 ex num. 1.* Thomas Sanchez *de Matrimonio, lib. 9. diſp. 33. num. 19.* Barboſa *de Pot. Epiſ. allegat. 57. nu. 208.* Imò, & Penſiones 6
extinguuntur. Gigas *de Penſionib. quæſt. 57.* Guid. bonus *deciſ. 138.* Caputaquenſis *deciſ. 223 p. 2.* Veral. *deciſ. 223 p. 2.* Anton. de Marinis *reſolut. 60. n. 9.* D. Salgado *de Reg. Protect. p. 4. cap. 9. n. 45.*

Probatur ſexto, quantum ad Be- 7
neficia curata ex declaratione ſacræ Congregationis Concilij, cuius verba hęc ſunt: *Sanctiſſimus Dominus noſter Gregorius XIII. noluit licere Canonicis Regularibus, etiam de licentia ſui Generalis, abſque permiſſu Summi Pontificis, aſſumere Curam animarum etiam ad tempus, multoque minus Beneficium Curatum.* Et ex alia declaratione, quæ ita eſt: *Canonici Regulares nõ obſtante. Cap. quod Dei timorem, non admittuntur ad Curam Parochialium Eccleſiarum abſque Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione,* ex quibus Regulares nulli etiam Ca- 8
nonici poſſunt ſine Diſpenſatione Apoſtolica Beneficia Curata, nec in perpetuum, nec ad tempus habere. Quarãta *in ſumm. Bullar. verb. Canonicus Regularis.* Gonçalez *in Reg.* 8.

Reg.8 Chancell.gloss.7.n.53 Thomas Sanchez *in Præcept. Decal. lib.7.cap.29.n.71.* Barbosa *in collect.ad Concil.sess.13.ca.11.n.6.& de iur.Eccles.lib.3.ca.4.n.80.& in summ.Apostol.collect.102.n.9.* Lezana *in summ.tom.2.cap.2.nu.12.* Miranda *in Manuali,tom.1.q.32. art.5.* Marius Anton. *var.lib.1.resol.20.nu.13.* Laurentius de Franchis *de controvers.int.Epis.& Regul.in quæst.var.q.86.* Tondutus *quæst.& resolut.Benef.tom.1.cap. 80.num.14.& 15.* Carol. Maranta *resp.89.p.4.ex num 35.*

9 Et ex his ita tenent Navarr. *lib.3. cons.tit.de Regularib.in.1.edit. cons.27.n.9.in solut.ad.2.& in.2. edit.cons.10.n.9.ead.solut.ad.2.* vbi clarè supponit, Commendatarios S. Iacobi, Alcantarę, Calatravæ, & D. Ioannis esse incapaces Beneficij Sæcularis, & Pensioni, sicut alios Religiosos. Idem tenent Mandosius *in signatura gratiæ,tit.Dispens.Monach pro obtinend.Benef. in fine.* Gambara *de officio, & Potestate legati, lib.6.n.244.* qui inquit, hac re discusa in Rota maiorem partem in ea fuisse sententia, vt Equites D. Ioannis sint Pensionis incapaces. Idem firmat Gonçalez

10 *in Reg.8.Chancell.gloss.8.num.* 42. vbi citat Lambertinum *de iur. Patr.2.p.lib.1.q.7 art.4.& 5.* sed melius idem Gonçalez *num.65.* vbi ex Mandosio inquit, quod licèt Monachis dabatur dispensatio ad obtinendum vnum Beneficium Sæculare Curatum, tamen Fratribus S. Ioannis Hierosolymitani, & Sancti Iacobi de Spatha, & Religiosis Ordinis Beatæ Mariæ Theutonicorum, & Canonicis Monasterij S. Antonij Vienensis Diœcesis, & Mébrorum Ordin. S. August. nunquā dabatur, nec datur talis dispensatio, & sic isti non sunt melioris, sed deterioris conditionis. Rodericus *tom.1.q.Regul.q.34.art.5.circa fin.* vbi quod Fratribus S. Ioannis Hierosolymitani, & S. Iacobi de Spatha Militiarū, & Religiosis Ordinis Beatæ Mariæ Theutonicorū, nec dabatur, nec datur dispensatio ad obtinendum Beneficium Sęculare. Alphonsus Hojeda *de incompatibil.Benef.1.p.cap.24.num.105.* 11 vbi quod Beneficia Commendatariorum S. Iacobi, Calatravæ, Alcātaræ, & S. Ioannis, quæ eis sunt cōcedi solita, alijs alterius professionis nullatenus conferri poterit, *Neque etiam Commendatarij ipsi ad Beneficia Sæcularia admittu fas erit, cū sint Religiosi, ac Canonicorum Regularium Regulam teneāt.* Nicol. Garcia *de Benef.1.p.cap.4. num.22.& p.7 cap.10.n.9.* Vivianus *vbi sup.d.cap.1 n.14* Novarius *de elect.for.sect.2.q.69.nu.7.in.3. impress ann.1656.*

Et quod sint incapaces Pensio- 12 nis super Beneficio Sęculari, sicut ipsius met Beneficij, prout cæteri Regulares existunt, communis est opinio. Gigas *de Pensionib. q.57. num.5.* Gamb. *de off.leg.lib.6 tit.de Pensio.n.262.* Rota apud Marchesan. *de comiss.p.1.§.1.fol.261.* vbi id extendit, etiam si reservetur alteri, ad commoditatem tamē Equi- 13 tis Hierosolymitani. Lotter. *de re Benef.lib.1.q.36.nu.28.* Sperellus *decis.21.n.67.vbi.n.68 post Gamb. lib.6.n.259.* & alios subdit, reservationem Pensionis esse validam, si in eius literis expressum fuerit ipsum reservaturum esse Equitem Hierosolymitanum, quia stante hac 14 narrativa Papa reservando Pensionem censetur dispensare. Barbosa *de iur.Eccles.lib.3.cap.7.num.52.* Cotradus *in prax. dispensat.Apostolicar.lib.6 cap.3.n.29.* Tondutus *quæst.& resolut.Benef.1.tom.p.3.*

cap.

cap.196 nu.15. vbi quod Religioſi Hieroſolymitani obtinere non poſſunt Penſiones, niſi fuerint diſpenſati; quemadmodum enim morte expirant Penſiones, ſic profeſſione, 15 quæ eſt mors ciuilis. Gig. *de Penſion.q 99.n.14.* Tondutus.*n.10.*

16 Eandem reſolutionem in terminis Ordinis S. Ioannis cum exceptione aliarum Militiarum tenet Caſtrus Palaus *tom.2.tract.13. diſ.6. pun.2.§.7.nu.2.* vbi inquit, quod Officia, & Beneficia Sæcularia quāvis regulariter vacant per profeſsionem. *Cap. Beneficium, de Regularib.in.6.* non tamen vacant per profeſsionem Equitum Militarium Alcantarę, Sancti Iacobi, & Calatravæ, ſecus per profeſsionem in Ordine Hieroſolymitano. Sequitur idem Hieronymus Garcia *in Polit.Regal.1.p.tr.2.dif.6.dud.7. num.1.* & quod Penſio non extinguatur per profeſsionem in Ordine Militari S. Stephani deciſum fuit à Rota *Tiraſonenſis Penſionis coram Seraphino, deciſ.121 & apud Bordonum poſt tractatum de profeſſione, deciſ.6.*

17 Cœterū pars affirmativa, & quod Fratres Hieroſolymitani capaces ſint Beneficiorum Sæcularium ſine Apoſtolica Diſpenſatione probatur primò, quia Regularium nomine in odioſis non comprehenduntur. Aragon *in D.Thom.2.2.q.88. art.1.ad vlt.* Azor *inſt.Mor.1.p. lib.13.cap.3.q.3. in fin.* Rodericus *quæſt.Regul.tom.1.q.1.art.6.* Lezana *tom.2.c.5.n.17.* cum alijs citatis *ſupra diſcept.6.cap.2.n.17.* Ergo diſpoſitiones, quę religioſis Beneficia Sæcularia denegant, non ſunt intelligendæ de Hieroſolymitanis; odiolæ enim dicuntur, quæ 18 privant aliqua re. Rodericus *tom.1. q.11.art.6.* Mendo *de Ordin.Milit.diſq.11.q.4.n.79.*

Probatur ſecundo, quia Fratres 19 Capellani Hieroſolymitani à Præſbyteris, ſeu Clericis Sæcularibus niſi quo ad geſtationem Crucis nō differunt. Pius IV. *in conſt.9.incip. Circunſpecta, Kalend.Iulij.1560. apud Cherub.tom.2.fol.9.* Azor *vbi ſup.q.3.* Giurba *conſ.21.num.3.* & de Equitibus Hieroſolymitanis notat idem Sperell. *deciſ.21.n.32.* vbi quod privilegijs Clericorum Sæcularium gaudent. Carol. de Tapia *in Auth.ingreſſi, cap.34.* Lotterius *de re Benef.lib.1 q.36. nu.23.* Giurba *d.n.3.* Greg.XIII. *conſt.60. incip. Quo magis.23.Martij 1580. apud Cherub.tom.2 p.329.*

Probatur tertio, quia Fratres 20 Hieroſolymitani habent dominiū rerum ſuarum, vel ad minus vſumfructum, & liberam adminiſtrationem cum facultate alienandi mobilia, & acquirendi quæcumque bona etiam iuriſdictionalia, vt probatur ſupra *diſcept.9.* Ergo etiam poterunt habere Beneficia Sæcularia, & Penſiones, cum non ſervent ſtrictam paupertatem, & proprios reditus detineant, & in hoc videantur viuere vt Sæculares, & vt alij Militiarum Regulares, qui capaces ſunt Beneficiorum Sæcularium, eo quod ſtrictè non ſervant tria vota eſſentialia religionis.

Quarto quantum ad Beneficia 21 Curata probatur, quia de iure communi Regulares ad Beneficia Curata poſſunt promoveri. *Cap. quod Dei timorem, de ſtat.Monach.* Rodericus *tom.1.q.34.art.4.* Thomas Sanchez *in Præcept.Decal.lib.7. cap.29.n.35.* Gonçalez *in Reg.8. Chancell.gloſ.8.n.49.* Leſsius *de iuſt.& iur.lib.2.cap.41.dub.12.numer.98.* quod etiam hodie videtur probari ex deciſione Rotæ in vna Papienſi iuris Patronatus die 6. 22 Martij anno 1598. ibi: *Beneficium*

Sæ-

Sæculare non posse conferri Canonico Regulari sine Apostolica Dispensatione, nisi sit Parochiale. Garcia *de Benef. p. 7. cap. 10. n. 28. & in addit. ad cap 4. lib. 1. n. 24.* D. Vrtigoyti *in Pastorali Regular. p. 2. q. 22.* Gab. Pennoto *lib. 2. Histor. Tripart. Canon. Regul. cap. 72.* Tãburinus *de iure Abbat. tom. 3. disp. 9. q. 8. à num. 10.*

23 Ex quibus hanc opinionem fauore Hierosolymitanorum, quod possint Beneficia Sæcularia, & Pensiones obtinere sine Apostolica Dispensatione; grauissimi tenent Doctores Thomas Sanchez *in Præcept. Decal. lib. 7. cap. 29. nu. 103.* Lezana *tom. 2. cap. 5. n. 43.* Pellizarius *in Manuali Regular. tom. 2. tra. 8. cap. 6. n. 243.* Cetar de Graffis *decis. 47. de probat. q. 1. n. 11. & seq.* D. Valenzuela Velazquez *cons. 115. n. 13.* & loquens de Militibus S. Ioannis, & de Pensione docet *Gambar. de offic. legat. lib. 6. n. 269.* & Azor. 1. *tom. lib. 13. cap. 3 q. 2. ad fin.* ait, eos qui tria vota substantialia Religionis emittunt, sed paupertatis ita laxæ, vt iuxta suæ Regulæ professionem proprium habere possint, capaces esse Beneficij Sæcularis, & Pensionis.

24 Quod quantum ad Pensionem comprobatur ex eo, quod Pensio Beneficium Ecclesiasticum nó est. *Cap. quamvis el. 1. de Præbend. Cap. ad audientiam. 2. de rescript.* Gig. *de Pensionib. q. 28.* Gonçalez qui benè probat *in Reg. 8. Chancell. gloss. 5. §. 5.* Hojeda *de incompatibilit. Benef. 2. p. cap. 7. n. 4. cum seqq.* Garcia *de Benef. 1. p. capit. 5.* Barbosa *de iur. Eccles. lib. 3. c. 11. ex num. 8.* Tondutus *quæst. Benef. tom. 1 p. 2 cap. 1 §. 4. vbi num. 2.* inter discrimina Pensionis, & Bene-

25 ficij, quę latè scripsit, notat vnum esse, quod qui prohibitus est habere Beneficium, non prohibetur obtinere Pensionem. Graff. *de effectib. Clericat. eff 1. n. 1215.* vnde facilius poterunt eam Hierosolymitani obtinere, vt volunt Doctores relati *num. 23.*

Ex his opinionibus prima proba- 26
bilior est, secunda autem quantum ad Beneficia Curata probabilis, quo ad reliqua verò Beneficia Sæcularia, & Pensiones, speculativè, & ab authoritate extrinseca Doctorum probabilis etiam; quia Canonicos Regulares Ecclesię del Burgo posse habere Beneficia Sæcularia sine Dispensatione, voluit Garcia *de* 27
Beneficijs. p. 7. cap 4. n. 24. item de Fratribus Iacobęis voluit idé Episcopus D. Franciscus de Ocampo in responsione ad quæstionem, an Clerici Fratres Ordinum Militarium de licentia suorum Superiorũ possint obtinere quaslibet Præbendas, & Beneficia Sæcularia abs- 28
que Dispensatione Pontificis, vbi resolvit affirmativè pro Fratribus Clericis sui Ordinis Iacobæi; & ita concludit Mendo *de Ordin. Milit. disq. 11. q. 4. vbi num. 81.* asserit, quod rebus sic stantibus non posse ad praxim deduci, quod Fratres Clerici cuiuslibet Militiæ Beneficia Sæcularia absque Apostolica dispensatione obtineant.

Ex his clarè patet, Equites Iaco- 29
bæos, qui tria vota non emittunt, posse obtinere Beneficia Sæcularia sine Dispensatione, vt de facto cõsului, & obtinui in controversia cuiusdam Beneficij, quia licèt de iure propter Motum Pij V. fuisset difficile, tamen dispositio Pij V. fuit postmodum reformata, & quo ad Milites Militiarum, qui non emittunt tria vota, abijt in desuetudinẽ, & hodie obtinere valent Beneficia Sęcularia, vt animaduertit Mendo *disq. 11 q. 3. n. 43.* & fuit declaratũ

à ſacra Congregatione, vt refertur Nicolaus Garcia, Valençuela Velazquez, Barboſa, Vivianus, & Thomas Hurtado citati; nec per profeſſionem in Ordine Iacobæo vacant Beneficia Sæcularia ad differentiã profeſſionis in Ordine Heroſolymitano, qua vacare dicuntur omnia Beneficia Sæcularia, vt reſolvunt Caſtrus Palaus, & Hieronymus Garcia relati.

30 Vndè ſi Fratres profeſsionem exp'icitam non f. ciant, retinere poterunt Beneficia Sæcularia; quinimò poterunt eijs de novo conferri, quamvis novitij ſint, quia vſque ad profeſsionem in habilitas nõ datur. *Cap. Beneficium, de Regularib. lib. 6.* & ingrediendo quis Religionem non debet fieri deterior eius conditio, qua erat capax Beneficij. Riccius *p. 4. reſol. 248. num. 2.* Barboſa *in collect. ad cap. nullus 28. de elect. in 6. n. 4.* Lotterius *de re Benef. lib. 3. q. 26. ex numer. 9.* Sanchez *lib. 7. cap. 4. nu. 22.* Garcia *de Benef. p. 7. c. 10. n. 5.* Molfeſius *in ſumm. tract. 6. c. 12. n. 18.* Ceſpedes *de exempt. Regul. dub 36.* Pellizar. *in Man. Regul. 1. tom. tra. 2. cap 8. n. 5.* latè Bordonus *de profeſſione Regulari, cap. 12. q. 21.* vbi benè ſatisfacit ad Gloſſ. *in. d. cap. Beneficium, verbo, Conferendum.*

31 Item, & oblati, ſeu Confratres del Thao Beneficia Eccleſiaſtica non amittunt, quia is, qui Monaſterium fuit ingreſſus, non vt Monachus, ſed vt oblatus recipiatur, Beneficia Eccleſiaſtica, quæ antea habebat, non amittit. Staphil. *de liter. grat. & iuſt. tit. de var. mod. vacat. n. 101. pag. 61.* quem refert Covarrub *in cap. alma mater. §. 2. p. 2. n. 8.* Narbona *in. l. 8. tit. 5. lib. 1. Recop. gloſ. vnic. n. 27.*

32 Si autem aliquis Clericus Penſionarius efficiatur Ordinis Hieroſolymitani cum facultate retinendi Penſionem, teneatur perſolvere Officium Beatæ Virginis iuxta Pij V. conſtitutionem, dubium eſt; & affirmativè contra Bonacinam tenet Baldellus *in Theolog. Moral. tom. 2. lib. 3. diſp. 29. nu. 7.* ſed contrarium tenent plures apud Dianã *part. 10. tra. 16. reſol. 95. q. 3.* quia Pius V. obligavit ad officium eos, qui ad aliam orationem ratione ſtatus non ſunt adſtricti: Hieroſolymitani autem habent recitare Orationes ſu Ordinis p ęſcriptas, & ita de illis non loquitur Piana conſtitutio. Idemque erit, ſi poſtquam Habitum quis ſuſcepit, ei Penſio conferatur, eadem enim eſt ratio. Mendo *de Ordin. Milit. diſq. 13. quæſt. 2. num. 28.*

CAPVT III.

DE CAPELLANIIS ſitis in Eccleſijs, & Territorio Hieroſolymitanorum, an poſſint à Fratribus eius Ordinis obtineri; & quid in Capellanijs de Parentela in Eccleſijs Sæcularibus fundatis; & de Patronatibus.

SVMMARIVM.

CApellaniæ ſunt Beneficia Eccleſiaſtica. 1.

Capellanias erectas in Eccleſijs Ordinum Militarium poſſunt obtinere Regulares Militares. 3.

Capellaniæ fundatæ in Eccleſijs Militaribus ratione territorij ſunt ſubiectæ Prælatis Militaribus.

bus. 4. & præsumuntur Regulares. 5. 6. & 7.

Ad Beneficia Curata difficilius est, quàm ad Capellanias promoveri. 8.

Capellanias de Parentela in Ecclesijs Sæcularibus fundatas non possunt obtinere Hierosolymitani consanguinei sine Dispensatione. 9. contra. 10.

Capellaniæ de Parentela in Hispania non sunt Beneficia Ecclesiastica. 11.

Ætas quatuordecim annorum non requiritur ad Capellanias de Parentela obtinendas. 12.

Capellania fundata authoritate Episcopi non est propriè Beneficiũ. 13.

Consanguinei etiam in fundatione Capellaniæ non vocati ex præsumpta voluntate extraneis præferuntur. 14

Consanguineus fundatoris Sacerdotibus etiam in actu est præferendus. 15.

Consanguineus in minoribus Ordinibus constitutus præfertur in Capellania Sacerdoti extraneo á Patrono præsentato. 16.

Consanguinei proximiores vocati in Capellania succedunt iure sanguinis ad instar Maioratuum. 17.

Patronatuum Laicorum successio regulatur per regulas Maioratus. 18.

Clerici in Patronatu Laicorum succedunt. 19.

Regulares ad Patronatus Laicorum admittuntur. 20.

Regulares sub nomine Clericorũ in favorabilibus comprehenduntur. 21.

Clericus dicitur à Cleros Græcé, quod Latinè sors dicitur. 22.

Clerici sub nomine Regularium in favorabilibus continentur. 23.

Hierosolymitani, & quicumque Regulares succedunt in Patronatibus Laicorum. 24.

Repræsentatio datur in successione Patronatus Laicorum. 25.

Patronum ad inopiam redactũ Ecclesia tenetur de alimentis honestis providere. 26.

Patronum Equitem Hierosolymitanum ipsa Religio alere debet. 27.

AN possint Fratres Militares, Capellanias in suis Ecclesijs, & Ordinis territorio fundatas à Sæcularibus, obtinere, difficultas est iam diù vẽtilata, quã latè, & doctè quidem scripsit Mendo *de Ordinib. Milit. disq. 11. q. 3.* & pro parte negativa facit primo, quod Capellaniæ sunt Beneficia, vt resolvunt Cevallos *q. 693. n. 19.* Garcia *de Benef. 1 p. c. 6 à num. 39.* Beneficia autem Sæcularia non possunt obtineri à Regularibus, imò vacant per professionem. *Cap. Beneficium, de Regularib. lib. 6.* ½

Secũdo facit, Motus Pij V. ann. 1568. quo Fratribus Militaribus prohibetur, vt ad Beneficia Ecclesiastica Sæcularia possint promoveri: necnon declaratio sacræ Congregationis, quæ idem prohibuit in Militibus Fratribus emittentibus omnia tria vota substantialia Religionis; cuius verba Motus, & declarationis scripta sunt supra capite antecedenti. ½

Verùm his non obstantibus contraria opinio certa est, & pluribus fundamentis probatur à Mendo *ex num. 19.* eamque tenuit Rodericus *tom. 1. quæst. Regul. q. 34. art. 3* etenim omnes Ecclesiæ sitę intra territorium proprium Ordinum Militarium, sunt ipsis subiectæ, & consequenter Regulares, & omnia Beneficia, & Capellaniæ in eis sitæ pariter sunt Regulares: indeque Fra- ½

tribus Militaribus poſſunt conferri. Sicut enim rectè Epiſcopi fundant intentionem in eo, quod Eccleſię ſint intra territorium ſuum extructæ, vt eis ſubjiciantur, & præ-
4 ſumantur Sæculares. *Capit. omnes Baſilicæ.* 16 *q.* 3. ita ius Ordinum Militarium rectè fundatur in continentia Eccleſiarum in proprio territorio; quę doctrina traditur ab Archidiacono *in cap.* 1. *ne Clerici, vel Monachi.* Rebuffus, Maſcardus, Rodericus, Gevallos, Hojeda, Lambertinus, Mandoſius, Nicolaus Garcia, & Gonçalez relati à Mend. *num.* 21. vbi etiam firmat *ex l.* 25 *tit* 7 *part.* 1. ibi: *Mas ſi las Igleſias fueſſen quietamente de los Monaſterios cõ todos ſus derechos, bien los pueden poner ſus Mayorales, ſin otorgamiento de los Obiſpos; y los Monges que deſta manera fueſſen pueſtos en las Igleſias Parrochiales, pueden predicar en ellas, y bautizar, y fazer todas las otras coſas que pueden fazer los otros Clerigos de Miſſa, Seglares, en las Igleſias que tienen.*

5 Et Capellanias fundatas in Eccleſijs Regularibus eſſe Regulares tenuit Rota *deciſ.* 15 *ſub tit. de iure Patronat.* & Garcia *de Benef.* 1 *p. c.* 2. *n.* 67 vbi quod ad probandum, quod Beneficium ſit Regulare, ſufficit, quod ſit fundatum in Eccleſia Regulari. Thomas Sánchez *in Præcept. Decal. lib.* 2. *ca* 29. *numer.* 27. Barboſa *de iur. Eccleſ. lib.* 3 *c.* 5. *n.* 14 argum. *l. Minicius.* 61. *ff. de rei vindicat.* ibi: *Nam proprietas totius navis Carinæ cauſam ſequitur. l.* 3. *ff. de diverſ. temporal. præſcript.* ibi: *Longæ poſſeſſionis præſcriptionem, tàm in prædijs, quàm in mancipijs locum habere manifeſtum eſt.* Nec inhabiles cenſentur ad eas Capellanias Clerici Fratres, cum in illis expreſſa prohibitio non detur, & præſumptio ratione territorij ſtet pro habilitate.

Neque obſtant in contrarium 6
tradita: non primum, quia licèt Capellania ſit Beneficium Eccleſiaſticum, ſi eſt fundatum in Eccleſia Regulari, cenſetur Regulare, ſi in Sæculari, Sæculare; & ita licèt per profeſsionem Beneficia Sæcularia vacent, non vacare Capellanias fundatas in Eccleſijs Religionis Sancti Ioannis, ſi Capellanus Habitum ſuſcipiat, & in Ordine profiteatur, certum eſt; quia ſi poſt profeſsionẽ poteſt Capellanias de novo obtinere, multo magis obtentas conſervare.

Ad Motum Pij V. reſpondetur 7
non loqui de Beneficijs Eccleſiaſticis Regularibus proprij Ordinis, ſed de Sęcularibus, & Regularibus alterius Ordinis iuxta decretum Concilij. Capellaniæ autem ſitæ in Eccleſia Regulari præſumuntur Regulares, & ideò Regularibus Militaribus conferri poſſunt. Declaratio autem Concilij loquitur de Beneficijs Sæcularibus, de quibus capaces ſunt Milites Sancti Iacobi, eò quod non emittunt tria vota ſubſtantialia Religionis, & ex hoc tantùm ſequitur, quod cum Milites S. Ioannis emittant tria vota, incapaces ſint Beneficiorum Sæcularium; ſed non deciditur Capellanias eſſe Beneficia Sæcularia: nam quæ ſita ſunt in Eccleſijs Regularibus cenſentur Regularia. Et quemadmodũ 8
Militares Regulares S. Ioannis obtinent Beneficia curata, & ſunt Parochi in ſuis Eccleſijs, debent etiã Capellanias obtinere, cum difficilius ſit ad illa, quàm ad has promoveri, & de vno ad alterum valeat argumentum. Flaminius Pariſius *de reſignat. Benef. lib.* 4 *q.* 11. *n.* 46.

Sed an admittantur Fratres Hie- 9
roſolymitani ad Capellanias ſitas in Eccle-

Ecclesijs Sæcularibus, quando vocati sunt consanguinei fundatorũ, maior est difficultas; nam esse Beneficia Ecclesiastica Capellanias, cõmunis, & vera est opinio, fore autẽ Sæcularia non est dubium, cum fundatæ, seu erectę sint in Ecclesijs Sęcularibus; & ita sine Dispensatione non posse obtineri videtur: quia licèt Fratres consanguinei sint, incapaces existunt Beneficiorum Sæcularium, & quęlibet dispositio intelligitur de habili. *l.* 1. *vbi Gloss. & DD. C. de sacrof. Eccles.*

10 Sed nihilominus in Capellanijs de Parentela contrariũ censeo; quia cum fundentur sine Episcopi, vel alterius superioris authoritate, sed tantum à fundatore, qui consanguineos ad successionem vocavit, propriè hæc Capellaniæ non sunt Beneficia Ecclesiastica, sed bona laicalia affecta oneri Missarum, vt in Capellanijs, quæ in Hispaniarum Regnis fundantur, agnovit Gonçalez *in Reg.* 8. *Chancell glos.* 5. *à numer.* 20. Moneta *de Decimis. q.* 9. *num.* 21. Garcia *de Benef. p.* 1. *ca.* 2. *nu.* 95. & 102. Barb. *de Pot. Episc.* 3 *p. alleg.* 57. *n.* 142. & *de iur. Eccles. lib.* 3 *cap.* 5. *n.* 3. Navar. *cons.* 2. *de Præb. in noviss.*

11

12 Vndè in his Capellanijs non requiritur ætas quatuordecim annorum requisita ad obtinendum Beneficium Ecclesiasticum, vt declaravit sacra Congregatio Concilij, & refert Rota *decis.* 482. *in fin.* 1 *p. divers.* Gonçal. *d. glos.* 5. *n.* 27. Barbos. *in collect. ad Concil. Trident. sess.* 23. *cap.* 6. *n.* 3. & *dict. cap.* 5. *n.* 3. Nar-

13 bona *de ætate anno.* 1 *q.* 15. Quinimo Capellaniam fundatam etiã authoritate Episcopi non esse propriè Beneficium tenuit Navar. *cõs.* 5. *de Præbend. & cons.* 8. *de iure Patronat. n.* 8: ex quo satis infertur Hierosolymitanos consanguineos fundatorum admittendos esse ad huiusmodi Capellas ex dispositione, & voluntate expressa fundationum, sicut admittuntur ad feuda, fideicommissa, & Maioratus, & reliquas hominis dispositiones vbi consanguinei vocati sunt. Tanta ergo est vis coniunctionis, & sanguinis in his dispositionibus, & Capellis erigendis, vt etiam si vocati non sint consanguinei ex præsumpta, & tacita voluntate extraneis sunt 14 præferendi. *l. cum avus. ff. de condit. & demonstrat. l. cum acutissimi. C. de fideicommiss.* Covalos *quæst.* 265. *n.* 4. & *q.* 698. *n.* 1 & *in Addit. n.* 5. & *q* 693. *n.* 12. Vbi inquit, consanguineum testatoris Sa- 15 cerdotibus etiam in actu esse præferendum, cum certissimum sit, quod si interrogaretur testator, diceret quod eligeretur propinquor, ne videretur alienam soboiem propriè anteponere. Parlador. *lib.* 3. *differ.* 120. *n.* 17. vbi ampliat, etiam si extraneus sit Sacerdos, & á Patrono præsentatus, propinquus tamẽ in minoribus Ordinibus sit consti- 16 tutus. Garcia *de Benef. p.* 7. *cap.* 15. *n.* 11. Lara *de Capellan. lib.* 2. *ca.* 3. *nu.* 31. Mantica *de coniect. vltim. vol. lib.* 8. *tit.* 5. *n.* 17. Carpio *de executorib. testam. lib.* 3. *ca.* 6. *n.* 7. Gomez Baio *in praxi, lib.* 2. *q.* 5. *á n.* 5. quidquid contrarium voluerit Thomas Sanchez *cons. Moral. tom.* 1. *lib.* 2 *c.* 1. *dub.* 11. *n.* 4.

Quę resolutio favore Hierosolymitanorum suadetur etiam ex eo, 17 quod si proximiores à fundatore Capellaniæ nominati sunt, tunc iure sanguinis succedunt ad instar Fideicommissorum, seu Maioratuũ. Anton. Gomez *in l.* 40. *Tauri numer.* 65. *in fin.* Padilla *in Rubr. C. de fideicommiss. nu.* 8. Molina *de Primogen. lib.* 1. *cap.* 7. *nu.* 10. Gutier. *lib.* 2. *pract. c.* 8. *n.* 9. Avendaño

in

in l.40 Tauri gloſſ.2.n 66. Lara *de Capellan.lib.2.c.2.à princip.* Gonçalez.*d.gloſ.5.n.34.* Cabedo *deciſ. 51.n 4.cum ſeqq p.2.* Barboſa *de iur.Eccleſ.lib.3.c.5.n.7. cum ſeqq.* Cuius ſucceſſionis capaces ſunt Hieroſolymitani, qui iura ſanguinis, ſuitatis, & agnationis retinent, vt ſupra *diſcept. 9. cap.* 8. continetur. Et ita ad huiuſmodi Capellas, quæ magis laicalia bona, quàm Beneficia Eccleſiaſtica cenſentur, poterunt admitti ſine Diſpenſatione; quod etiam coadiuvatur ex dictis ſupra *cap.* 2. circa quæſtionem, an Hieroſolymitani poſsint admitti ad Beneficia Eccleſiaſtica Sęcularia ſine Apoſtolica Diſpenſatione, nam ſi probabilis opinio datur favore Hieroſolymitanorum in Beneficijs? Quis in Capellanijs de Parentela erectis à Sæcularibus, vbi voluntas fundatoris, & ſanguinis coniunctio totum operatur, Hieroſolymitanis conſanguineis proviſionem denegabit præferendo extraneos.

18 Sic quoque ſuccedent Hieroſolymitani in Patronatibus Laicorũ, quia regulatur ſucceſsio per regulas Maioratus. Covarrub. *pract. cap.* 38.*n.*13. Molina *de Primog. lib.*3. *cap.*6 *n.*42. *& cap* 7.*n.*19. Lara *de Capellan.lib.*1.*cap.*5.*n* 9. Alvarad. *de coniect.ment.defunct.lib.*2.*c.* 3. §.3 *n.*3. Caſtillo *lib.*3. *controverſ. cap.*19.*n.*43. *&* 275. Molina Theologus *de iuſt.& iur.tom.*3.*diſp.*617 *num.*13. Robles *de Repræſentat. libro* 3.*cap.*3 *&* 19. & eſt.*l.*13.*tit.*7. *lib.*5. *Recop.*

19 Et quia in favorabilibus pro Clericis habentur, vt ſæpius notatur, & cum multis notat Sperellus *deciſ.*21.*nu.*42. Clerici autem in Patronatu Laicorum ſuccedunt. *Cap. cum dilectus, de iur.Patronat. vbi Gloſſ.verb.Laicus, & Clement.* 2. *verſ. Præſentare eod. tit.* Rebuff. *de nominat.q.*8.*num.*22. Covarrub. *pract cap.*36.*n.*2. Spino *in ſpecul. teſtam.gloſſ.*4 *n.*15. Lambert. *de iur.Patron.lib.*1.*part.*1.*q.*1.*art.*5. Rochus *eod.tract. verb. Ius. q.*7. Vivian. *lib.*4.*c.*9 *n.*56.*& lib.*1.*c.*3. *n.*11. Thom.Saneh. *conſ.Mor. lib.* 2.*c.*3.*dub.*53 *n.*1.

Quinimo, & quicumque Regulares ad Patronatus Laicorum admittuntur. Rota apud Farinacium *deciſ.*657.*nu.*5.*tom.*2.*in Poſthum.* Seraphin. *deciſ.*1328. *nu.* 1. Graff. *deciſ.aurear.p.*2.*lib.*2.*c.*36.*nu.*41. Roderic. *quæſt. Regul.tom.*2.*quæſ.* 122 *art.*2. Molina *de iuſt. & iur. tra.*2.*diſp.*140.*in med.* Thom.Sanch.*d.lib.*2.*cap.*3 *dub.*71. *nu.*24. *& in ſumm lib.*7.*c.*14.*nu* 6 *&* 13. Navar. *conſ.*13.*num.*9. *& in Manual. cap.*11.*n.*50. Lambertin.*p.*1.*lib.*2. *q.*2.*art.*11.*num.*12. Vivian. *lib.*5. *cap.*3.*n.*24. Flores de Mena *lib.* 1. *var.q.*16 *art.*2.*n.*5. Caſtillo *lib.*3. *contr.c.*12.*n.*56. & de Moniali loquens Gama *de ciſ.*6. quia ſub nomine Clericorum in favorabilibus Regulares comprehenduntur. *Ca-* 21
*pit.à ſubdiacono, diſt.*95. *Clement.* 1. *religioſi de privileg.* Silveſt. *in ſumm.verb.Clericus.*1.*n.*1. Sa *eod. verb.n.*1. Roderic. *tom.* 1. *Regul. q.*43.*art.*12. Bonacina *tom.*3.*diſp.* 2.*q.*2.*pun.*5.*nu.*12. Garcia *in Pol. Reg.tom.*1.*tra.*8.*dif.*2.*dud.*1.*n.*2. Thuſc. *tom.*1.*lit.c.concl.*377.*n.*2. Barboſ. *de iur.Eccleſ.lib.*1.*cap.*39. § 1.*n.*2. Vivian. *lib.*6 *cap.*1. *nu.*1. Rota apud Farin.*in Poſth. tom.* 2. *deciſ.*604.*n.*5. Nam Clericus dicitur à *Cleros* Græcè, quod Latine ſors dicitur. *Cap.Clericus.*12.*q.*1. 22
Cap.Cleros, diſt. 21. vndè Clerici dicti, quia in ſortem Domini vocati ſunt. *Cap.duo ſunt.*12. *q.* 1. & à contrario in favorabilibus appellatione Regularium veniunt Clerici

Lam-

23 Lambertin. *lib. 2. p. 1 q. 2. art. 11. nu.* 18. ex quibus consultus de hac quæstione ita respondi, non solùm in terminis Equitum Hierosolymitanorum; sed in casu cuiusdam Magistri Regularis de Ordine B. Mariæ de Mercede D. Fr. Didaci Gatica, in controversia super Patronatu Laicorum cum sobrino eius, filio
24 Fratris sui maioris, in qua licèt pars adversa obtinuit, in eius favorem decisa fuit causa, propter repræsentationem patris, & prærogativam lineæ, & nō ex defectu opposito Regulari ratione status; nam certum est, Regulares succedere posse in Patronatibus Laicorū, sicut & Clerici Sæculares succedunt. Et lite pendente Religiosus ob benemerita, quibus fulgebat [fuit enim Prælatus in suo Ordine, & Provincialis Provinciæ Bœthicæ, qui librum *de Adventu Messiæ* satis acutum, doctum, & ingeniosum iam diu typis dedit] Episcopus creatus fuit; vnde cessabat impedimentum, & adhuc Domini Senatores Hispalensis huius Senatus in revisionis sententia confirmarunt primam, ex iure repræsentationis, exclusa opi-
25 nione Salazar *de vsu, & consuetudine, cap. fin. per totum maximè ex num. 47. cum seqq.* vbi Patronatus Capellanijs Beneficialibus compa-

rat, & succedendum esse exclusa repræsentatione Maioratuum affirmat; quod iam inveteratum est, præcipuè in Hispania propter novam decisionē in Pragmatica Sanctione recopilata *titul. 7. libr. 5. Recop. l. 13.*

Succedunt etiam Hierosolymi- 26
mitani in Patronatibus Ecclesiasticis Familiaribus, vel Gentilitijs, & hæreditarijs; in quibus vnum speciale habent, quod licèt Ecclesia de alimentis providere teneatur Patronum non sua culpa ad inopiam redactum. *Cap. nobis. §. profundatione de iure Patronatus*, nihilomi- 27
nus Equitem Hierosolymitanum Patronum ipsa Religio alere debet. Rota *decis. 454. num. 3. & 5. p. 1. recens.* Sperellus *decis. 21. n. 72.* Barbosa *de iur. Eccles. lib. 3. cap. 8. num. 55.* Thomas Hurtado *de congrua. 2. part. in. 3. Appendice. n. 3. pag.* 415. quia Religio, quæ illum admisit, tenetur ad alimenta illi præstanda.

* * * * * *
* * * * *
* * * *
* * *
* *
*

DISCEP-

DISCEPTATIO XII.

DE EXEMPTIONE DECIMARVM, COLLECTARVM, ET GABELLARVM FRATRVM HIEROSOLYMITANORVM.

CAPVT I.

DE EXEMPTIONE Decimarum Ordinis Hieroſolymitani, & an extendatur ad bona Patrimonialia Fratrum: & an tranſeat ad Colonos, & in quibus bonis procedat exemptio.

SVMMARIVM.

DEcimarum exemptio competit Hieroſolymitanis non ſolùm de novalibus, ſed de quibuſcumque prædÿs. 1.

Cap. nuper de Decimis exponitur. 2.

Decimarum exemptio Religioni Hieroſolymitanæ poſt Concilium Lateranenſe à multis Pontificibus conceſſa eſt. 3.

Decimarum exemptio comprehendit bona patrimonialia Hieroſolymitanorum. 4. & 5.

Coloni Hieroſolymitanorum Decimas tenentur ſolvere. 6. *contra* 11. & 13.

Decimas debent ſolvere Hieroſolymitani de fructibus prædiorũ, quæ ab alÿs conducunt. 7.

Decimarum privilegium Ordinibus conceſſum eſt reale. 9.

Privilegium conceſſum Civitatibus, & perſonis, quæ nunquam moriuntur, cenſetur reale. 10.

Coloni perpetui Hieroſolymitanorum privilegio Decimarum non potiuntur. 12.

Decimæ debent ſolvi à Hieroſolymitanis de prædÿs poſt Concilium Lateranenſe acquiſitis, ſi de ÿs prædÿs prius ſolverentur Decimæ, & niſi poſſeſſiones acquirantur pro Monaſterÿs ædificandis. 14. *contra* 17. 18. & 19.

Decimarum privilegia obtenta poſt Concilium Lateranenſe non habent vim, niſi in illis expreſſè derogetur diſpoſitioni Cap. nuper de Decimis. 15.

Decimarum privilegium non communicatur per privilegium ad inſtar. 16. *contra* 23.

Privilegiorum tenor ſervandus eſt. 20.

Res, quæ pervenit ad manus exẽpti, debet gaudere privilegio exemptionis. 21.

Cap.

Cap. nuper de Decimis derogatum eſt favore Cirtercienſium. 22.

Decimarum exemptione potiuntur Hieroſolymitani in nutrimentis animalium, & in fructibus hortorum. 24.

Confratres Ordinis S. Ioannis Decimas perſolvunt, ſecus verò Donati profeſſi, & non coniugati. 25.

1 EXemptionem Decimarum Fratribus Hoſpitalarijs Sancti Ioannis Hieroſolymitani conceſſit Adrianus Papa, cuius cõceſſio inſerta eſt in corpore iuris *in Cap. ex parte.* 10. *de Decimis*, vbi Alexander III. confirmavit huiuſmodi privilegium, & exemptionẽ Decimarum, laborum ſuorum, quos proprijs manibus, vel ſumptibus colunt. Quod privilegium, quia intelligebant aliqui ſolùm de Novalibus, idem Pontifex *in Cap. ad audientiam, eod. tit.* exponit, vt non ſolùm de Novalibus, ſed de quibuſcumque prædijs acquiſitis exemptio procedat.

2 Verùm in Concilio Generali Lateranenſi celebrato anno Domini 1255. limitatum fuit privilegium ad poſſeſsiones ante Concilium acquiſitas; nam de poſſeſsionibus poſt Concilium acquiſitis, & acquirendis ſtatutum fuit, quod Decimas ſolvere teneantur, ſi de illis poſſeſsionibus prius ſolvebãtur Decimæ, niſi poſſeſsiones ab ijs acquirantur pro novis Monaſterijs ædificandis, quo caſu obtinet adhuc privilegiũ antiquum. *Cap. nuper, de Decimis* vbi Gloſſ. *verb. forte pro Monaſterijs noviter.*

3 Poſt Concilium vero Lateranẽſe omnimodam Decimarũ exemptionem Religioni Hieroſolimitanæ eorumque Fratribus conceſſerunt Bonifacius VIII. Innocentius IV. Leo X. Clemens VII. Pius IV. & Pius V. qui privilegium roboravit, & confirmavit *die* 29 *Novemb. ann.* 1568. *apud Rodericum, tom.* 2. *pag.* 1153. Sixtus V. *die* 20 *Mart. ann.* 1586. *eod. Bull pag.* 1161 Gregor. XIV. *ann.* 1592. *die* 27. *Iulij in Bull. quæ incipit, Quanta.* Innocentius X. *die* 18. *Iulij* 1648. *tom.* 4. *Bull. pag.* 268. quarum conſtitutionum verba infra referuntur. Et agnoſcunt communiter D D. Gloſſ. *in Cap.* 1. *verb. Perſolvant de verb. ſignif. in* 6. Rebuffus *de Decimis quæſt.* 14. *nu* 45. Moneta *eod tract. cap.* 4. *q.* 3. *ex num.* 56. *& cap.* 5 *q.* 1. *num.* 10. Barboſa *de iur Eccleſ. lib.* 3. *c.* 26. §. 2. *n.* 18. *& in collect. ad caput Ex parte, & in ſumm. deciſ. collect.* 314. *nu.* 6. Gutierrez *lib.* 2. *Canon. cap.* 21. *n.* 134. Antæus Robertus *rerum iudicatarum, lib.* 2. *ca.* 2. *in med fol.* 314. Stephanus Durantus *quæſt. iur. q.* 6. *fol.* 41. Anſaldus *de iuriſdict. p.* 2. *tit.* 4. *c.* 2. *n.* 3. Narbona *in l.* 8. *tit.* 5. *lib.* 1. *Recop. gloſ. vnic. n.* 2. Azor *inſtit. Moral. p.* 1. *lib.* 13. *c.* 3 *q.* 4. Machado *in Perf. Confeſ. tom.* 2. *lib.* 5. *p.* 4. *trat.* 3. *docum.* 6. *n.* 5. Mendo *de Ordin. Milit. diſq.* 1. *q.* 5. *n.* 118. Specellus *deciſ.* 21. *n.* 32. Rota *deciſ.* 341. *nu.* 2. *& ſeq. p.* 1. *Recenſ.* eadem Rota *Papilon. Decimar.* 18. *Decembr.* 1615. *coram Coccino.* Renatus Chopinus *de ſacra Politia, lib.* 3. *tit.* 2. *num.* 8. *&* 9. Lovet. *in recollect. Arreſt. litera. D. num.* 57. Tondutus *reſolut. Benef. tom.* 2 *p.* 3 *cap.* 132. *n.* 13. *&* 14. Brito *de locato.* 3. *p. c.* 2. *nu.* 44. & eſt apud nos. *l.* 4 *tit.* 20. *p.* 1.

Et in primis circa huiuſmodi Decimarum exemptionem venit dubium, an comprehendat bona patrimonialia Hieroſolymitanorum? & partem negativam tenuit Dom. Ioannes Beltran de Guevara Archiepiſcopus Compoſtellanus in quadam iuris allegatione pro Ec- 4

cleſia Abu'enſi *num.* 54. vbi refert quaſdam ſententias latas cõtra Milites Ordinum de Calatrava, Alcantara, & S Ioannis, & S. Iacobi, vt Decimas ex patrimonialibus bonis ſolvant; & fuit reſolutum pro Eccleſia Piacentina contra Comitem de Medellin Militem Ordinis de Alcantara, vt Decimas ex patrimonialibus bonis ſolveret. Et de Hieroſolymitanis loquens Cardinalis Ottobonus noviſſimè *deciſ.* 185.

5 Sed contrariam partem multis traditis probat Carracco *ſuper Recopilat. cap.* 6. *§.* 5. *de Decimis Militum de Alcantara ex nu* 39. *cum ſeqq.* vbi Bullam Leonis X. & aliorum Pontificum refert. Et de noſtris Hieroſolymitanis expreſsit idẽ Clemens VII. & poſtea Pius IV. *in Bull. quæ incip. Circumſpecta, kalend. Iulij* 1560. *apud Cherub. tom.* 2. *pag* 9. ibi: *Et bona etiam patrimonialia Magiſtri, Baiulivorum, Priorum, Præceptorum, & Fratrum, ac aliarum perſonarum huiſmodi, tàm acquiſita, quàm in poſterum acquirenda, aut illis quovis modo etiam ex conceſſione Apoſtolica, vel Magiſtrali pertinentia, ex die emiſſæ per eoſdem Magiſtrũ, Baiulivos, Priores, Præceptores, Fratres, & perſonas, profeſſionis, vt præfertur, ab omnibus Decimis, & alijs oneribus libera, immunia, & exempta exiſtant.* Reſolvit in terminis Brito. *d. cap.* 2. *n.* 44.

6 Maius dubium vertitur in eo, vtrùm privilegium non ſolvendi Decimas tranſeat ad colonos? & non tranſire, ſed quod coloni teneantur ad eas ſolvendas, probatur *ex Cap. licèt* 11. *de Decimis.* Moneta *de Decimis, cap.* 4 *q.* 3 *n.* 58. Rebuffus *eod. tract. q.* 14. *nu.* 58. Azor *inſtit. Moral. p.* 1. *lib.* 7. *cap.* 27. *q.* 7. Suarez *de Relig. tom.* 1 *tract* 2. *lib.* 2. *ca.* 19. *n.* 13. Tamburinus *de iur. Abbat. tom.* 1. *diſp.* 15. *q.* 18. *ſub num.* 5. Barboſa *de iur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 26 *§.* 3. *n.* 39 *&* 40. & cenſuit Rota apud Seraphinum *deciſ.* 127. *num.* 2. & apud Coccinum in dicta Pamplonenſi 1615. ratio eſt, quia privilegium exemptionis reſtrictũ eſt ad prædia eorum, quæ propriis 7
manibus, vel ſumptibus colunt, & ita videtur perſonale, & non reale; ſicut in prædijs, quæ ab alijs conducunt, de quorum fructibus debent ſolvere Decimas. *Cap. dilecti, de Decimis.* Rebuffus *num.* 52. Moneta *num.* 63.

Verùm contraria opinio verior 8
eſt, & quod coloni Hieroſolymitanorum exempti ſint à Decimis ex Bulla Clementis VIII. & Pij IV. ibi: *Nec non à ſolutione, & exactione paſſagij, arreragij, gabellæ, datij, tractæ, collectæ, procurationis, iocundi adventus, iurium etiam Synodalium, cenſuum, & decimarum etiam novalium, etiam hortorum, praterum, piſcationum, & molendinorum, ad quæ cuilibet acceſſus nullatenus directè, vel indirectè prohiberi poſſet, & terrarum, quas per ſe ipſos, vel alios eorum nominibus etiam colonos, arrendatarios, & emphiteutas excolebant, & de quibus fructus percipiebant, liberaverat, & exemerat.* Et ex Bulla Innocentij X. *pag.* 1. verſ. *Colonos.* Quia 9
privilegium exemptionis Decimarum eſt reale, & non perſonale. Privilegium enim Civitati, & alijs perſonis, quæ nunquam moriuntur, conceſſum, cenſetur reale. Gloſſ. *in* 10
Cap. in ſumma. 25. *q.* 2. *& in. l. forma. §. Quanquam. ff. de cenſibus,* & ita exemptione Decimarũ gaudent, quamvis colonorum opera vtantur. Gloſſ. *in Clement.* 1. *Religioſi, verb. Excolendas de Decimis.* Zabatela, Imola, Vitalinus, Rota, Abbas, Socinus Senior, Ruinus, Bertachinus,

Boe-

Boerius, Ferretus, & Bossius, quos
11 refert, & sequitur Menochius *cons.* 276. *n.* 8. Puteus, Rolandus, Henriquez, Rota sacri Palatij, Rodericus, & Gutierrez per D. Solorzanũ *de iure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 27. D. Valençuela *cons.* 71. *nu.* 32. *vol.* 1. Cancerius *lib.* 1. *var. cap.* 23 *nu* 4. Horatius Mandosius *de privilegijs ad instar glos.* 15. *n.* 4. Fagundez *in.* 5. *elect præcept. lib.* 2. *cap.* 4 *n.* 1. Peirinis *tom.* 1. *conslit.* 2. *Iulij* 11. § 31. *n.* 132. Diana. 3 *part. tract* 1. *resol.* 23. *& part.* 10. *tract.* 12. *resol.* 51. cum multis Garcia *in Polit. Regul. tom.* 1. *tr.* 8 *dif.* 3. *dud.* 2. *punt* 4. *n.* 11 Pellizarius *in Man. Regul. tom* 2. *tr.* 8. *c.* 7. *n.* 176. Tondutus *vbi sup. cap.* 132. *n.* 14. vbi in expresso de colonis Hierosolymitanorum loquitur Renatus Chopi-
12 nus. *d. tit.* 2. *n.* 9 vbi intelligit de colonis nummarijs ad novenum vsq; annum, cum hoc spatio rerum Ecclesiasticarum locatio præsumatur: & Bulla ipsa Clementis VII. privilegium Decimarum limitat in colonis perpœtuis, qui in feudum, vel emphiteusim concessas Hierosolymitani Ordinis terras possident, qui nullatenus privilegio potiuntur.

13 Neque obstat decisio textus *in Cap. licet, de Decimis*, nam est antiquata, quando privilegium Decimarum erat personale, eorum tantum, quæ proprijs manibus, vel sumptibus Fratres colebant: hodie autem post concessionem Leonis X. Clementis VII. & aliorum summorum Pontificum privilegium est reale concessum quibuscumque bonis Hierosolymitanorum, sive per eos, sive per colonos excolantur, vt sunt realia omnia ferè privilegia Religionum.

14 Difficilius tamen dubium est de prędijs post Concilium Lateranen-
se acquisitis, nam de eis etiã si suis expensis excolant Cistercienses, & Hierosolymitani teneri persolvere Decimas, disponit textus *in dicto Cap. nuper, de Decimis* cum limitatione tamen, si possessiones acquirantur pro novis Monasterijs ædificandis, & cum suppositione etiam, quod de ijs prædijs prius solverentur Decimæ. Moneta *cap.* 4. *q.* 1. *numer.* 13. cui facit, quod cum decisio hęc emanaverit â Concilio Ge- 15
nerali, privilegia obtenta post Cõcilium non habent vim, nisi in illis expresse derogetur dispositioni. *Capit. nuper, de Decimis.* Rota *decis.* 122. *n* 4 *&* 123. *p.* 1. *divers.* & apud Farinacium *decis.* 40. *tom.* 2. *in posthum.* & apud Tamburinum *tom.* 3. *de iur. Abbat. in fin.* Gutierrez *lib.* 2. *Canon. cap.* 21. *n.* 136. cum multis Noguerol *allegat.* 39 *num.* 24 *&* 16
25. vbi etiam quod non communicatur privilegium exemptionis Decimarum per privilegium ad instar, cum alijs Barbosa *de iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 26 § 3. *n* 41.

Sed nihilominus indultum intel- 17
ligitur etiam de prædijs, quę post Concilium Lateranense Cistercienses acquirunt, idemque de Hierosolymitanis, & alijs Militaribus procedit. Renatus Chopinus *de sacra Politia, lib.* 3. *tit.* 2. *n.* 8. *&* 9. Rota *Pampilonensis Decimarum* 18. *Decemb.* 1615. *coram Coccino.* Carrasco *ad leges aliquas Recopilat. cap.* 6. § 5. *ex num.* 47. propter privilegium Sixti IV. ibi: *Singulares personas dicti Ordinis, præstatione Decimarum tám de possessionibus habitis ante, & post Concilium, quàm de cætero habendis, quæ propijs sumptibus excolunt, & excolent.*

Et vltra plures Bullas, quas favo- 18
re Militarium refert Carrasco, pro Ordine Hierosolymitano extat

Bulla Bonifacij VIII. *quæ incip. Venerabilibus Fratribus, dat. Romæ apud Sanct. Petr. 2. Kalend. Februar. Pontificat. ſui ann. 3.* vbi privilegium Decimarum conceditur tàm de poſſeſsionibus ante Cõcilium, quàm de novalibus, ſive ante, ſive poſt Concilium acquiſitis, quæ proprijs manibus, aut ſumptibus excolunt. Quam Bullam exhibuit mihi Fr. D. Hieronymus Perez de Meridâ Prior S. Ioannis de Acre huius Civitatis Hiſpalenſis. Extat quoque alia Bulla Innocentij IV. quæ cuſtoditur in Conventu Hieroſolymitano dicto Santa Maria del Monte, cuius tranſſumptum miſſum à Fr. D. Franciſco de Herrera & Marſil Secretario eiuſdem Conventus ita eſt: *Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabilibus Fratribus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Archipresbiteris, Plebanis, & alijs Eccleſiarum Prælatis, ad quos literæ iſtæ pervenerint, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum Abbates Ciſtercienſis Ordinis tempore generalis Concilij congregati, vt occaſione, privilegiorũ ſuorum Eccleſiæ alterius minimè gravaretur ad commonitionem felicis recordationis Innocentij Tertij prædeceſſoris noſtri, ſtatuerunt, vt de cætero Fratres ipſius Ordinis niſi pro Monaſterijs de novo fundandis non emant poſſeſſiones, de quibus Decimæ debentur Eccleſijs, etſi pro Monaſterijs de novo fundãdis tales poſſeſsiones pia fidelium devotione collatæ eis fuerint, aut emptæ permittantur alijs excolendæ, à quibus Eccleſijs Decimæ perſolvantur, dictus prædeceſſor noſter ſtatutum huiuſmodi gratum habens, & ratum decrevit, vt dicti Fratres de alienis terris, & ab eo tempore acquirendis, etiam ſi eas proprij manibus, aut ſumptibus excolant, Decimas perſolvant Eccleſijs, quibus ratione prædiorum antea ſolvebantur, niſi cum ipſis Eccleſijs aliter ducerent componendum, quod & ad alios Regulares, qui gaudent ſimilibus privilegijs extendi voluit, & mandavit, vt Eccleſiarũ Prælati promptiores, & efficaciores exiſterent ad exhibendum ipſis de ſuis malefactoribus iuſtitiæ complementum, eorumque privilegia diligentiùs, & perfectiùs obſervarent. Sed quod dolenter referimus in Conſiſtorium res eſt verſa, quia ſicut ex gravi querela dilectorum filiorum Magiſtri, & Fratrum Hoſpitalis Hieroſolymitani frequenter audivimus, nonnulli Eccleſiarum Prælati, & alij Clerici eorum privilegia temerè contemnentes, & cõdentes malitioſe ipſorum pervertere intellectum, eoſdem multipliciter inquietant, nam cum ſit ipſis indultum, vt de novalibus, quæ proprijs manibus aut ſumptibus excolunt, ſive de hortis, virgultis, & piſcationibus ſuis, vel ſuorum animalium nutrimentis, nullus ab eis Decimas exigere, vel extorquere præſumat, quidam perverſo intellectu conficto dicentes, quod hoc non poſſunt, nec debent intelligi niſi de his, quæ ſunt ante generale Concilium acquiſita, ipſos ſuper his multiplici vexatione fatigant. Nos igitur eorum quieti paterna ſolicitudine providere volentes, vniverſitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus dictos Fratres a præſtatione Decimarum tàm de poſſeſsionibus habitis ante Conciliũ memoratum, quàm de novalibus, ſive ante ſive poſt Concilium acquiſitis, quæ proprijs manibus, aut ſumptibus excolunt, de quibus*

quibus novalibus aliquas eas hactenus non percepit, necnon de hortis, virgultis, & piſcationibus ſuis, & de ſuorum animalium nutrimentis, ſinguli veſtrum omnino ſervetis immunes, contradictores per cenſurã Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datis Lugduni octavo Idus Julij Pontificatus noſtri anno quinto.

19 Item Bulla Clementis VII. ibi: *Ac illorum res, animalia, prædia, domos, molendina, & bona quæcumque, quæ obtinebant, & poſſidebant, ac in futurum canonicè obtinerent, & poſſiderent*, iunctis verbis ſequẽtibus *à ſolutione Decimarum etiã Novalium*, & Bulla Pij IV. ibi: *Bona etiam patrimonialia, tàm acquiſita, quàm in poſterum acquirenda ab omnibus Decimis immunia, & exempta exiſtant*. Et Innocentij X. ibi: *Et bona quæcumque, quæ obtinebant, & in poſterum obtinerent, & poſſiderent à ſolutione Decimarum*.

20 Quorum privilegiorum tenor ſervandus eſt. *Cap. quamvis, de Decimis. Cap. à nobis eod.* ibi: *Solvant Decimas niſi à præſtatione illarum ſpecialiter ſint exempti.* Et infra: *Niſi ab eis oſtendatur, quare ab huiuſmodi onere ſint immunes.* Fagundez *in. 5. Eccl. præcept. lib. 2. cap. 3 n. 11.* vbi relata deciſione textus *in. d. Cap. nuper* proſequitur, quod hoc non obſtat, quominus per particularia privilegia aliqua, poſtea Religiones, & pia loca à tributo Decimarum exempta ſint à Summis Pontificibus: & ideo videda ſunt peculiaria privilegia cuiuſque pij loci, & Religionis, vt quid in hac materia tenendum ſit ſciatur. Gutierrez *conſ. 5. n. 17* Carraſco *d. cap. 6. §. 5. n. 47.*

21 Maximè quia Concilium Lateranenſe de quo deſumptus fuit textus *in. d. Cap. nuper*, fuit anno Domini 1255. ſub Innocentio III privilegia autem ferè omnia poſt Concilium fuerunt conceſſa; vndè fruſtrarentur ſine dubio, quod eſſet abſurdum, & contra mentem, & intẽtionem concedentium. Res namq; quæ pervenit ad manus exempti regulariter debet gaudere privilegio exemptionis. *Cap. 1. vbi Gloſſ. de iur. Patronat. lib. 6.* nam mutatione perſonæ mutatur qualitas rei. *l. licitatio. ff. de publicanis.* Vndè cum favore Ciſtercenſium, & Hie- 22
roſolymitanorum expreſſè cautum ſit, exemptionem Decimarum procedere in prędijs acquiſitis, vel acquirendis poſt Concilium Lateranenſe, dicendum eſt minimè hodie ſtandum eſſe deciſioni, textus *in. d. Cap. nuper, de Decimis*, vt reſolvit Rota vbi ſupra, & latè proſequitur Carraſco loquens de Ordine de Alcantara, qui ſub regula Ciſtercienſium inſtitutus fuit, pro cuius exẽptione tradit Bullam Leonis X. & aliorum Summorum Pontificum, ex quibus probatur etiam hæc reſolutio.

Pro qua etiam faciunt Deciſio- 23
nes ſacræ Rotæ, quas tradit Pelliza rius *in Man. Regul. tom. 2. tract. 8. cap 7. ſect. 4. ex nu. 170. & tract. 8. cap. 1. ſect. 3. n. 55.* de communicatione privilegij Decimarum, & derogatione *Cap. nuper, de Decimis*, quod hodie derogatum eſt favore Mendicantium, & Religionis Societatis Ieſu, de cuius derogatione participant alię Religiones, vt videre eſt *d. nu. 170.* & quod ſubſiſtat communicatio privilegiorum, quæ Religiones habent etiam in materia Decimarum, benè probat Lezana *in ſumm. tom. 3. verb. Decimæ quo ad Regulares, num 8.* Garcia *in Polit. Rig. tom. 1. tr. 8. dif. 3. dud. 2. punt. 4. nu. 8.* vbi plures Deciſiones

ſacræ

ſacræ Rotæ tradit. Ioannes de la Cruz *in Epitom. Privileg. lib. 2. cap 9. dub 4.* Philipp. de la Cruz *de Decimis. §. 2. n. 8.* Diana. *p 10. tra. 12. reſol. 49.* Thomas del Bene *de immunit. Eccleſ. 1 p. cap. 5. dub. 7. ſect. 19. n. 3.*

24 Quæ de Decimarum exemptione dicta ſunt, planè ſine vlla difficultate procedunt in nutrimentis animalium, quæ Hieroſolymitani nutriunt, & in fructibus hortorum, de quibus exempti ſunt à ſolutione Decimarum. *d. Cap. ex parte, de Decimis l. 4. tit. 20. p. 1.* Monera *de Decimis, cap. 5. n. 14.* Rota *in Cochen. Decimarum. 23. Iunij 1614. coram Manzanedo,* vbi ait, diſpoſitionem *dict. Cap. ex parte,* non eſſe revocatum *per dict. Cap. nuper:* quia ille textus loquitur de Decimis prædialibus, & non gregum, & hortorum, circa quas nihil innovavit, vt expreſſè ſenſit Butr. *in dict. cap. ex parte.* Barboſ. *de iur. Eccleſ. lib. 3. c. 26. §. 3. n. 46.*

25 Dicta Decimarum exemptio nõ procedit in Confratribus mediæ Crucis *del Thao* Ordinis Hieroſolymitani, qui Decimas ex bonis ſuis patrimonialibus, prędijs, poſſeſſionibus, agris, & terris perſolvere debent. Si verò obtulerunt perſonas, & omnia bona ſua Religioni, ita vt ſint verè Donati profeſſi, & non coniugati, & in ipſam Religionem fuerit translatum dominium, & poſſeſſio eorum dem bonorũ, non poſſunt moleſtari ſuper Decimis realibus de ipſis bonis oblatis, prout cœteri profeſſi eiuſdem Religionis; ita ſtatuit Clemens VII. *in ſua conſtit. incipit quæ Ordini Eccleſiaſt. die 2. Decemb. 1600. & in Motu proprio incip. Romanum decet, ſub die 17. Iunij 1601.* Barboſa *vbi ſup. nu. 36. verſ. Converſi,* & ita intelligenda eſt Bulla Innocentij X. quæ etiam Confratribus, & Donatis privilegium Decimarum confirmavit, & *lex Regia. 8. tit. 5. lib. 1 Recop.* qua apud nos deciſum eſt, quod hi Confratres à Decimarum ſolutione non ſint immunes.

CAPVT II.

DE EXEMPTIONE Collectarum Ordinis Hieroſolymitani. Et an extendatur ad bona patrimonialia Fratrum; & an procedat in ſubſidio, & in tempore belli, & in caſu neceſsitatis; & an tranſeat ad colonos.

SVMMARIVM.

Eccleſiaſtici de iure divino immunes ſunt ab oneribus, tributis, & collectis. 1.

Hieroſolymitani immunes ſunt à collectis, oneribus, & tributis. 2. & 3.

Confratres Ordinis S. Ioannis à collectis immunes non ſunt 4.

Hieroſolymitanorum bona patrimonialia exempta ſunt à collectis. 5

Bona patrimonialia Clericorum immunia ſunt. 6.

Collectarum immunitas competens Hieroſolymitanis procedit etiã in Regnis Hiſpaniarum. 7.

Subſidium in Hiſpania, & quartam portionem in Francia non ſolvunt Hieroſolymitani, nec procurationem, & ſubſidium Legatorum Sedis Apoſtolicæ. 8.

Subſidium, & Excuſatum de fructibus Commendarum, & Beneficiorum ſolvunt Ordines Sancti Iacobi,

cobi, Calatravæ, & Alcantaræ. 9.

Subſidium ſolvere compelli poſſunt cenſuris Regulares. 10.

Collecta neceſſitatis, & belli tempore impoſita comprehendit bona Eccleſiaſticorum. 11.

Neceſſitas facit licitum quod de iure non erat. 12.

Bona Eccleſiæ pro neceſſitate Patriæ impenſa humanis, & divinis literis notantur. 13.

Contribuere tenentur Eccleſiaſtici vbi tractatur de vtilitate generali Laicorum, & Eccleſiaſticorum. 14.

Contribuere tenentur Eccleſiaſtici in compoſitione cum hoſtibus ne fundi communes devaſtentur, & in cuſtodia vinearum, & in alijs caſibus. 15.

Hieroſolymitani in caſu belli, & neceſſitatis tenentur ad collectas. 16. contra 17. & 18.

Immunitatis verba vniverſalia denotant exemptionem ab oneribus inſolitis, & privilegiatis. 19.

Domini vaſallorum liberantur à collectis etiam ex cauſa belli factis. 20.

Collectantur bona Eccleſiæ tempore neceſſitatis, quando privilegium eſt ſimplex, non quando eſt geminatum. 21.

Collectantur Eccleſiaſtici in caſu neceſſitatis, quando laicorum non ſuppetunt facultates, & tunc Summo Pontifice conſultò, & per ſuos Iudices Eccleſiaſticos, non per Sæculares. 22.

Hieroſolymitani collectari non poſſunt à Iudicibus Eccleſiaſticis pro collectis à Clero impoſitis. 23.

Collectarum impoſitio eſt actus iuriſdictionis, qui non poteſt exerceri in non ſubditum. 24.

Collectarum exemptio an competat colonis Hieroſolymitanorum. 25. & 30.

Collectæ onus pertinet ad vſumfructuarium. 26.

Collectæ onus reſpicit fructus. 27.

Colonus ad Decimarum ſolutionem tenetur. 28.

Coloni Eccleſiarum pro ſuis fructibus non ſunt immunes à collectis & oneribus. 29. contra 36.

Coloni membra ſunt fundorum. 31.

Immunitas conceſſa fundo intelligitur etiam conceſſa colonis eius. 32.

Immunitatis privilegia Religionum à gabellis, & collectis ſunt realia, & tranſeunt ad colonos. 33.

Collecta ad dominum, non ad colonum pertinet. 34.

Collectæ onus imponendum eſt ei, qui poſſidet pro ſuo, & iure proprio lucratur fructus. 35.

Colonos partiarios gaudere exẽptione à muneribus deciſum eſt. 37.

REligionem Hieroſolymitanam, eiuſq; Fratres exemptos eſſe ab oneribus patrimonialibus, ſeu collectis indubitatum eſt; tùm quia Eccleſiaſtici à prædictis oneribus, tributis, & collectis, de iure divino immunes ſunt Geneſ. *cap.* 47. Numer. *cap.* 3. & 8. Eldræ *cap.* 7. *Cap. quamquam, de cenſibus, lib.* 6. *Cap. non minus, de immunit. Eccleſ. Capit. adverſus eod. tit.* Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 20. Ioſeph. *lib.* 2. *Antiquit. Iudaicar. cap* 4 & 7. *lib.* 1. Ducãs *Regul.* 100. Rota *deciſ.* 339 *p.* 6. *recenſ.* Ioann. Garcia *de Nobilit. gloſ.* 9 *n.* 16. Anaſt. Germon. *de ſacror. immunit. cap.* 15. *num.* 18 Suarez *in Defenſorio fidei, lib.* 4. *cap.* 8. & 9. Carol. de Graſſis *de effectib. Clericat. effect.* 3 *a nu.* 1. D. Larrea *allegat. fiſcal.* 111. *n.* 37. Barbo. a omnes ſcriptores in vnum

cumu-

cumulans *de vnic. tur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 39. §. 5. *n.* 3. noviſsimè Gaſpar Klokius *de contributionibus, ca.* 12. *per totum.* Tùm etiam quia dicti Equites habent privilegia magis
2 ſpecialia propter magna merita dictæ Religionis, quibus eximuntur ab omnibus collectis, oneribus, & tributis, vt patet ex Bullis Clementis VII. ibi: *Necnon à ſolutione, & exactione paſſagij, arreragij, gabellæ, datij, tractæ, collectæ, procurationis, iocundi adventus, iurium etiam ſynodalium, & decimarum.* Pij IV. ibi: *Ab omnibus decimis, & alijs oneribus, libera, immunia, & exempta exiſtant.* Pij V. Greg. XIII. Greg. XIV. Clement. VIII. & Innocentij X. *in Bull. quæ incip. Vniverſalis Eccleſia.* 1648. *tomo* 4 *Bullar. pag.* 268.

3 Ex quibus ſic agnoſcunt Ioannes Mauricius *in repetit. l. vnic. C. quo loco mulier munera ſubire debeat, lib.* 10. *pag.* 96. *in fin.* Ægidius Thomate *de Muneribus, & collectis.* §. *ſiquiſpiam, num.* 3. *pag.* 269. Remigius de Gonni *in tract. de charit. ſubſid. q.* 62. *n.* 35. Renatus Chopinus *de ſacra Politia, libr.* 3. *tit.* 2. *nu.* 10. Dueñas. *d. regul.* 100. *ampliat.* 5. Flores de Mena *var. lib.* 2. *q.* 1. *num.* 204. Novarius *de elect. for. ſect.* 2. *q.* 69. *n.* 22. *in* 3. *impreſs.* Feſtas *in tract. de extim. & collect. p.* 2. *n.* 14. Thoro *in compēd. deciſ. verb. Milites, tom.* 2. latè Decianus *reſp. ſeu conſ.* 51. *n.* 19. *& ſeq. vol.* 3. Graffis *de effectib. Cler. in præfat. n.* 56. *& eff.* 1. *n.* 109. *vſque ad* 117. *& eff.* 2. *nu.* 132. Gratianus *diſcept. forenſ. cap.* 880. *n.* 5. Alexāder Sperellus *deciſ.* 21. *nu.* 31. Buratus *deciſ.* 391. *per totam.* Rota *deciſ.* 72. *p.* 1. *in Recenſ. & deciſ.* 63. *p.* 1. *noviſ. apud Rubeum.* Klokius *de contribut. cap.* 14. *n.* 72. Tondutus *quæſt. & reſol. Benef. tom.* 2. *p.* 3. *cap.* 132. *n.* 11. *&* 12. Barboſa cum aliis *d.* §. 5. *n.* 26. vbi limitat in Cōfratribus huius Religionis portantibus mediam Crucem *Thao*, qui 4 poſſunt compelli tributa, gabellas, & collectas exſolvere. Bobadilla *in Polit. lib.* 2. *cap.* 17. *nu.* 232. Flores de Mena *dict. quæſt* 21. *nu.* 94. *&* 95. Narbona *in. l.* 8. *tit.* 5. *lib.* 1. *Recop. gloſ. vnic. n* 24.

Quæ exemptio procedit etiam 5 in bonis patrimonialibus Equitum, vt patet ex Bulla Pij IV. vbi, & bona etiam patrimonialia Magiſtri, Baiulivorum, Priorum, Præceptorum, & Fratrum, ab oneribus libera, & immunia exiſtere, concedit. Vndè reijciendus eſt Ægidius Thomate *de collectis vbi ſup. nu.* 4 qui hanc immunitatem bonis patrimonialibus Hieroſolymitanorum denegat, vt eum reijcit Sperellus *di-* 6 *cto num.* 31. quod etiam abſque ſpeciali privilegio admittendum erat ex immunitate bonis patrimonialibus Clericorum conceſſa, de qua latè Barboſa *vbi ſup. nu.* 29. Thomas Delbene *de immunit. Eccleſ.* 1. *p. cap.* 5. *dub.* 2. *ſect.* 1.

Procedit quoque exemptio in 7 Regnis Hiſpaniarum, licèt Dueñas *vbi ſupra ampliat.* 5. *in fine* derogatum eſſe privilegium quantum ad collectas exiſtimet *ex. l.* 3. *in quatermo Gabellarum, quæ eſt* 9. *tit.* 18. *libro* 9. *Recop.* nam vt inquit Flores de Mena *dict. q.* 21. *n.* 204. prædicta lex ſolùm loquitur in gabellis, & non eſt extendenda ad collectas; & proſequitur, ibi: *Nec vnquam vidi, nec audivi tales Commendatarios collectari, nec vnquam collectatos fuiſſe, idque etiam directè eſſet contra exemptiones dictæ Religioni cōceſſas per plures Summos Pontifices, quas refert, & confirmat Gregorius XIII. Summus Pontifex fælicis recordationis, vt apparet ex*

eius

eius proprio Motu, quod extat in nova Bullarum collectione, & ſumario, fol. 828. cum ſeqq.

8 Procedit etiam exemptio, & immunitas reſpectu ſubſidij in Hiſpaniarum Regnis, & reſpectu quartæ portionis in Regnis Franciæ, vt conſtat ex Bulla Pij IV. ibi: *A quibus omnibus exactionibus, atque etiam tam novo ſubſidio dilecto filio noſtro Philippo Hiſpaniarum Regi in ſuis Regnis per quoſcumq; Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros conceſſo, quàm Canonica portione, ſeu quarta nuncupata in Franciæ Regnis nuper impoſita.* Eandemque exemptionem confirmarunt Clemens VIII. *in Bull. ad futuram rei memoriam ann.* 1592. Gregorius XIII. *in Bull. incip. quo magis* 23. *Martij* 1580 Innocentius X. *in dicta Bull. Vniverſalis ann.* 1648. Et fuit declaratum à ſacra Congregatione Concilij, quod Fratres Hieroſolymitani, ſive eorũ Vicarij in Parochialibus Religioni prędictæ vnitis non tenentur, neq; compelli poſſunt ad ſolutionẽ charitativi ſubſidij *in Auguſtana 4. Decembris.* 1630. Barboſa *de iur. Eccleſ. lib. 3. cap. 12. nu. 52.* Sperellus *vbi ſupra num. 32.* neque ad ſolutionem ſubſidij, ſeu procurationis Legatorum Sedis Apoſtolicæ; quidquid contrarium voluerint Federicus de Senis *conſ. 178.* Tuſchus *tom. 4. concl. 180. verb. Hieroſolymitani, num. 2.* Sperellus *num. 78.* cum in contrarium ſit regula, & immunitas generalis collectarum cõſtitutione aliqua Apoſtolica, quam viderim non revocata.

9 Quæ exemptio ſubſidij ſpecialis eſt Ordinis Hieroſolymitani, nam in cæteris Religionibus Militaribus S. Iacobi, Calatravæ, & Alcantaræ ſubſidium, & excuſatum de fructibus omnibus Commendatũ, & Beneficiorum ſolvitur. Mendo *de Ordinib. Militarb. di. q. 10. n. 46.* quinimo omnes Regulares ſubſidium ſolvere tenentur, adeò vt ad ſolutionem cenſuris compelli poſſunt. Rodericus *tom 3. Regul. q. 74. art. 1.* Lezana *in Mare magno Mino. num. 120.* quibus fundabatur Ordinarius Hiſpalenſis anno præterito 1659. ad excommunicandam Monialem Hieroſolymitanam Cõventus S. Eliſabet, & in ſua allegatione typis data *num. 28.* pro ſua opinione allegavit Rodericum, & Lezanam, Mendo non relato; cui ſatisfactum fuit in defenſorio Apologetico *num. 207. & 208.* ſcripto in favorem Ordinis Hieroſolymitani, vbi probavi ex citatis conſtitutionibus exemptos eſſe Hieroſolymitanos à ſolutione, & exactione charitativi ſubſidij, & ita minimè poſſe excommunicari, nec à ſuo iudice, quanto magis ab alieno, & incompetente. 10

An ergo exemptio á muneribus, & collectis procedat in caſu belli, & tempore neceſſitatis, dubium vertitur; & quod Hieroſolymitani in his caſibus non ſint exempti, probatur, quia ſi tempore neceſſitatis imponitur collecta, ab ea non ſunt exempta bona Eccleſiaſticorum. *l. nullus. C. de curſu publico, lib. 10. l. 2. C. de quib. munerib. vel præſtat. l. vnica vt nemin. liceat in empt. l. neminem. C. de ſacroſ. Eccleſ. Cap. non minus 4. Cap. adverſus, de immunit. Eccleſ. l. 52. tit. 6. p. 1.* neceſſitas enim facit licitum, quod de iure nõ erat, & neceſſitas nulli legi ſubiacet. Bobadilla *lib. 2. Polit. cap. 18. num. 297.* Cevallos. *q. 578. num. 2. & 4. tom. q. fin. ex num. 72.* Molina *de iuſt. & iur. tom. 3. diſput. 672.* Borrelus *de Præſtan. cap. 20. n. 46.* Caſtillo *de Tertijs, tom 7. cap. 9 numer. 24 & per totum.* Amaya *in* 11 12

l.3.C. de Annonis, & tributis, lib. 10.*nu.*36. Dueñas.*d. regul.* 100. *limit.*12. Klokius *de contribut. cap.*

13 12.*ex num.* 212. Sic enim Romæ vigente belli neceſsitate, exhauſto publico ærario, cum æs alienum Civitatis privatis exſolvi oporteret, Pontifices, Flamines, Augures, cæterique Sacerdotes Pecunias conferre coacti ſunt. Livius *lib.* 33. & Rex Ioas Iſrael pro neceſsitate tulit omne aurum, & argentum, & vniverſa vaſa, quę inventa ſunt in domo Domini.4. *Reg. capit.* 12.& Ezechias Rex dedit etiam omne aurum, & argentum, quod reperrum fuerat in domo Domini pro neceſsitate Patrię, & vt ei ſubveniretur,*eod.lib.cap.*18.

14 Facit etiã generalis regula, quod vbi tractatur de vtilitate generali Laicorum, & Eccleſiaſticorum ſimul, & mixtim, Eccleſiaſtici ſimul etiam cum laicis contribuere tenẽtur ex Ancharrano, quem ſequitur Abb. *in cap.non minus.*18.*de immunit.Eccleſ.* Decianus *conſ.*14 *n.*19. *vol.* 1. Octavianus Vulpelus *de libert.Eccleſ.lib.*1.*cap.*9.*n.* 30. Narbona *in.l.*57.*tit.*4.*lib.* 2. *Recopilat. gloſſ. vnic.num.* 17. Anſaldus *de iuriſdict.p.*5.*tit.*3.*cap.*3.*ex nu.*243 Marta *de iuriſd.*4 *p.caſ.*1.*ex nu.* 1. *vſque ad* 15. cum multis Caſtillo *de Tertijs,tom.*7.*cap.*9.*n.*28. *verſ. His etiam,* vt in compoſitione cum hoſtibus, ne fundi communes devaſtentur ab eis, & in cuſtodia vinearum, refectione murorum, viarum, fontium, & pontium, & alijs ſi-

15 milibus.*l. ad inſtructionem. C.de ſacroſ.Eccleſ. l.fin. C. de immunit. nemin. conced. lib.* 20. *l. final. C. à quib.munerib. vel præſtat. lib.* 10. *l.*11.*&* 12.*tit.*3.*lib.*1.*Recop. l.* 54. *tit.*6.*p.*1.*l.*20.*tit.* 32.*part.*3. & ibi Greg. Lop. Dueñas.*d.regul.*100.*limit.*16. Didacus Perez *in.l.*1.*tit.*3. *lib.* 1. *Ordinam.* Avilès *in capit. Præt.cap.*23.*gloſſ.den orden.* Menchaca *lib.*1.*controverſ.cap.*6.*nu.*4. Mexia *in Pragmat.panis concl.*1. *n.*59. Azeved. *in.l.*3.*tit.*11.*lib.* 1. *Recop.* Narbona *vbi ſup. n.*16. Gutierrez *de gabell.q.*92.*nu.*2. & latè *pract.lib.* 1.*q.*3. Flores de Mena *libro* 2.*q.*21.§.4.*nu.* 213. Bobadilla *lib.*2.*Polit.c.*18 *nu.* 302. Cevallos 4.*p.q.*896.*n.*617.*& q.*906.*ex num.* 336.*& p.*1.*q.*415. Salgado *de Reg. protect.p.*3.*c.*5.*n.*9. Otero *de Paſcuis.c.*8 *n.*11. Valençuela *conſ.*99. Caſtillo.*d.cap.*9 *per totum.* Barboſa *de iur.Eccleſ.lib.*1.*c.*39.*ex num.* 38. *vſque ad* 52. Purpuratus *conſ.* 50.*&* 335. Paulus de Caſtro *conſ.* 323. Menochius *conſ.*800. Chacheranus *deciſ.*68. Tapia *deciſ.* 8. Paſchalis *de virib.patr.poteſt.p.*4.*c.*4. *ex num.* 28. *cum ſeq.* Merlino *controverſ.c.*2.*n.*6. Klokius *de contribut.c.*9.*ex nu.*67.*& cap.*12.*ex num.* 224. Plures Theologi apud Dianã *part.*1.*tract.*2.*reſol.*39.*&* 41. Leſſius *de iuſt. & iur. lib.* 2.*capit.* 33. *dub.*3.*n.*24. Thomas Sanch. *lib.* 2. *conſ.Moral.cap.*4.*dub.* 55. *n.* 5. 7. 10.*& ſeqq.*

Ex quibus in caſu belli, & neceſ- 16
ſitatis Hieroſolymitanos teneri ad collectas pro communi vtilitate ſecundum proportionem bonorum tenet Ægidius Thomate *de collectis dict.*§.*ſi quiſpiam, num.* 5.*pagina* 271.

Verùm contrariam ſententiam, 17
& quod Hieroſolymitani immunes ſunt à collectis, etiam cauſa belli factis, & tempore neceſsitatis, multis probat Decianus *conſ.*51.*vol.*3. *ex num.*22.*cum ſeqq.* Buratus *deciſ.* 391.*n.*8. Rota *in Recenſ. deciſ.*72. *n.*6.*p.*1.*&deciſ.*65.*n.*2.*p.*5.*& deciſ.*63.*p.*1.*nu.*5.*apud Paulum Rubeum.* Tondutus *reſol. Benef. tom.* 2.*p.*3.*cap.*132.*n.*12.

Pro-

18 Probatur hæc opinio ex omnimoda, & generali exemptione concessa à Clemente VII. & à Pio IV. qui eximit eos à solutione, & exactione passagij, pedagij, gabellæ, datij, tractæ, collectæ, procurationis, iocundi adventus, iurium synodalium, censuum, & decimarum, etiá hortorum, pratorum, piscationum, & molendinorum, ad quæ cuilibet accessus nullatenus directè, vel indirectè prohiberi posset; & subdit, *Et cuiùsvis alterius oneris personalis, seu mixti, ordinarij vbicumque, & ex quacumque causa impositi, vel imponendi.* Et parum post addit, quod nec ratione delicti, neque contractus, neque rei sitæ possint molestari, *Etiam ratione personarum, vel rerum, animalium, ac bonorum suorum, ad aliquam solutionem pontium, fontium, furnorum, murorum, seu etiam aliarum Ecclesiarum, directè, vel indirectè quovis quæsito colore, vel ingenio.* Quæ verba cum sint ita vniversalia, intelliguntur exempti etiam ab oneribus insolitis, & privilegiatis, vt puta belli, & similium. Alexand. 19 *in l. si ex toto col. 2 ff. de legat. 1. & cons. 36. nu. 14. in 5.* Barb. *cons. 36.* Bald. *cons. 112.* Dec. *cons. 113. n. 4.* Valla *cons. 5. n. 35.* Decian. *d. cons. 51. nu. 22.* Reta apud Rubeum *ex num. 4.* vbi quod cum dicta privilegia concepta sint verbis generalibus, & præsertim verbo *quæcumq; quorumcumque*, & similibus, debet latissimè interpretari, adeò vt dicantur comprehendere etiam ea, quæ alias non comprehenderentur. Hondedeus *cons 86 n. 15. lib. 2.* ex vniversalitate enim verborum colligitur, quod exemptio sit ab omni onere, & molestia, quæ imaginari possit; notatur *in l. Gallus. § 1 ff. de liber. & posthum.* & est perinde, ac si omnia fuissent expressa, & succes-

sivè causa belli, pedis, & penuriæ, iuxta doctrinam Bartoli *in l. si fiae- issor. § meminisse, de legat. 1. & in l. vxorem § cæ ri plagâ, de legat. 3.* Cephal. *cons. 150. n. 8.* vbi quod tãtum operatur ita vniversalitas, quãtum si singuli casus etiam insoliti fuissent expressi. Nata *cons. 63 n. 11. vol. 1.* cum multis Klockius *de contribut. cap. 16. ex nu. 112. cum seqq.* præsertim quando hæc immunitas concessa fuit à Summo Pontifice Motu proprio, vt declarat idem Nata *cons. 160. n. 33 vol. 1. & cons. 397 num. 1. vol. 2.* & ob benemerita Religionis, & in vim contractus remu- 20
neratorij. Decianus *num. 25.* quod maximè procedit, vbi Religio iurisdictionem habet temporalem; Domini enim Vasallorum á collectis liberantur, Flores de Mena *lib. 2. q. 21. n. 251.* etiam extraordinarijs ex causa belli factis, cum multis Tondutus. *d. cap. 132. n. 6. & 7.* de Baronibus loquens Valençuela *cõs. 99. n. 56. & 65.*

Neque obstant in contrarium 21
tradita, nam quod dicitur de collectandis bonis Ecclesiæ tempore necessitatis, non derogat privilegium amplium Omnium Hierosolymitano concessum, & solum procedit, quãdo privilegium est simplex, non quando est geminatum, & per verba multum vniversalia, & ob benemerita, & in præmium laboris concessum. Decianus *num. 40.* Et Ec- 22
clesiastici, nec in casu necessitatis possunt collectari, nisi quando laicorum non suppetunt facultates, & tunc prius Summus Pontifex consuletur. *d. Cap. adversus, de immunit. Eccles. Cap. quanquam, de censib. lib 6* Diana. *p. 1. tr. 2. resol. 133.* Barbosa *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 5. n. 53. & de Potest. Episcop. 1. p. allegat. 13. n. 7.* Thomas Delbene *vbi infra num. 25.* & in casibus vbi

Eccleſiaſtici debent contribuere, à ſuis iudicibus Eccleſiaſticis compelli debent, non à Sæcularibus *dicto Cap. adverſus. Cap. non minus, de immunit. Eccleſ. Cap. Clericis. Cap decernimus, de iudicijs Authēt. item nulla communitas. C. ae Epiſcop. & Cleric. l. 54. tit. 6. p. 1.* Anaſtaſ. Germonius *de ſacrorum immunitate, lib. 3. cap. 17. nu. 53.* Marta *de iuriſdict. p. 4. caſu 9.* Anſaldus *eod. tract. p. 5. tit. 3. cap. 3. num. 350.* Diana. *p. 1. tr. 2. reſol. 42.* Thomas Delbene *de immunit. Eccleſ. 1. par. cap. 5. dub. 17. n. 16.*

23 Cum autem Fratres Hieroſolymitani exempti ſint à iudicibus laicis, & eccleſiaſticis, ſequitur, quod in nullo caſu, ſanctiſſimo inconſulto, poterunt collectari, nec per iudicem eccleſiaſticum, nec per laicum, à quorum iuriſdictione exempti ſunt; vt de collectis impoſitis à Clero, á Hieroſolymitanis non ſolvendis, probat Alexander Sperellus *deciſ. 21. n. 32.* vbi ita practicaſſe Genuę affirmat Klockius *de contributionib. cap. 14. n. 80.* vbi deciſum ita fuiſſe in Pariſienſi Senatu refert ex auctore Gallo Monſieur de Bret *en ſon Recueil. playode 27. pag. 151.* & ita deciſum fuit in Rota coram D. Cardinali Vbaldo apud Rubeum, *quæ eſt deciſio. 63. p. 1. noviſſim.* & apud Buratum, & primo fuit deciſum *in Leodienſi collectarum 19. Martij 1604. coram Ortēbergo, quæ eſt deciſio. 72. p. 1. in Re-*

24 *cenſ.* Ex eo, quod collectarum impoſitio eſt actus iuriſdictionis. Alexand. *conſ. 78. nu. 8. in fin. lib. 6.* Socin. *conſ. 129 n. 1. circa med. lib. 1.* Surdus *conſ. 262. n. 27. in fin. & 28.* qui propterea exerceri non poteſt niſi in ſubditum. Bartol. *in l. vnica, num. 25. C. de munerib. lib. 10.* Nata *conſ. 160. num. 7.* Surdus latè *conſ. 525. nu. 13.*

Exceptio prædicta collectarum, 25
an competat colonis Hieroſolymitanorum, dubitatur quoque. Et procedit difficultas tàm in colono partiario, quàm in eo, qui nummis colit, ac ſolvit penſionem in pecunia numerata. Et pars negativa probatur, quia collectę onus pertinet ad vſumfructuariū. *l. hactenus aliás* 26
l. vſufructu. 7. §. quoniā verſ. Hactenus. l. ſi pendente 27. §. ſi quid cloacarij ff. de vſufructu. l. quæro 28. ff. de vſufructu legato. Otalcus *deciſ. 86. nu. 4.* cum multis Klokius *cap. 11. ex num. 115.* & eodem modo ad colonum debet ſpectare; cum vterque fructus percipiat: & collectæ onus, ſit onus fructus reſpiciēs. 27
l. neque ſtipendium 13. ff. de impēſ. in reb. dotal. fact. Franc. Marcus *deciſ. 46. n. 9.* quo ſit, vt & colonus 28
ad decimarum ſolutionem teneatur *Cap. tua nobis, de Decimis.*

Probatur ſecundo, quia coloni 29
Eccleſiarum pro fructibus ſuis, & eorum parte ſeparata à ſolo, non ſunt immunes à collectis, & oneribus, vt tenent Federicus de Senis *conſ. 111. n. 9.* cum multis Theſaurus, qui ita deciſum refert, & benè probat *deciſ. 116 per totam.* Boerius *deciſ. 215. n. 19.* Rolandus *conſ. 61. n. 14. & 15. lib. 4.* Pinell. *de bon. matern. 2. p. ſub. n. 72.* Carroc. *de locato. q. 25 n. 34. & 35 & 43.* Cancer. *lib. 3. var. c. 3 n. 141.* qui etiam deciſum in Senatu Chataloniæ affirmat. Flores de Mena. *d. q. 21. n. 65. & 66.* Fontanella *de pact. nuptia. lib. tom. 2. clauſ. 5. gloſ. 4. nu. 46.* viginti ſex Doctores pro hac opinione referens Menochius *de Arbitrar. lib. 2. cent 6. caſu 562. nu. 37.* Barboſa *de iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 39. §. 5. n. 30.* Cevallos *quæſt. 727. & de violent. 2. p. q. 50.* Gutier. *pract. lib 4. q. 39. ex num. 4* Hodierna ad Surdum *deciſ. 1. num. 6.* Gloritus

reſp. 5.

resp. 5. nu. 39. & 40. cum alij. Noguerol *allegat. 38 n. 10.* Klockius *de contribut. cap. 11. ex num. 190. cum seqq.*

30 Contraria tamen sententia certa est, & probatur primò ex Bulla Clementis VII. qua expressè exẽptionis privilegium quo ad collectas conceditur quoque colonis Hierosolymitanis, ibi: *Et terrarum quas per se ipsos, vel alios eorum nominibus, etiam colonos, arrendatarios, & emphiteotas excolebant, & de quibus fructus percipiebant, & cuiusvis alterius oneris personalis, seu mixti, ordinarij, vbicumque, & exquacumque causa impositi, vel imponẽdi pro tempore liberaverat, & exemerat.* Quod confirmavit Pius IV. & Innocentius X. de colonis quoque faciens mentionem.

31 Secundò, quia exemptio concessa fuit bonis in clausula, ibi: *Prædia, domos, molendina, & quæcumq; bona.* Et ita colonis concessa videtur; quia sunt membra fundorum, vt dicitur *in. l. cum satis in princip. C. de Agricol. & censit. lib. 11.*

32 vndè quando immunitas est concessa fundo, intelligitur etiam concessa colonis eius. Bartol. *in. l. 1. C. de Annon. & tribut. vbi etiam Ioannes de Platea, lib. 10. col. pen.* & privilegia Religionũ à Gabellis, & Collectis, cum sint realia, quod transeant ad colonos eorumdem Regularium tenent communiter. DD.

33 Abbas *cons. 9 num. 2. lib. 1.* Peirinis *sup. privil. Minim. tom. 1. const. 2. Iulij. 11 §. 33 n. 142.* Diana *part. 2. tract. 1. resol. 19.* Pellizarius *in Man. Regul. tom. 2. tr. 8. cap 7. numer. 141.* Tamburinus *de iure Abbat. tom. 1. disput. 15 q. 21. nu. 9.* Anneus Robertus *rerum iudicatarũ, lib. 2. cap. 2.* Thomas Delbene *de immunit. Eccles. 1. p. cap. 5. dub. 7. sect. 17. & 18.* & de colonis Hierolymitanorum latè disputans concludit ita Decianus *dicto cons. 51. per totum.*

Et ad incontrarium tradita facilè 34
respondetur, ad primum verius esse, ad dominum non ad colonum collectã pertinere. §. *nullus Auth. de collatorib. l. litibus in fin. l. hi pœnes. 3. C. de Agricol. & censit. lib. 11.* vbi domini prædiorũ, & non coloni munera subire tenẽtur. Onus autem collectarum imponendum est ei, qui possidet pro suo, & iure proprio lucratur fructus. *l. 2. C. de* 35
Annon. & tribut. lib. 10. dict. l. hi pœnes, tenent multi relati, & secuti à Narbona *in. l. 57. tit. 4. lib. 2. Recop. gloss. vnic. nu. 37.* Carroc. *de locat. 4 p. tit. de collect. pag. 209.* cum alijs Amaya *in. d. l. 2. C. de Annon. & tribut. n. 53. vbi num. 55.* limitat resolutionem in onere Decimarũ, quod est onus fructuum, ad quas tenetur colonus.

Ad secundum respondetur etiã 36
verius esse, quod coloni Ecclesiarum sint exempti à collectis per textũ *in. l. 2. C. de Episcop. & Cler.* quo succurritur non solum Clericis, sed & liberis, ac ministris eorũ, vbi Gloss. innuit, quod privilegia concessa Clericis, includant ministros, & sic colonos; & meliùs *ex capit. generaliter. §. novarum. 16 q 1. Cap. Ecclesiarum. 12 q. 2.* vbi terrui Ecclesiarum non debent fatigari publicis Angarijs. Et tenent Ægidius Thomate *de collectis. §. quispiam num. 8.* vbi dicit, quod illa sunt verissima suo iudicio Dueñas. *regul. 100. ampliat. 2.* Bartol. *in. l. privatæ. C. de excusat. muner. lib. 10.* Ias. *in. l. 1. n. 31. C. de iur. emphit.* Panormitan. *cons. 9. vol. 1. & cons. 53.* Nata *cons 409.* Gratus *cons. 130 lib. 1.* Bursatus *cons. 25. n. 6 lib. 1.* Marcus Antonius Eugenius *cons 96. n. 22. lib. 1.* Fachineus *lib. 1, controvers. cap.*

cap.91.lit.C. vbi ex alijs fundamẽtis benè probat, & quindecim Doctores relati à Menochio *vbi ſupra num.46.* & de colonis partiarijs latiſſimè probat Sperellas *deciſ.41.* 37 *cum tribus ſequentibus vbi nu.84.* plures pro hac parte refert Doctores, *& deciſ 42.n.21.* teſtatur ſacrã Congregationem ſuper controverſijs Iuriſdict. *in vna Civitatis Plebis, & in alia Viterbien. 23. Decembr. 1627. & in Imolen. die 20. Februarij 1629. in Neocaſtren. die 13. Auguſti eiuſdem*, cenſuiſſe, *colonos partiarios gaudere exemptione à muneribus*, cum multis Thomas Delbene *de immunit. Eccleſ. 1.p.c.5.dub.7.ſect.18.* & tenent alij per Theſaurum *d. deciſ.116. nu.4.* & in additione filij eius, qui pro hac parte alios retulit, quibus addi poſſunt Diana, & alij relati *num.33.* ex quibus verior videtur hæc opinio, vt agnovit in noſtris terminis Theſaurus Iunior in prędicta additione ad Patrem, vbi intendens ſatisfacere Doctoribus, qui contrariam opinionem pro colonis Eccleſiarũ ſcripſerunt, reſe ens terminos, & caſus eorum, fatetur, quod privilegium Hieroſolymitanorum bonis eſt conceſſum, & quod Decianus loquitur in privilegio bonis conceſſo, loquendo de bonis Equitum Hieroſolymitanorum.



CAPVT III.

DE EXEMPTIONE Gabellarum Ordinis Hieroſolymitani. Et an competat idem privilegium Militibus aliarum Militiarum; & quid de Novitijs, & de Colonis, & de conductoribus bonorum; & de ijs bonis, quæ ex negociatione, & lucro acquirunt.

SVMMARIVM.

Gabellarum exemptio competens Ordini Hieroſolymitano refertur. 1.

Hieroſolymitani privilegijs Clericorum, & Regularium gaudent quatenus privilegia ſua diſponunt, & potiuntur privilegio reſtitutionis in integrum, & privilegio Cap. Odoardus, de ſolut. 2.

Eccleſiaſtici à Gabellarum ſolutione exempti ſunt. 3. & 4.

Gabellarum exemptio competit Militibus S. Iacobi, Calatravæ, & Alcantaræ. 5.

Gabellam an ſolvere teneantur Militares Regulares pendet à quæſtione, an ſint religioſi cenſendi, vel laici. 6.

Gabellarum exemptione gaudẽt novitij etiam Militares. 7.

Gabellarum exemptio competit colonis Hieroſolymitanorum. 8.

Leg. 9 tit. 18 lib. 9. Recopilat. de Gabellis Commendatariorum decidens, quod de fructibus Commendarum Gabellæ non ſolvantur, exponitur. 9.

Gabel-

Gabella ſolvitur de herbis Commendarum vbi fuerit conſuetudo ſolvendi. 10.

Clerici Militares ab omni Gabella etiam in bonis patrimonialibus liberi ſunt. 11.

Gabellas ſolvere tenentur conductores fructuum Hieroſolymitanorum. 12.

Conductores decimarum Gabellas ſolvunt. 13.

Gabellam ſolvunt Clerici Fratres ex negociatione, & de ijs, quæ lucro acquirunt. 14.

1 EXemptio Gabellarum Ordini Hieroſolymitano, Fratribus, & Colonis conceſſa, patet ex Bulla Clementis VII. quam confirmavit, & ampliavit Pius IV. *in Conſt.* 8. *quæ incipit, Circumſpecta, kalend. Iulij* 1560 *apud Laert. Cherub. tom.* 2. *pag.* 9. ibi: *Necnon à ſolutione, & exactione Paſſagij, Arreragij, Gabellæ, Datiæ, Tractæ, Collectæ, Procurationis, iocundi Adventus, Iurium etiam Synodalium, Cenſuum, & Decimarũ etiam novalium, etiam Hortorum, Pratorum, Piſcatorum, & Molendinorum, ad quæ cuilibet acceſſus nullatenus directè, vel indirectè prohiberi poſſet, & terrarum, quas per ſe ipſos, vel alios eorum nominibus, etiam Colonos, Arrendatarios, & Emphiteotas excolebant, & de quibus fructus percipiebant, & cuiuſvis alterius oneris perſonalis, ſeu mixti, Ordinarij, vbicumque, & quacumque cauſa impoſiti, vel imponendi, pro tempore liberaverat, & exemerat.* Ex cuius conceſsionis tenore exemptionem Gabellarum Ordini Hieroſolymitano concedere, certũ eſt. Diana *p.* 3. *tract.* 2. *reſo.* 30. *verſ. Quarto.* Thomas Delbene *de immunit. Eccleſ. p.* 1. *cap.* 3. *dub.* 11. cum multis Alexander Sperellus *in deciſ. fori Eccleſiaſtici, deciſ.* 21. *num.* 31. Etenim privilegijs Clericorum, & 2
Regularium gaudent Hieroſolymitani, quatenus ſpecialia ſua privilegia diſponunt. Gutierrez *de Gabellis lib.* 7. *quæſt.* 95. *num.* 12. Tapia *in authentic. Ingreſſi. C. de ſacroſ. Eccleſ. cap.* 34. Dueñas, Ponte, Marta, Caballus, Giurba, & Marqueſanus relati, & ſequuti à Sperello *num.* 32. Vnde poſſunt vti beneficio reſtitutionis in integrum, & privilegio. *Cap. Odoardus, de ſolut.* prout cœteri Eccleſiaſtici illis frui poſſunt. Novarius *de elect. fori ſect.* 2. *quæſt.* 69. *num.* 14. *in vlt. impreſs.*

Item, quia cùm perſonæ Eccleſia- 3
ſticæ ſint, & propriè Religioſi, fori privilegio gaudent, & à Tributorum & Gabellarum ſolutione præciſè exépti ſunt. Barboſa *de vniverſo iure Eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 39. §. 5. *n.* 26. Ex eo enim, quòd ſint Eccleſiaſtici, veluti conſequens neceſſarium infertur, hos Milites, eorumque bona à Gabellis eſſe ſoluta: iura ſunt clara, & aperta *in Cap. fin. de vita, & honeſtate Clericor.* & ibi optimè per Abbatem. *Gloſſ. in Cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtitut.* Menchaca, qui ita argumentatur, *de ſucceſſ. creat. lib.* 3. §. 30 3. *p. num.* 306. *& controverſ. illuſtr. cap.* 105. *num.* 49.

Exemptio enim Gabellarum per- 4
ſonis Eccleſiaſticis Iure Divino, & Poſitivo conceſſa eſt; vt patet ex relatis ſupra *Cap. anteced. num.* 1. *Cap.* 1. 1. *de immuni. Eccleſ. lib.* 6 *Cap. Quãquam, de cenſib. eod. lib. Clement. in præſenti.* 3. *de cenſib. l. Placet. l. Ad inſtructionem. C. de ſacroſ. Eccleſijs, l.* 50. *tit.* 6 *p.* 1. *l.* 6. *tit.* 18. *lib.* 9. *Recop.*

Quæ exemptio Gabellarum com- 5
petit etiam Militibus S. Iacobi, Calatravę, & Alcantaræ, quia Religioſi ſunt: ita contra Bobadillam *in Politic. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *nu.* 264. Qui putat dictos Equites eſſe tantùm immunes á Gabellis quo ad bona Cõmen-

mendarum, tenent Diana *p.1. tract. 2. resol.* 50. Sperellus *decis. 2. nu.* 124 cum multis Barbosa *dict.* §. 5. *nu.* 26. Thomas Sanchez *cons. Moral. 1. p. libro 2. cap. 4. dub.* 58. Hoc enim dubium, an Gabellam solvere teneãtur Militares Regulares, pendere videtur ab illa quæstione, an verè sint Religiosi censendi, vel Laici; vt fatetur Gutierrez *dict. cap. 95. num.* 11. vnde in opinione, quæ Religiosos esse hos Milites tenet, eos à solutione Gabellarum exemptos esse præcisè dicẽdum est; si verò Laici iudicentur, aut non proprié Regulares, tunc exemptione Gabellarum quo ad propria bona non poterunt vti; siquidem subiecti sunt legibus sæcularibus, & Principum constitutionibus, Gabellas in bonis subditorum imponentibus.

7 Prædicta autem exemptio, & immunitas Gabellarum extenditur ad Novitios, etiam Militares; quia Novitij pars Religionis sunt, & in favorabilibus sub nomine Religiosorum continentur, & potiuntur privilegijs Regularium, & censentur personæ Ecclesiasticæ. Bertachin. *de Gabellis p. 7. princip. num.* 56 Flores de Mena *variar. lib. 2 quæst.* 21 §. 4 *num.* 198 Graffis *de effectib. Clericat. effect. 3. num.* 131. Molina *de Iustitia, & Iure, tom. 3. tract. 2. disp.* 671. *n.* 2. Thomas Sanchez *in Præcept. Decalogi, tom. 2. lib. 6. cap.* 10. *num.* 16. Malderus, Turrianus, Bartholomæus à Sãcto Fausto, & Barbosa relati, & secuti à Diana *p. 1. tract. 2. resol.* 38. Sperellus *decis.* 16. *num.* 19. Thomas Delbene *de immunit. Ecclesiast. part. 1. cap. 1. dub. 9. num.* 8. Riccius *part. 3. resol.* 132. Novar. *de elect for. tom. 1. sect. 2. q. 63. num.* 10. Greg. Lop. *in l. 4. tit. 7. part. 1. verbo, Novitius.* Donatus *part. 4 tract. 6 quæst.* 27. Pellizarius *in Manual. Regular. tract. 2 cap. 7. num.* 12. Bordonus *de profess. Regul. cap.* 11. *quæst.* 22. quidquid contrarium voluerunt Parladorus *rerum quotid. lib. 1. cap.* 12. §. 1. *nu.* 21. *in 2. edit.* Lassarte *de Decima venditionis, cap.* 19. *num.* 50.

Extenditur quoque exemptio Colonis Hierosolymitanis; quia realis est, concessa prædijs, & bonis quibuscumque. Et cum Colonis etiam loquitur privilegium, sicut competit exemptio collectarum. Decianus *cõsil.* 51. *vol.* 3. Carolus de Graffis *de effectib. Clericat. effect.* 3. *num.* 90. vbi asserit, in facti contingentia in Vrbe Panormi decisum fuisse pro emptoribus fructuum pendentium cuiusdã viridarij Religionis Melitensis contra gabellatos, qui prætendebant ius Gabellæ ab ipsis emptoribus, & hoc quia fructus non erant separati à solo tempore venditionis. Thom. Delbene *de immunitate Eccles.* 1. *part. cap.* 5. *dub.* 7 *sect.* 18. *num.* 8. Tamburinus *de iure Abbatum, tom.* 1. *disp.* 15. *quæst.* 21. *num.* 9. Diana *p.* 3 *tract.* 1. *resol.* 19 vbi tradit Abbatem, Menochium, & Peirinum: & faciunt tradita de collectis *Cap. anteced. ex numer.* 30. 8

Verùm, licèt quæ dicta sunt, de Iure Ecclesiastico procedant, de Iure tamen Regio apud Hispaniarũ Regna sic decisa est controversia *in l.* 9. *titul.* 18. *lib.* 9. *Recop.* ibi: *Ordenamos, y mandamos, que los Comendadores de las Ordenes de Santiago, Alcantara, Calatrava, y San Iuan, paguen la Alcavala de todas las cosas que vendieren, o trocaren: conque de los frutos, y rentas de sus Encomiendas, que ellos vendieren, o trocaren, no seã obligados a pagar, ni paguen Alcavala alguna: pero de las Yervas de las dichas sus Encomiendas, si, y adõde oviere costumbre de pagarla dicha Alcavala, mandamos que la paguen los dichos Comendadores.* Ad quam legem lectorem remittit in proposito Parladorus *lib.* 1. *rerum quotidianar.* 9

nar. cap. 3. §. 1. *num.* 18. & fatentur omnes Regnicolæ, Flores de Mena *lib.* 2 *variar. quæſt.* 21. *nu.* 204. Barboſa *dict. cap.* 39 *§* 5 *num* 26. Menchaca *dict. nnm.* 306. §. 30. *p* 3. *de ſucceſſ. creat.* Dueñas *regul.* 100. *ampliation.* 5. Gironda *de Gabellis.* 7. *part. princip. num.* 46. *ad fin.* Laſſarte *de Decima vendit. cap.* 19. *num.* 92. Gutierrez *dict. cap.* 95. *num.* 12. Azevedo *in dict. l.* 9. Bobadilla *in Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 264. Villadiego *in Polit. cap.* 5. *n.* 130 Bolaños *en el Comercio terreſtre, cap.* 14. *num.* 17. qui ſtãdum eſſe conſuetudini circa ſolutionem Gabellæ herbarum de Commẽdis dicit ibi: *Los Comendadores de las Ordenes de Santiago, Calatrava, y Alcantara, y San Iuan, han de pagar la Alcavala de lo que vendieren, o trocaren; ſalvo de los frutos, y rentas de ſus Encomiendas, de que no la deben, ſi no es de las Tervas dellas, adonde huviere coſtumbre de pagarla.* Vnde ſi fuerit conſuetudo non ſolvendi Gabellam de herbis Commendarum, ſervanda erit; lex enim in hoc deferre voluit conſuetudini: gabellotus autem probare debet conſuetudinem, tanquam fundamentũ intentionis, & exceptionem regiæ, quę eſt pro exemptione Commendarum, & fructuum Commendatorum.

11 Quæ legis deciſio tantùm procedit in Equitibus, qui Clerici non ſũt; nam Clerici Militares ab omni gabella etiam in bonis patrimonialibus liberi ſunt, *ex l.* 6 *eod. tit. & lib.* Et ſic limitat, & intelligit dictam legem Gutierrez *d. cap* 95. *num.* 14. quę omnia in praxi admiſſa ſunt ex dicta lege Regia: & licèt eius deciſio difficilis videatur, quatenus bona patrimonialia Hieroſolymitanorum non eximit à Gabellis, tamẽ conſuetudine ita admiſſum fuit in Regno, & ad eam lex Regia attendit, conſiderans Hieroſolymitanos Equites quaſi ſæculares quo ad bona ſua patrimonialia, & nõ propriè Regulares.

Procedit autem prædicta Gabellæ exemptio de fructibus Commendarum, quando ipſimet Commendatarij vendunt fructus Commendarum, aut eos permutant: ſecùs verò eſt in eorum conductoribus; hi namque ſolvere tenentur Gabellas ex horum fructuum venditionibus, & permutationibus; quia privilegium conceſſum dicta *lege* 9. mutatur, & ceſſat mutatione perſonæ: ſicut in conductoribus Decimarum, & cæterorum fructuum Eccleſiaſticorum, ex textu *in l. Licitatio §. fin. verſ. Mercatores. ff. de Publicanis, & vectigalibus* Gutierrez *dict. cap.* 95. *num.* 15. Bobadilla *in Polit. tom.* 2. *lib.* 5 *cap.* 6, *numer.* 31. Cevallos *de Violent. q.* 50. & 51. Sixtin. *de Regalib. lib.* 2. *cap.* 6. *numer.* 136. & 137. Barboſa *dict. §.* 5. *num.* 59. D. Larrea *allegat.* 57. *num.* 6 Noguerol cum multis *allegat.* 38 *numer.* 7. cum alijs Olea *de Ceſſ. iur. & act. tit.* 6. *quæſt.* 3. *num.* 3. & 5. 12 13

In ijs verò, quæ Clerici Fratres ex negotiatione, & lucro acquirunt, dubium non eſt, Gabellam ſolvere debere. *Cap fin. de vita, & honeſt. Cleric. Cap. Quanquam, de cenſib. libr.* 6 *Clement. præſenti, de Cenſib. l.* 46. & 49. *tit.* 6 *part.* 1. *l.* 7. *tit.* 18. *lib.* 9. *Recopil.* Greg. Lop. *in dict. l.* 46. *gloſſ.* 3. Matienz. *in l.* 11. *gloſſ.* 1 *nu.* 3. *tit.* 10 *lib.* 5. *Recopil.* Parlador. *lib.* 1. *rerum quotid. cap.* 3. *§* 1. *n.* 1. & 2. Azeved. *in dict l.* 7 *num.* 2. & 3. Gironda *de Gabell.* 7. *part. princip. num* 9. Laſſarte *dict. cap.* 19. *num.* 51. Gutierr. *de Gabell. quæſt.* 93. *nu.* 1. & 2. Bolaños 2 *p. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 10. Carolus de Graffis *de effectib. Clericat. effect.* 3. *num.* 175 Larrea *allegat.* 111. *nu.* 42. Anſaldus *de iuriſdict. p.* 5. *tit.* 4. *cap.* 3. *ex num* 8. Barboſa *de Iure Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 39. *§.* 5. *num.* 63. Thomas Delbene *de immunitat. Eccleſ.* 1. *par.* 14

cap. 5. dub. 3 ſect. 1. & 2. Quando autem ſit negociatio licita, & œconomica, & non lucri faciendi gratia, & illicita, vt Eccleſiaſtici de ſuis contractibus Gabellam ſolvere debeant, traditum eſt ſupra Diſcept. IX. Cap 4.

* * *

DISCEPTATIO XIII.

DE OMNIMODA EXEMPTIONE FRATRVM HIEROSOLYMITANORVM QVOAD IVDICES SÆCVLARES, ET ECCLESIASTICOS; ET DE IVRISDICTIONE PRIVATIVA ORDINIS.

CAPVT I.

DE PRIVILEGIO FORI, & iuriſdictione Ordinis Hieroſolymitani.

SVMMARIVM.

Divo Petro, & in Pontificali Sede ſucceſſoribus conceſſa fuit à Chriſto Domino poteſtas interior, quæ Ordinis vocatur; & exterior, quæ iuriſdictionis dicitur. 1.

Summus Pontifex habet vtrumq; gladium. 2.

Epiſcopi vocati ſunt in partem ſolicitudinis, Summus verò Pontifex in plenitudinem poteſtatis. 3.

Iuriſdictio Eccleſiaſtica à Divo Petro, velut Fonte, & Capite, in inferiores Prælatos derivatur. 4.

Prælatus vnuſquiſque alterius ſubditum non poteſt iudicare. 5.

Regularium exemptio ex Apoſtolicæ Sedis Poteſtate, Fonte, & Capite totius iuriſdictionis profluit. 6.

Regulares à principio iuriſdictioni Epiſcoporum ſubditi erant. 7.

Regulares exempti facti ſunt, & eorum Prælatis conceſſa eſt iuriſdictio quaſi-Epiſcopalis. 8.

Religio Hieroſolymitana exemptionem omnimodam, & fori privilegium quoad omnes cauſas civiles, & criminales habet. 9.

Hieroſolymitani exempti ſunt à iuriſdictione ſæculari, & ab Ordinaria Eccleſiaſtica, & ſolùm poſſunt cognoſcere de eorum cauſis ſui Ordinis Iudices in Sacra Aſſamblea ad hoc munus deputati. 10.

Bulla Pij IV. de exemptione Ordinis Hieroſolymitani, & privilegio fori traditur. 11.

Fori privilegio potiuntur Hieroſoly-

ſolymitani in omni loco, & Regno. 12.

Privilegia Pontificia ad omnes Catholicas Provincias extenduntur. 13.

Hieroſolymitanus non ſortitur forum ratione loci. 14.

Exemptus delinquens in territorio alieno à Iudice proprio puniendus eſt. 15.

Fori privilegium, & exemptio Hieroſolymitanorum procedit etiã in atrociſsimis delictis. 16.

Exemptio procedit in hæreſi impropria, in cuius crimine Ordinarius Eccleſiaſticus non poteſt procedere contra exemptos. 17.

Hieroſolymitanus violentas manus in Clericum imponens non poteſt ratione ſacrilegij declarari incurſus ab Ordinario. 18.

Hieroſolymitanus occidens Clericum non amittit fori privilegium 19.

Aſſaſinij crimen imputatum Hieroſolymitano, nes Iudex laicus, nec Eccleſiſticus poſſunt cognoſcere, ſed cognitio ſpectat ad Superiores Ordinis iuncto Epiſcopo loci. 20.

Iuriſdictionem vniverſalem in in Ordine S. Ioannis habet Magnus Magiſter, & Conventus. 21.

Concilium ordinarium, & completum vbi cauſæ tractantur, habet Ordo in Conventu Melitenſi. 22.

Priores cum Capitulis Provincialibus, quæ Aſſambleæ dicuntur, iuriſdictionem habent quaſi Epiſcopalem. 23.

Prior Eccleſiæ iuriſdictionem vniverſalem habet in omnes Fratres Capellanos. 24.

Commendatarij, & Baiulivi in ſuis Commendis, & Baiulivatibus Iudices Ordinarij ſunt. 25.

Iuriſdictio conceſſa Ordini Sancti Ioannis, & eius Prælatis eſt ad cognoſcendum de quibuſcumque controverſijs, cum incidentibus, emergentibus, annexis, & connexis. 26. *Et etiam in gradu appellationis uſque ad tertiam diffinitivam ſententiam.* 27.

Inhibendi quoſcumque Iudices, & advocandi quaſcumque cauſas, facultatem habent Iudices Hieroſolymitani. 28.

Carcerandi facultas in quocumque loco privilegiato conceſſa eſt Miniſtris Ordinis Hieroſolymitani. 29

Auxilium brachij ſæcularis invocare poſſunt Miniſtri Hieroſolymitani. 30.

Cauſæ Fratrum Hieroſolymitanorum inter ſe ſummatim, & ſine forma iudicij verbo tantum, & non ſcripto tractantur. 31.

Hieroſolymitani in omni iudicio, & contra quoſcumque teſtes recipi poſſunt. 32.

Fori privilegium Hieroſolymitanorum limitatur in caſibus, & delictis privative pertinentibus ad Tribunal Sanctæ Inquiſitionis. 33.

Hieroſolymitanum trahentes ad Tribunal ſæculare incidunt in Bullam Cœnæ Domini. 34.

Hieroſolymitani ad Eccleſiam confugientes non gaudent immunitate Eccleſiaſtica. 35.

VT rem altiùs repetamus, primò obſervandum eſt, à Chriſto Domino nedùm fuiſſe inſtitutam, & Divo Petro, eiuſque in Pontificali Sede ſucceſſoribus conceſſam poteſtatem interiorem, quæ Ordinis vocatur; foro ſcilicet animæ dumtaxat convenientem, quæ à peccatis abſolvimur, & ad pœnitentiam adſtringimus. Matth. *Cap.* 16. ibi: *Tibi dabo claves Regni Cœlorum.* Concilium Tridentinum *ſeſſion.* 14. *de Sacram. Pœnitent. cap.* 15. & 6. ſed etiam exteriorem, quæ iuriſdictionis dicitur; ad conſervan-

dam Eccleſiæ Maieſtatem, continẽ doſque in officio populos, neceſſariam deſignatam. Matth. *dict. Cap.* 16. illic: *Et quodcumq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum in Cœlis.* Et *Cap.* 18. Ioann. *Cap. fin.* ibi: *Paſce oves meas. Cap. Ita Dominus.* 19. *diſt. Cap. Quodcumque.* 24. *quæſt.* 1 *Cap. Nobis autem, circa finem, verſic. Nobis autem, de maiorit. & obedient.* Idcirco vtrumque gladium habet Summus Pontifex: Rota *in antiq. deciſ.* 40. *& in noviſſ. dec.* 200 Ioannes de Capiſtran. *de Poteſt. Papæ, part.* 1. *& part.* 3. Camilus Borrellus *de vtriuſque gladij poteſtate Pontificia.* Barboſa *de Iure Eccleſiaſtico, lib.* 1. *cap.* 1.

2

3 Quia vero Summi Pontifices non potuerunt omnibus Prouincijs intereſſe, eorum authoritate, per ſingulas Prouincias, & Diœceſes, ſinguli fuerunt Archiepiſcopi, & Epiſcopi diſtributi; qui ſingularum curam oviumque ſolicitudinem gererent: qui proinde vocati dicuntur in partem ſolicitudinis, Summi verò Pontifices in plenitudinem Poteſtatis.

4 *Cap. Multum ſtupeo.* 3. *q.* 6. *Cap. ad honorem.* 4. *de authorit. & vſu Pallij.* Eſt enim in inferiores Prælatos Eccleſiaſtica Poteſtas, & Iuriſdictio à Divo Petro, velut Fonte, & Capite derivata: *dict. Cap. Ita Dominus*, ibi: *Vt ab ipſo, quaſi à quo quam capite dona ſua, velut in corpus omne diffunderent.* Quę iuriſdictio ita conceſſa fuit, vt vnuſquiſq;

5 Prælatus ſuas oves agnoſcat, quarũ rationem Domino reddere tenetur vt ex multis oſtendit D. Ioſeph Vela *in Cap.* 1. *de officio Ordinar. p.* 1. *n.* 13. ita vt de alterius ſubdito non poſſit cognoſcere. *Dict. Cap. ita Dominus.* 19. *diſt. Cap. Continua.* 11. *q.* 1. Covarrub. *pract. cap.* 31. *nu.* 1. Paz *in praxi.* 2. *tom. prælud.* 1. *nu.* 3. vbi *ex Cap. Nullus, el.* 2. 9. *q.* 2. concludit, quod ſicut Epiſcopus nõ poteſt alterius ſubditum ordinare, ita neq; iudicare. Narbona *in l.* 59. *gloſ.* 1. *numer.* 6. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recop.*

Similiter ex eadem Apoſtolicæ 6
Sedis Poteſtate, Fonte, ac Capite totius iuriſdictionis, exempio profluit Regularium, non ſolùm quoad iuriſdictionem ſæcularem temporalem, ſed quo ad Ordinariam Eccleſiaſticam. Summi enim Pontifices prædictam Poteſtatem, & Iuriſdictionem conceſſerunt multis, eximẽtes eos à iuriſdictione Ordinariorũ. *Authent. Cauſa. C. de Epiſc. & Cleric. Cap. Quamvis.* 18. *q.* 2. *Cap. Cũ dilectus.* 8. *de Relig. domib. Cap.* 1. § *In eos. Cap. Ne alicui.* 5. *de privileg. lib.* 6. Concilium Tridentinum *ſeſ.* 7. *de reformat. cap.* 14. *& ſeſſ.* 14. *c.* 5 *& ſeß.* 28. *cap.* 11. Et ita licèt à prin 7
cipio Regulares iuriſdictioni Epiſcoporum ſubeſſent. *Cap. Monaſteria. Cap. Abbates.* 18. *q.* 2. tamen poſtea omnes ferè exempti facti ſunt. Tamburin. *de iure Abbat. tomo.* 1. *diſp.* 5. *q.* 1. & eorum Prælatis 8
conceſſa eſt iuriſdictio quaſi Epiſcopalis. Suarez *tom.* 3. *de Relig. libr.* 2. *cap.* 18. *num.* 3. *& lib.* 6. *cap.* 3. *& lib.* 10. *cap.* 5. Thomas Sanchez *tomo* 2. *Decalog. lib.* 5. *cap.* 1. Garcia *in Polit. Reg. tom.* 1. *trat.* 3. *dif.* 1. *dud.* 5. *punt.* 5. *nu.* 14 *& tom.* 2. *trat.* 1. *dif.* 1 *dud.* 1. *nu.* 4. D. Laurentius Matheu *de regimine Regni Valentiæ, tom.* 2 *cap.* 8. § 8. *ex num.* 309. *cum ſeqq.*

Quam exemptionem, & fori pri- 9
vilegium quo ad omnes cauſas civiles, & criminales conceſſerunt Religioni Hieroſolymitanę, eiuſq; Fratribus, & ſeruitoribus quamplures Summi Pontifices ex initio fundationis; Martinus V. Iulius II. Alexander VI. Pius II. Clemens VII. quorum privilegia refert, & confirmat Pius IV. *in Bulla, quæ incipit Circũſpecta, kalend. Iulij* 1560. *apud Laert.*

Laert. Cherub. tom. 2. fol. 9. Greg. XIII. in Bull. quæ incip. Quo magis 23. Martij. 1580. tom. 2. fol. 329. apud Cherub. Vrbanus VIII. in Bulla Exponi. 17. Februar. 1628. tom. 4 Bullar. fol. 92. Iunocentius X. in Bulla, Univerſalis Eccleſia. 1648. tom. 4. Bullar. pag. 268. & hoc privilegium agnoſcunt loquentes de Militibus Hieroſolymitanis, Gloſſ. in Cap. Tuarum. 11. de privileg. verbo, Privilegij. Felin. in cap. 2. n. 8. de foro competenti, & in cap. 2. de reb. Eccleſ. non alienand. num. 8. Pariſ. conſ. 24. n. 4. Oldrad. conſ. 128. Molfeſ. conſ. 33 Giurb. conſ. 21. nu. 3. & conſ. 77. Ann. ſingul. 207. Valal. conſult. 152 num. 10. Fatinac. conſ. 197 num. 3. lib. 3 & in praxi crimin. q. 8 num. 46. amplia. 20. Decian. conſ. 51 num. 9. lib. 3. & tom. 1. crim. libr. 4. cap. 9. num. 36. Rota deciſ. 72. num. 5. part. 1. Mohedan. deciſ. 10. Ludo vis. deciſ. 76. num. 1. & 87. num. 1. & 109. & 543. num. 3. Cęſar de Graſſ. deciſ. 1. num. 12. de probat. Chacheran. deciſ. 27. num. 28. Franch. deciſ. 479. n. 4. & 5. Sperell. deciſ. 21. n. 27 Petr. Greg. lib. 15. ſyntagm. cap. 34. num. 10. Renat. Chopin. de ſacra Polit. lib. 2. tit. 8. n. 23. Papon. lib. 1. tit. 10. arreſt. 1. & 2. Durãt. q. 6. fol. 41. Bellug. in ſpecul. Princip. rubr. 7. num. 7. Novar. forenſ. q. 42. nu. 2. Tapia in Auth. Ingreſſi. verb. Sua, cap. 14. num. 19. Amic. de Iure emphit. q. 25. nu. 5. Cavalc. de brachio Reg. p. 1. n. 83. & 88. Marqueſan. de commiſſ. p. 2. cap. 4. n. 71. Maſcard. de ſtatutis, concl. 1. n. 123. & ſeq Cabal. reſol. crim. cent. 1. caſu 64 nu. 2. & cent. 3. caſ. 225 n. 12. Maur. Burgius de modo procedendi ex abrupto q. 65. n. 58. Guazin. de defenſ. reorũ, def. 20. cap. 9 n. 17. Ioann. Maria Novar. de elect. fori, ſect. 2. q. 69. Tuſch. lit. H. concl. 107. Mendez in praxi, lib. 2. cap. 1. num. 10. Gratian. diſc. forenſ. cap. 363. num. 23. & cap. 457 num. 33. & cap. 880. n. 2. Bobad. in Pol. lib. 2. cap. 19 n. 15. Bolañ. in Curia Philip. 3. p. §. 1. nu. 13. Ceuall. de viol. 2. p. q. 149. Acac. Anton. Ripol. variar. reſol. cap. 1. n. 378. Marta de iuriſd. 4. p. caſ. 113. ex num. 32 Anſald. eod. tract. p. 2. tit. 11. c. 25. n. 74. & 75. Genuenſ. pract. q. 20. nu mer. 1. Graff. de effectib. Cleric. eff. 1 num. 109. Ricc. collect. 503. ampl. 1 Squill. de privileg. Cleric. cap. 7. numer. 46. Claſe. in Triumph. Ordin. S. Ioann. cap. 1. fol. 3. Carleval de iudic. tom. 1. diſp. 2. n. 408. & 418. Barboſa de Pot. Epiſc. alleg. 12. n. 45. & in ſumm. deciſ. Apoſtol. collect. 314 num. 6. Thom. Delbene de immun. Eccleſ. part. 1. cap. 1. dub. 11. Azor inſtit. Moral. part. 1. lib. 13, cap. 3 q. 3. Rebel. de oblig. iuſt. part. 2. lib. 3. q. 4 n. 13. Lezan. tom. 2. Regular. cap. 5. n. 39. Diana p. 3. tract. 2. reſolut. 30. verſ. 4. & p. 4. tract. 1. reſol. 86 in princip. Garcia in Polit. Reg. tom. 1. trat. 1. dif. 5. dub. 4. punt. 1. n. 8. Bonacin. tom. 3. de cenſur. diſp. 1. quæſt. 16. ſect. 1. punt. 3. n. 16. Michad. in Perfect. Conſ. tom 2. lib. 5. p. 4. trat. 3. doc. 6. num. 5. Bordon. in Conſ. Reg. reſol. 37. quæſt. 26. nu 70 Mendo de Ordin. Milit. diſq. 1. q 5 num. 118. & alij ſtatim referendi; qui omnes exẽptos eſſe Fratres Hieroſolymitanos à iuriſdictione ſæcu lari, & ab Ordinaria Eccleſiaſtica fatentur: & ita ſolùm poſſunt cognoſcere de eorum cauſis ſui Ordinis Iudices in Sacra Aſſemblea ad hoc munus deputati, aut Cõſervatores Apoſtolici virtute Bullarũm Apoſtolicarum ſuſcitati. Maſtrill. de Magiſtratib. lib. 2. cap. 6. n. 35. Maynard. deciſ. Tholoſ. 17. n. 1. Roderic. tom. 1. Regul. q. 2. art. 7. & q. 62. art. 13. Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 1. q 18. num. 3. Carleval. vbi ſupr. num. 451. Mendo diſq. 2. num. 68. Bobadilla

dict.

dict. num. 15. Marta *nu.* 32. Giurba *dict. conſ.* 77. vbi in fine decisum affirmat: & ita obſervat ſine difficultate praxis vulgaris vbique recepta. San Felicius *deciſ.* 251 *p.* 2. Carolus Maranta *reſp.* 89 *p.* 5. & *reſp.* 80. & *reſp.* 6. *part.* 2. Ioan. Bapt. Thoro *in compend. deciſ. verbo, Remiſſio part.* 2.

11 Et hanc exemptionem, forique privilegium clarè demonſtrant verbi Pij IV. in citata conſtitutione, ibi: *Et inſuper Hoſpitale, ac illius Baiulibas, Prioratus, Caſtellaniam Emposiæ, Domus, Cameras, Hoſpitalia, & loca quæcumque, nec non Magiſtrum Baiulibos, Caſtellanum Emposiæ, Priores, Præceptores, Milites, & perſonas eorũ ſubditos, vaſallos, colonos, & ſervitores, tunc & pro tempore exiſtentes, etiã Præſbiteros, curam animarum exercentes, quandiu illa exercerent, & in illorum obſequijs forent, ac illorum res, animalia, prædia, domos, molendina, & bona quæcumque, quæ obtinebant, & poſſidebant, ac in futurũ canonicè obtinerent, & poſſiderent, ſub Beati Petri, & dictæ Sedis, atq; ſua protectione ſuſceperat, ab omni iuriſdictione, correctione, onere, ſtatutis, bannis, dominio, ſuperioritate, & poteſtate quorumcumque Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Prælatorum, necnon quorumcumque temporalium dominorum, quavis poteſtate, etiam Imperiali, Regali, ac Ducali, fulgentium, præterquam dicti Hoſpitalis Ordinariorum tam ſpiritualium, quàm temporalium.* Et ibi: *Ita quod Archiepiſcopi, Epiſcopi, Prælati, Ordinarij, Vicarij, Officiales, locotenentes, & Iudices præfati, etiam ratione delicti, vel contractus, ſeu rei de qua ageretur, vbicumque cõmitteretur delictum, iniretur contractus, aut res ipſa conſiſteret, nullum in eos, vel ea iuriſdictionem, correctionem, viſitationem, ſuperioritatem, dominium, partitionem, extractionem, ſeu poteſtatem exercere, aut excommunicationes, aliaſve ſententias, cenſuras, & pœnas promulgare.*

Vnde hoc privilegio fori, Hierolymitani in omni loco, & Regno 12
potiuntur; quia non coarctatur loco, ſed vbicumque locorum eis adhæret. Carleval *dict. diſp.* 2. *nu.* 436 Diana *p.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 86, *in fine*. Thomas Delbene *de immunit. Eccleſ. dict. dub.* 11. *num.* 16 Privilegiũ enim ſe extendit ad omnia ea territoria, ad quæ ſe extendit poteſtas concedentis; & cùm ſit Apoſtolicũ ad omnes Catholicas Provincias extendi debet, in quibus ſtatuta à Sũmo Pontifice in cauſa Religionis 13
vigent, & ſervantur. *Cap. Cuncta per modum.* 9. *quæſt.* 3. *Cap. Solite.* 16. *de maiorit. & obedient.* & ita nõ fortitur Hieroſolymitanus forum ratione loci delicti, vt de iure aliàs deciſum eſt *in Authen. Qua in Pro* 14
vincia. C. vbi. de crimin. agi oport. Exemptus enim delinquens in territorio alieno, etiam ſecluſo privilegio Hieroſolymitano, à Iudice proprio puniendus eſt, & non à Iudice loci delicti. *Cap. Frater noſter.* 16. *quæſt.* 1. *Cap. Sicut nobis. § fin. de* 15
ſupplend. neglig. Prælator. Cochier *de iuriſdict. in exemptos. p.* 4. *q.* 32. *num.* 2. Valençuela Velazquez *conſ.* 74. *num.* 11.

Quę exemptio procedit in quo- 16
cumque crimine etiam graviſsimo, nam adhuc à proprijs Iudicibus ſui Ordinis Hieroſolymitanus puniendus eſt. Diana *dict. part.* 4 *tract.* 1. *reſol.* 86. vbi merito impugnat Villadiego *in Politic. cap.* 5. *num.* 112 qui inquit, Iudicem ſæcularem competentem eſſe contra Hieroſolymitanos in delictis gravibus, cùm reſo-

lutio

lutio contraria extra cõtroversiam sit; vt in omnibus delictis licèt gravibus, & atrocibus fori privilegio gaudeant, cùm sint verè Religiosi exempti â iurisdictione sæculari; & Ordinaria Ecclesiastica; & ita delinquentes à Iudicibus Ordinis plectũtur, etiam in atrocissimis delictis. Thomas Delbene *vbi supra nu.* 13.

17 Vt in hæresi impropria; in cuius crimine Ordinarius Ecclesiasticus non potest procedere contra exemptos. Cochier *de iurisdict. in exemptos p.* 4 *q.* 47. *num.* 2 *&* 3. Et de exẽpto per hypocrisim recipiente hostiam non consecratam. Calderinus *cons.* 4. *de hæreticis.*

18 Et in sacrilegio in casu. *Cap. si quis suadente diabolo.* 17. *q.* 1 si Miles Hierosolymitanus violentas manus in Clericum imposuerit, non potest declarari incursus ab Ordinario, sed tantùm à Superiore Ordinis. Lezana *tom.* 2. *Regul. Milit. cap.* 5. *n.* 39. de quo latè tractatur infra *cap.* 10.

19 Et idem est si Clericus occisus fuerit à Milite Hierosolymitano, nam fori privilegium non amittit. Carleval *de iudicijs, dict. disput.* 2. *num.* 459. Mendo *de Ordinib. Militarib. disquisit.* 2. *num.* 82.

20 Et in assassino, si Eques Melitensis huius criminis reus fuerit, nec iudex laicus, nec Ecclesiasticus, possunt eum declarare eius delicti auctorem; sed cognitio spectat ad Superiores Ordinis, iuncto Episcopo loci. Ita Clemens VIII. *in Bulla quæ incip. æqua, expedita ann.* 1595 *apud Laert. Cherub. tom.* 3 *Bullar. pag.* 52. Scortia *in selectas Summor. Pontif. constit. epist.* 159. Mendo *disq.* 1. *q.* 5. *num.* 119. Sperellus *decis.* 21. *nu.* 75. Barbosa *in summ. Apostolicar. decis. collect.* 314. *numer.* 10. Giurba *cons.* 49. *in fine*, quidquid ipse per iuris communis decisionem *in Cap.* 1. *de homiciaio in* 6. contrarium probare voluerit *cons.* 48. *per totum*, vbi latè de assassini crimine tractatur.

Est enim omnimoda, & privativa iurisdictio in Ordine: nam merum, & mixtum imperium habet Magnus Magister, & Conventus iuxta relata supra *discept.* 2. *cap.* 2. *ex num.* 14. adest etiam Concilium Ordinarium, & Completum in Cõventu Melitensi, vbi causę tractantur iuxta statutorum seriem, & consuetudinem, vt supra *Discept.* 7. *cap.* 1. *num.* 11. habent etiam iurisdictionem quasi Episcopalem Priores Militares in Provincijs, sicut & Abbates, cum Capitulis Provincialibus, quę Assembleæ dicuntur, vt supra *Discept.* 2. *cap.* 4. *ex num.* 3. item & Prior Ecclesiæ in omnes Fratres Capellanos iurisdictionem exercet; vt. *d. cap.* 4. *n.* 11. continetur. Et denique Commendatarij in suis Commendis intra limites suæ iurisdictionis Ordinarij sunt, ex dicta Pij IV. cõstitutione, & Bulla Gregor. XIII, iam relata. Barbosa *in summ. decis. collect.* 543. *num.* 2 Mendo *disquisit.* 10 *quæst.* 7. *nu.* 52 & decidituir in statutis Ordinis, *tit.* 11. *num.* 7.

21 Et huiusmodi iurisdictio ad cognoscendum de quibuscumque controversijs, cum omnibus suis incidẽtibus, emergentibus, annexis, & cõnexis, procedit, etiam in gradu appellationis vsque ad tertiam diffinitivam sententiam, denegata appellatione ad Rotam, vt est *decis.* 101. *diversi. sacr. Palat. p.* 3 *num.* 2. Et

22 cum facultate inhibendi quoscumq; Iudices, & advocandi quascumque causas, & in quocumque loco quantumvis privilegiato; Imperatoris, Regum, & Principum, etiam Ecclesiasticorum, carcerandi per Ministros, ac capiendi; & captos Fratres

23

24

25

26

27

28

29

ad

ad Conventum cum cuſtodia tranſmittendi, vel poſt capturam liberandi; vt in Bulla Pij IV. continetur: & contradictores quoſcumq; per ſententias, cenſuras, & pœnas compeſcendi, invocato etiam ad hoc, ſi fuerit opus, auxilio brachij ſæcularis, vt ex Bulla Innocentij X. patet.

31 In cauſis autem, quæ inter ipſos Fratres verſantur, ſummatim, & ſine aliqua forma iudicij, verbo tantùm, & non ſcripto proceditur, iuxta ſeriem ſtatutorum, *tit 7. de Concilio, & iudicijs, num.* 1. argum. *l.* 3 §. *Quoties. C. de privileg. ſcholar. lib.* 12. vbi Gloſſ. *verb. Conſentientibus, verſ. Sed hodie*, notant in terminis Buratus *deciſ.* 117. *num.* 6. Rota coram Virili *deciſ.* 149. *nu.* 14. *apud Rubeum*, 1. *p. noviſs.* In ijs autem,

32 & in omni iudicio, & contra quoſcũque, Fratres Hieroſolymitani inteſtes recipi poſſunt, ex Pio IV. *in Bulla Circumſpecta, fol.* 13.

33 Prædicta tamen exemptio, & fori privilegium limitatur in caſibus, & delictis privativè pertinentibus ad Tribunal Sanctæ Inquiſitionis, ex *Cap. Inquiſitores.* §. *Denique, de hæreticis. lib* 6 *Extravaga. Matthæus, eod. tit.* Concil. Tridentin. *ſeſſ.* 24. *cap.* 5. *de reforma.* Paulus V. *in Motu propr. incipit, Romanus Pontifex, ann.* 1606. *apud Cherub. Bulla* 26. Garcia *in Polit. Regular. tom.* 1. *tra* 8. *dif.* 2. *dud* 4. *pũt.* 1. *n.* 13 Mendo *diſq.* 2. *q.* 2. *n.* 90. vbi multos refert.

34 Prædicto igitur caſu excepto, Hieroſolymitani Fratres in omni negotio civili, vel criminali fori privilegio gaudent, quod adeò procedit, vt trahentes, vel trahi facientes hos Equites Hieroſolymitanos ad Curias ſæculares incidunt in excommunicationem inflictam *in canone* 15. *Bullæ Cœnæ Dñi*, vt per Duardum *ibidem, quæſt.* 28. *num.* 1. Bonacina *de cenſuris, diſp.* 1. *q.* 16. *ſect.* 1. *punct.* 3. *num.* 16. Sperellus *deciſ.* 21 *num.* 28. Thomas Delbene *vbi ſupr. dubit.* 11 *nu.* 13. Nouarius *de elect. fori, ſect.* 2. *q.* 69. *n.* 26. *in vlt. impreſſione.*

Hieroſolymitani verò delinquẽtes ſi ad Eccleſiam confugiunt, non 35 gaudere immunitate Eccleſiaſtica, & à ſuis Prælatis extrahi poſſe, tenet Novarius *de electione for. ſect.* 3. *quæſt* 13. *num.* 7. *in vlt. impreſſ.* Sicut de Religioſis omnibus obſervat praxis, & tenet communis opinio Diana *p.* 1. *tract.* 1. *reſol* 25. Sed hęc reſolutio dubia mihi eſt, eius autem cognitio dependet tantùm ex prædicta quæſtione, an Religioſi gaudeant immunitate Eccleſiaſtica? Nã ſi affirmativa pars defendatur, Hieroſolymitani immunitate Eccleſiaſtica gaudebunt; & ſi negativa, contra Hieroſolymitanos procedet etiã reſolutio.

CAPVT II.

DE FAMVLIS, Miniſtris, Oblatis, & Confratribus Ordinis Militaris Sãcti Ioannis Hieroſolymitani, an gaudeant privilegio fori?

SVMMARIVM.

FOri privilegio gaudent Servientes Eccleſiæ. 1.

Fori privilegio gaudent Famuli Militiarum. 2

Famuli Hieroſolymitanorum fori privilegio gaudent. 3.

Famulorum appellatione intelliguntur, qui in miniſterio ſunt Fratrum. 4.

Donati

Donati Familiares, & Servitores Ordinis Sancti Ioannis potiuntur privilegio fori. 5. Item Vasalli, & Coloni. 6.

Cap. 11. sess. 24. Concili Tridentini de Famulis Militiarum traditur. 7.

Servientes Militijs vt fori privilegio gaudeant, quatuor qualitates habere debent secundùm Riccium & Cerolam. 8. sed convincitur. 11. 12. 13.

Exemptos subijcit Concilium Ordinario tamquam delegato, exceptis duobus casibus. 9.

Concilij decretum in Famulis nõ exposcit professionem, sed tres conditiones, quod actu serviant, quod intra sæpta, & domos resideãt, & quod sub obedientia vivant. 10.

Famulorum obedientia, vt fori privilegio gaudeant, non est Religiosa, sed servilis. 11.

Greg. XIII. idem quod Concilium Tridentinum in Cap. 11. sess. 24. de exemptione Famulorum Militiarũ statuit. 12.

Oblati vt gaudeant privilegio fori debent emittere professionem. 13.

Ministri, & Familiares Priorũ Hierosolymitanorum, & aliarum Militiarum fori privilegio gaudẽt. 14. & 17.

Familiares Episcopi gaudent privilegio fori. 15.

Notarij, Cancellarius, Nuncius, Fiscalis, Custos carceris, & Executores Audientiæ Episcopalis privilegio fori gaudent. 16.

Oblati, seu Donati fori privilegio gaudent. 88.

Oblati Hierosolymitani Ordinis fori privilegio gaudent. 19.

Concilij decretum in Cap. 11. sess. 24. potest intelligi de Oblatis. 20.

Iurisdictio concessa Ordinario in Concilio Tridentino contra Oblatos est cumulativa, & non privativa ad Superiores Regulares. 21. Et in criminalibus, non in civilibus. 22.

Confratres Ordinis S. Ioãnis gaudere privilegio fori vult Riccius, 23 contraria opinio est certa. 24. & 27.

Tertiarij, & Eremitæ fori exemptione non potiuntur. 25.

Confratres Ordiuis S. Ioannis, quæ faciunt in Ordine, & quibus privilegijs potiantur. 26. & 27.

FAmulos, seu Servientes Eccle 1
sijs Hierosolymitanorum, & Collegijs eorum, exemptos esse á iurisdictione sæculari, & Ordinaria Ecclesiastica, & gaudere privilegio fori, & exemptione omnimoda, probatur primò ex eo, quod Servientes Ecclesiæ gaudent privilegio fori in gratiam ipsius Ecclesiæ. *Cap. Ecclesiarum servos. 12. q. 2. Cap. 2. de Foro competenti. Cap. fin. de Officio Archidiaconi. Cap. 1. de pœnis, lib. 6. l. 2. C. de Episcopis, & Clericis.* Barbosa *de vniverso Iure Ecclesiast. lib. 1. cap 39. §. 2 ex nu. 52. cum seqq. & §. 3. ex num. 1.* Et de Famulis Militiarum loquendo Ginesius Morote *in Patrocinio Ordinis de Alcantara, n. 121.* Mendo *de Ordin. Milit. disq. 2. q 2. num 72.* 2

Secundo, ex speciali privilegio 3
exemptionis omnimodæ per Alexãdrum IV. concesso Famulis Hierosolymitanorum, vt referunt Casarrubius *in Compend. privileg. Mendicant. verb. Familiares, num. 10.* Lezana *tom. 2. Regul. cap. 16. num 4.* Garcia *in Polit. Regul. tom. 1. trat. 8 dif. 3. dud. 3. num 5.* Et concessione Clementis VII. & aliorum Summorũ Pontificum per Pium IV. *in Bulla, Circumspecta, kalend. Iulij. 1560. apud Laert. Cherub. tom. 2. fol. 9.* vbi non solùm fori exemptionem concedit Summus Pontifex Fratribus, sed eorum Vasallis, Subditis, & Servitoribus, quod sanè intelligendum

4 dum eſt de ijs omnibus, qui ſunt in miniſterio ipſorum. Argum. *l.2.C. de Epiſcop.& Cleric.* & quæ tradit Barboſa *vbi ſup.* § 3.*n.*3. & Mendo *dict.num.*72.vt de Servis Hieroſolymitanorum loquitur Acac. Antonius Ripol. *varia.reſol.cap.*1.*n.*378 eſtque etiam Bulla Clementis VIII. 18.*Septembr.*1595. quæ comprehẽdit non ſolùm Equites Hieroſolymitanos, ſed Donatos, Familiares, Servitores, & Collegijs Inſervientes, & ex ea tenet ita Thomas Hurtado *tomo* 1.*reſolut.Moral.tract.*1.*cap* 4. 6 *reſol* 45.*num.*431. Et Vaſallos, Colonos, & Servitores comprehendit etiam Bulla Innocentij X. *Univerſalis Eccleſia.*1648. *tom.*4. *Bullar. pag.* 268.

7 Verùm, ad huiuſmodi exemptionem Famulorum Concilium Tridẽtinum de noſtris Hieroſolymitanis *Cap.*11.*ſeſſ.*24 petit, quod actu ſerviant, & intra eorũ ſæpta, ac domos reſideant, ſubque eorum obedientia vivant: nam cùm Concilium revocet privilegia, & exemptiones Protonotarijs, & alijs Miniſtris conceſſa, & de ijs, qui ſe offerunt ad ſervidum Hoſpitalibus, & Militaribus, excipit duos caſus ita: *Exceptis ijs, qui prædictis locis, aut Militijs actu ſerviunt, & intra eorum ſæpta, ac domos reſident, ſubq; eorum obedientia vivunt: ſive ijs, qui legitimè, & ſecundùm Regulam earundem Militiarum profeſſionem fecerint, de qua Ordinario conſtare debeat, non obſtantibus privilegijs quibuſcumque, etiam Religionis Sancti Ioannis Hieroſolymitani, & aliarum Militiarum.*

8 Quem Concilij locum exponunt Riccius *in praxi variar. reſolu.*41. *num.*3. Cerola *in praxi Epiſcop.p.*1 *verb. Exemptus. q.*3. vt Servientes Eccleſijs Religioſorum Militum, ſeu domibus quarumcumque Militiarum, gaudent hac exemptione, modo habeant has circumſtancias, & qualitates: primá, vt actu ſerviãt, ſecundam, vt intra eorum ſæpta, ac domos reſideant: tertiam, vt ſub eorum obedientia vivant: quartam, vt profeſſionem earum Militiarum faciant; de quibus conſtare debeat Ordinario. *Cap. Perro, de privilegijs.* & confirmãt ex Bulla Gregorij XIII & ex declaratione Sacræ Congregationis 169. & quod ita fuit obtentũ in facto Romæ, & Neapol. in cauſa Præsbyterorum ſervientium cuidã Parochiali Sancti Ioannis Hieroſolymitani terræ Pulei Venetian. Diœceſ. qui prætendebant exemptionẽ Archiepiſcopi. Et hæc allegabat in cauſa de facto Ordinarius Hiſpalenſis contra Miniſtros Hieroſolymitanos Parochiæ S. Ioannis de Acre huius Civitatis, quos ego defendi.

Sed hæc Riccij, & Cerolę expoſi 9
tio non adaptatur, nec verbis, nec menti Concilij; nam Conciliũ duos caſus excipit; vnum eorum, qui actu ſerviunt, & intra ſæpta, ac domos reſident, ſubque eorum obedientia vivunt, qui eſt primus caſus; & alterũ eorum, qui legitimè profeſſionem fecerint, de qua conſtare debeat Ordinario. Et quòd hi caſus ſint diſtincti, patet ex litera, & ex dictione *ſive* in ea adſcripta, quæ dictio *ſive* alternativam inducit, ſicut dictio *aut*. Barboſa *de dictionib. dict.*324. *num.*2. Nam prædictum decretum ſubijcit omnes exẽptos Ordinarijs tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatis, præterquam in caſibus, quos excipit *in verſ. Exceptis tamen*, vt attentè perlegenti, & expendenti Tridentini locum apertè conſtabit, & deciſum ita refert Carolus Maranta *reſp.*80.*num.*30.*&* 37.*p.*4. notantque Carleval. *de iudicijs tom.*1.*lib.*1 *diſp.*2.*nu.*444. Bobadilla *lib.*2.*Pol. cap.*19.*num.*17. latè Giurba *conſ.*77.

num.

num. 14. & non esse vnum casum exceptum, sed duos, convincitur etiam ex plurali locutione, quę duorum numero ad minus debet esse cõtẽta, ex *regula Iuris* 40. *lib.* 6. & etiã
c quia Famuli, de quibus loquimur, dicti Servitores, & Familiares in
10 prædictis Bullis exemptionis Hierosolymitanæ non faciunt in Ordine professionem, & ita Concilium in ijs non exposcit professionem. Vnde rectè Lezana *dict. cap.* 16. *nu.* 14. cum Peirinis ab eo relato inquit, quòd Concilium in his tantùm requirit tres conditiones; primã, quòd actu serviant; secundam, quod intra sæpta, ac domos resideant; tertiam, quod sub obedientia vivant. Et hác
11 v timam explicat ita: *Secundò, verba illa subque eorum obedientia, non intelligi de obedientia Religiosa, sed de obedientia servili, qualem habent servi respectu dominorum suorum; aliàs prædicti Familiares non sæculares, sed Fratres essent: constat autem ex sequentibus verbis Concilium distinguere illos ab eis, qui veram professionem fecerint.* Suarez. 4 *tom. de Relig. tract.* 10. *lib.* 9. *cap.* 4. *num.* 11. Rodericus *tom.* 2. *Regul q.* 67. *art.* 3. Bobadilla *dict. cap.* 19. *numer.* 17. Bolaños *in Curia Philip.* 2. *p.* §. 1. *num.* 13. Maranta *dict. n.* 30 & 37.

12 Nec Bulla Greg XIII. nec declaratio S. Congreg. quidquam obstãt, quia Bulla solùm concedit Ordinarijs Ecclesiasticis tamquam Apostolicæ Sedis delegatis iurisdictionem, vt coercere valeant Equitum Hierosolymitanorum Vicarios, Familiares, Colonos, & Ministros iuxta dispositionem Sacri Concilij Tridenti ni *sess.* 24. *cap.* 11. nec novum ius statuit: quæ Bulla est 2. *tom. Bullar. fol.* 448. *apud Cherub.* vbi advertit Cherub. hanc iurisdictionem fuisse Ordinarijs à successoribus Pontificibus conservatam. Et hæc delegata iurisdictio, quòd sit iuxta dispositionem Concilij notat etiam Sperellus *dec.* 21. *n.* 79. Vnde cùm Concilium in 13
Servientibus non petat professionẽ malè Riccius, & Cerola ex capite addiderunt. Declaratio autem Sacræ Congregationis super dicto decreto conciliari, quę petit professionem, expresè loquitur de Oblatis, Farinacius *in Concil. Trident. par.* 4 *super sess.* 24. *cap.* 11. *vers. Etiam Religionis Sancti Ioannis Hierosolymitani.* Barbosa *de Iure Eccles. libro* 1. *cap.* 39. §. 2. *num* 44. *in medio.* De quibus etiam potest intelligi Cõcilium, vt infra continetur.

Extenditur quoq; prædicta exẽp 14
tio, & fori privilegium ad Ministros & Familiares Priorum Hierosolymitanorum, qui etiam nomine Servientium, & Familiarium comprehensi sunt in Bullis; & à paritate rationis, cùm certum sit huiusmodi Familiares Episcopi gaudere etiam fori privilegio. Barbosa *de potest. Episc.* 3. *part. alleg.* 107. *nu.* 9. & *de Iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *n.* 55. 15
Cevallos *de cognit. per viam violentiæ, q.* 50. *num.* 19. Donat. Anton. de Marinis *resol. quotid. cap. cap.* 117. *num.* 1. Ciarlinus *controuers. forens. cap.* 20. *num.* 14 & 28. latissimè disputans Diana *p.* 5. *tract.* 1. *resol.* 1. & *p.* 6. *tract.* 2. *resol.* 1. Ansaldus *de iurisdict. p.* 2. *tit.* 11. *cap.* 5. *ex num.* 34. *cum seqq.* Thomas Delbene *de immunit. Eccles.* 1. *part. cap.* 4. *dub.* 16.
vt sunt Notarij, Cancellarius, Nun- 16
cius, Fiscalis, Custos carceris, & Executores suæ Audientiæ. Narbona *in l.* 20. *glos.* 20. *num.* 17. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop.* Gratianus *discept. forens. c.* 340 *à princip.* & *cap.* 341. *num.* 1. 3. & 4. Giurba *cons.* 88. *per totum.* Riccius *in praxi, resol.* 474. *num* 4. 5. 8. & 11 Bellet. *disquisit. Cleric. p.* 1. *tit. de favore Cleric. reali.* §. 1. *nu.* 16. 17. &

18. Barbosa *dict. cap.* 39. §. 3. *nu.* 34. vbi tradit declarationem Sacræ Cōgregationis super negotijs Episcoporum, & Regularium. 25. *Aprilis.* 1614. *& n.* 35. *cum seqq.* ampliat, vt prædicta exemptio procedat, licèt Episcopi expensis non vivant, sed satis esse, vt dicti Ministri, seu Familiares sint in obsequio, & servitio Episcoporum: quæ omnia de Ministris Militarium Tribunalium respectivè procedunt, vt de illis tenet
17 Mendo *de Ordin. Milit. disq.* 7. *q.* 12. *num.* 133. & de Procuratoribus, & de Advocato Lezana *tom.* 2. *Regul. Milit. cap.* 17.

18 Eademmet exemptio fori procedit in Oblatis Hierosolymitanorū, qui se, & sua dedicant Religioni, & vivunt sub obedientia perpetuò, & irrevocabiliter; tùm ex eo, quod similes Oblati, seu Donati fori privilegio gaudent; vt ex Sacra Cardinalium Congregatione probat Barbosa *dict. cap.* 39 § 2. *num.* 45. *& de Potest. Episcop.* 1. *part. allegat.* 12. *num.* 39. Thomas Delbene *de immunit. Eccles. part.* 1. *cap.* 1. *nu.* 10 Novarius *de elect fori, sect.* 2 *quæst.* 64. D. Laurent. Matheu *de Regimine Regni Valentiæ, tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *num.* 187. Gratian. *cap.* 341. *num.* 2. *tom.* 2. Marinis *resolut. quotid. cap.* 114. *num.* 6 Aldana *in compend. Canonic. resol. lib.* 1. *tit.* 10. *n.* 14 *&* 15. Diana 4 *part. tract.* 1. *resol.* 31 Lezana *tom.* 2. *cap.* 8. *num.* 7 *&* 8. *& tom.* 4. *verb. Oblati num* 4 Fragoso *de Regim. Christi Reip part.* 2. *libro.* 1 *disp.* 2. *num.* 45 *&* 46. Garcia *in Polit. Regul. tom.* 1. *trat.* 7. *dif.* 2. *dud.* 3 Tum etiam, quia in Privilegijs, &
19 Bullis Hierosolymitanorum cōprehensi sunt, maximè in Bullis Clemētis VIII. & Innocentij X. vbi de Donatis expressa mentio fit. Ex quibus sic tenent Azeved. *in l.* 1. *tit.* 14. *nu.* 11. *lib.* 6. *Recopil.* Narbona *in l.* 8 *tit.* 5. *lib.* 1. *Recop. glos. vnic. nu.* 18. Gratianus *tom.* 2. *discep. forens. cap.* 341. *num.* 2. Marta *de iurisdict.* 4 *p. cent.* 2. *casu* 113. cum alijs Giurba *cons.* 21. *num.* 4.

Et de his loquitur, & intelligitur 20
etiam Concilium Tridentinum, *dict. sess.* 24. *num.* 11. vbi cùm revocarentur exemptiones; & privilegia Oblatis concessa, etiam Militiarum, & S. Ioannis Hierosolymitani, limitat Concilium in verbis, ibi: *Exceptis ijs, qui prædictis locis, aut Militijs actu serviunt, & intra eorum sæpta, ac domos residen, subque eorum obedientia vivunt.* Quam exceptionem, licèt de Famulis, & Servientibus multi intelligant, vt supra dictum est, alij exponunt de Oblatis, quia Religiosi sunt, & vt tales de omnibus privilegijs, & exemptionibus potiuntur: & de Oblatis Militiarum sic explicant Lezana *tom.* 2. *Regul. cap.* 8. *num.* 13. Rodericus *tom.* 1. *quæst. Regul. q.* 65. *artic.* 7. *& q.* 44. *art* 4. D. Ferdinand. Pizarro *in discursu apologetico pro Ordinib. Militarib. num.* 103. 104. *&* 105. Bobadilla *lib.* 2. *Polit. cap.* 18 *n.* 233. Barbosa *in collect. ad dict. Cap* 11. *Concil. Trident. nu.* 8. *& de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 39. *num* 44. ibi: *Et deducitur ex declaratione Illustrissimorū Cardinalium Sacr. Concil. Trident. interpretum super decretum sess.* 24 *de reformat. cap.* 11. *qui agentes de Oblatis Religionis Sancti Ioannis Hierosolimitani responderunt, quòd non inserviens actu Militiæ, nec inserviens in eius domo, nec sub illius obedientia, si non probaverit in ea legitimam professionem emisisse, nō debet eius privilegio gaudere: ex qua declaratione colligit Marta de iurisdict* 4 *p. casu* 134. *n.* 37. *requirere Illustrissimos Cardinales, quòd sic Oblati, vt gaudeant privilegijs Ecclesiasticis, se, & sua Religioni offerant*

ferunt, & perpetuò stent, & serviant Religioni.

21 Et de his Oblatis declaratum est à Sacra Congregatione Cardinalitũ, cuius declaratio ad literam traditur à Barbosa *dict. num.* 44. iurisdictionem concessam Ordinario esse cumulativè, non privativè ad superiores Regulares; nam inter alia proposita Congregationi tertium dubium fuit: *An iurisdictio, quæ vigore Cõcilij Tridentini Cap.* 11 *sess.* 24. *competit Ordinario in Oblatos carẽtes qualitatibus expressis ibidẽ in vers. Exceptis, intelligatur tributa Ordinario in Oblatos cumulativè, vel privativè ad superiores Regulares.* Et respondit ita: *Ad tertium respondit, in Oblatos carentes qualitatibus expressis in vers. Exceptis tributam esse Ordinario iurisdictionem cumulativè, non privativè*
22 *ad superiores Regulares.* Vbi etiam quod huiusmodi iurisdictio tributa Ordinario est tantùm in criminalibus, & non in civilibus: & aliæ quæstiones de Oblatis, quæ ibi decisæ sunt.

23 De Confratribus autem Religionis Hierosolymitanæ, qui mediam Crucem albam, quam vocant *Tau*, vestibus insutam publicè deferunt, an gaudeant privilegio fori, est dubium. Et affirmativam partem tenet Episcopus Vicequiensis Aloysius Riccius *tom.* 4. *resol.* 177. *num.* 3. putat enim dictos Confratres remitti debere ad Magnum Magistrum eorum Ordinarium superiorem, cũ sufficiat, quod militent sub dicta Religione: & ideo vt Donati, & Oblati debent quoque fori privilegio gaudere; maximè quia Bulla Innocẽtij X privilegia, & exemptiones ad Cõfratres extendit. Idem etiam tenet Thomas Delbene *de immunit. Eccles. tom.* 1. *cap.* 1. *dub.* 11. *sect.* 2. *numer.* 12.

Sed nihilominus contraria sentẽ- 24
tia est receptior, & communis; & à qua minimè recedere licet, quia hi Confratres sunt merè sæculares, & privilegium, & exemptio fori nullo iure eis concessa est, nec vivunt sub obedientia: vnde quæcumque privilegia non possunt eis suffragari; *ex dict. Cap.* 11. *sess.* 24. *Concil. Trident.* quæ conclusio est conformis constitutioni Pontificiæ Gregorij XIII. *in Bulla* 67. *Circũspecta, tom.* 2. *Bullarij novi edita* 25. *Novembr. anno* 1580. vt notant Carleval *de iudicijs lib.* 1. *tit.* 1. *disput.* 2. *num.* 455. Mendo *de Ordinib. Militarib. disq.* 2. *q.* 2. *num.* 84.

Pro cuius resolutione facit etiam 25
quòd Tertiarij, & Eremitæ, nisi tria vota substantialia cuiusvis Religionis emisserint, & vivant sub Superioris legitimi obedientia, fori privilegio, & exemptione non potiuntur. Panormitan. *in Cap. Nullus, de foro competenti, num.* 11. Covarrub. *practicar. cap.* 34. *num.* 4. Covallos *de cognit. per viam viol* 2. *p. q.* 33. cum multis Barbosa *dict. cap.* 39. §. 2. *numer.* 45. *& de Potest. Episc.* 1 *p. allegat.* 12. *num.* 41. *&* 42. Novarius *de elect. fori. sect.* 2. *q.* 67. *&* 68. *in vlt. impress.* Marinis *quotid. resol. cap.* 114. *num.* 3. D. Laurent. Matheu *de Regimine Regni Valentiæ, tomo.* 2. *cap.* 7. §. 1. *num.* 187. Cardinalis Lugo *de Iust. tom.* 2. *d.* 36. *sect.* 7. Virginius Avilfet *de privileg. Regul. sect.* 4. *dub.* 11.

Hos autem Confratres in statutis 26
Ordinis, vbi de eorum receptione tractatur, non dicitur vovere vota tria substantialia Religionis, castitatem, paupertatem, & obedientiam, sed quod suis viribus defendent Ordinem, & quæcumque nociva ipsis nota manifestabunt, & quod sæpiùs fit in Ecclesijs Ordinis, & quotannis in festo Nativitatis Sancti Ioannis

nis Baptiſtæ aliquid in recognitionem Confraternitatis Ordini largiẽtur; & propter huiuſmodi oblationes fiunt participes ipſi, & parentes omnium Officiorum diuinorum, Beneficiorum, Orationum, Miſſarum & piorum Operum, quę perpetuo in Religione fient. Ita deciditur in Statutis *tit. 2. num. 35.* vnde non ſunt Oblati, ſeu Donati, qui perpetuo ſe, & ſua dedicant Religioni, & viuunt ſub obedientia, & cum requiſitis Cõcilij Tridentini, vt fori privilegio potiantur.

27 Quam ſententiam probat de iure noſtro *l. 8. tit. 5. lib. 1. Recopil.* & tenent Narbona *ibi gloſ. vnic. nu. 4. & 26.* Azeved. *in l. 1. nu. 11. tit. 14. lib. 6 Recopil.* Bobadilla *lib. 2. Pol. cap. 18 num. 233.* Villadiego *in Polit. cap 5. nu. 115.* Giurba *conſil. 21.* Novarius *de elect fori, ſect. 2 q. 69. num. 39. in vlt. impreſſ.* Bolaños *in Cur. Philip. 3. p. §. 1. num. 13.* Carleval *d. diſp. 2 tit. 1. nu. 455.* Speculus *deciſ 21 nu. 77.* Mendo *diſq. 2. q. 2. num 84.* Barbola *d cap. 39 §. 2. n. 50* Rodericus *tom 2. Regul. q. 62. artic. 18.* Diana *p 3. tract. 1. reſol. 51.* Garcia *in Polit. Regul. tom. 1. trat. 1. dif. 5. dub. 4 punto. 2. num 9.* Pellizarius *in Man. Regul. tom. 1. tract. 1. cap. 3. num. 27.*

28 Nec obſtat, quòd militent ſub Religione, quia adhuc ſæculares ſũt & vxores ducunt; ſicut aliarum Religionum Confratres. Ad Bullam vero Innocentij X. de Confratribus loquentem reſpondetur, quòd privilegia, quæ petiuntur, ſunt proportionabilia ſtatui ſæculari, vt ſunt participationes Diuinorum Officiorum, & Indulgentiarum; priuilegiũ autem fori non conceditur illis in Bulla, in qua Summus Pontifex privilegia Ordinis confirmat: *Exceptis tamen decretis eiuſdem Concilij Tridentini, & Cõſtitutionibus Apoſtolicis, necnon aliys, in quibus ſpecificè eadem Religio exprimitur, & cõprehendi diſponitur, quæ in ſuo robore, & efficacia permaneant.* Vnde cùm in Concilio Trident. *d. ſeſſ 24. cap. 11.* expreſsè de Religione Sancti Ioannis Hieroſolymitani caueatur, quòd Seruientes, & Oblati non gaudeant priuilegio fori, niſi in caſibus ibi exceptis; ſequitur inde, Confratres, qui nec actu ſeruiunt, nec viuunt ſub obedientia, nec profeſſionem emittunt, fori priuilegio non gaudere.

CAPVT III.

DE NOVITIIS Ordinis Hieroſolymitani, & alijs Militaribus, an gaudeant priuilegio fori.

SVMMARIVM.

NOuitij Ordinum Militarium manent in ſæculo, & extra clauſtra. 1.

Cap. 11 ſeſſ. 24. de reformat. Concil. Trident. refertur. 2.

Novitij Hieroſolymitani, & aliarum Militiarum non gaudent priuilegio fori. 3. contra. 4.

Novitij Militares gaudent priuilegio Canonis. 5.

Factum cenſetur quòd de proximo faciendum eſt. 6.

Novitij Indulgentias lucrantur ſuis Ordinibus conceſſas. 7.

Novitius Militaris gaudet priuilegio fori, etiamſi ædes proprias inhabitet. 8.

Fori priuilegium non conceditur ob clauſuram. 9.

Res iudicata non obſtat Religioni Hieroſolymitanæ, & in quibus caſibus

ceſſibus res iudicata non obſtet. 10.

Concilium in Cap. 11. *ſeſſ.* 24 *non loquitur de Novitijs, ſed de Oblatis.* 11.

Novitius gaudet fori privilegio, etiam ſi poſt contractum crimen Habitum Militarem ſuſcepit. 12.

Fori privilegio quis non gaudet, ſi tempore capturæ ob delictum Habitum Militarem nondum ſuſceperat, etiam ſi fuiſſent factæ informationes. 14.

1 NOvitios Ordinum Militariũ non gaudere privilegio fori probatur primò; quoniam Novitius Militaris manet in ſęculo, vt in noſtris Hieroſolymitanis, qui in gradu Fratrum Capellanorũ admittũtur ab Aſſemblea, vidimus, & in Militibus, qui Novitiatum in ædibus proprijs ſolent habere: Novitij autem aliarum Religionum ſũt intra clauſtra Monaſterij. Ergo etiã ſi Novitius Monachus gaudeat fori privilegio, non gaudebit Novitius Militaris eo privilegio; quod practicatum fuiſſe in Novitio Ordinis de Alcantara in ſupremo Regio Caſtellæ Conſilio animadverſum eſt.

2 Secundò ex deciſione Tridentini *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 11. vbi cùm decidat Concilium non gaudere exemptione fori eos, qui ſe obtulerunt ad ſerviendum Hoſpitalibus, & Monaſterijs etiam Religionum Militarium limitat ibi: *Exceptis ijs qui prædictis locis, aut militijs actu ſerviunt, & intra eorum ſæpta, ac domos reſident, ſubque eorum obedientia vivunt: ſive ijs, qui legitimè & ſecundùm regulam earundem Militiarum profeſſionem fecerint, de qua Ordinario conſtare debeat, non obſtantibus privilegijs quibuſcumque, etiam Religionis S. Ioannis Hieroſolymitani, & aliarum Militiarum.* Ergo Novitius Militaris ante factam profeſſionem, cùm intra ſæpta Monaſterij non degat, non gaudebit privilegio fori.

Et ſic tenent Seraphin. Olivarius 3
qui de Novitijs Hieroſolymitanis loquitur *deciſ.* 549. *nu.* 3. Bobadill. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *nu.* 86. *& cap.* 19. *num.* 16. Roderic. *quæſt. Regul. tom.* 2. *q.* 62. *art.* 14. Maſtrill. *deciſ.* 290. *num.* 166. Cenedo *de paup. Relig. dub.* 50. *num.* 20. *in fin.* Pereira *de Man. Reg. p.* 2. *cap.* 58. *nu.* 27. *verſ. Illud ſemper.* Alvarez *de Privileg. Paup. part.* 3. *quæſt.* 17. *n.* 29. Villadiego de Hieroſolymitanis etiam ſcribens *in Polit. cap.* 5. *n.* 114. Bolaños *in Curia Philip.* 3. *p.* §. 1. *nu.* 13. qui licèt pro contraria opinione allegetur à Carlevalio, iſtam opinionẽ clarè tenet ibi: *De lo dicho ſe ſigue, que los Cavalleros de las Oraenes Militares de Santiago, Calatrava, Alcantara, y San Iuan, en las cauſas criminales ſolamente gozan del privilegio del fuero de ſu Ordẽ, aſſi deſpues de aver hecho profeſsiõ, como eſtando en ella en reclusion, y Noviciado para la hazer, como los Novicios en los Monaſterios.* Extra clauſuram enim, & Conventum cenſet, Novitium fori privilegio non gaudere.

Sed his non obſtantibus contra- 4
ria opinio verior, & vbiq; receptior eſt, & in facto defendi Novitium Hieroſolymitanum Carmonenſem inquiſitum de vulnere, quem Prætor illius Civitatis optabat carcerare, & per Conſervatorem inhibitus fuit; & tenent de omnibus Novitijs Militaribus, & ſpecialiter de noſtris Hieroſolymitanis quamplures DD. Scipio Rovitus *conſ.* 96. qui refert ſic fuiſſe deciſum per Sacrum Concilium Neapolitanum in Novitio Religionis Sancti Ioannis Hieroſolimitani, Regens Ioannes Franciſcus Sanfelicius *deciſ.* 251. *par.* 2. vbi

Fratem

Fratrem Carolum Paganum huius Religioni Novitium, vel tacitè saltim professum in carceribus Magnę Curiæ Vicariæ ob patrata crimina trusum, mense Martij anni 1637. ad Religionem eandem decreto eiusdem Magnæ Curiæ remissum fuisse. Carolus Maranta *resp.* 80. *p.* 4 *per totum* Giurba *cons.* 77. Costa *cons.* 42 *n.* 18 *lib.* 1. Valençuela *consil* 95 *n.* 53. D. Larrea *allegat.* 64. *ex nu.* 7. Speculus *de it.* 2. *num.* 156. Thoro *in compend. decis.* 2. *verb. Remissio.* Novarius *forens. q* 42. *á num.* 5 *p.* 1. *& de elect fori, sect.* 2. *q.* 69. *num* 29. Riccius *in prax* 3. *p resol.* 181 Leo *thesaur for. Eccles. cap.* 16. *num.* 36. *part* 2 Mota *in tract. de confirm. Ordin. D. Iacobi, lib.* 2. *c* 2. *§.* 8. *n.* 3. Carleval *de iudicijs, tom.* 1. *lib.* 1. *titul* 1. *disp.* 2 *n* 439. & fuisse in Regio Lusitaniæ Senatu iudicatum refert Barbosa *in Comment. ad Ordin. Reg Lusit. lib.* 2. *tit.* 12. *§.* 1. *n.* 2. Alter Barbosa *de vniverso Iure Ecclesiastico, lib* 1. *cap.* 39. *§.* 2. *n* 48. *& de Potest. Episcop.* 1. *p. alleg.* 12 *nu* 45 Brito *de locato* 3 *p. cap.* 2 *num.* 59. D. Laurent. Mathæu *de Regimine Regni Valentiæ, tom.* 2. *cap.* 7. *§.* 4. *num.* 47. *&* 48. vbi alios refert Thomas Delbene *de immunit. Eccles. part.* 1. *cap.* 1. *dub.* 11. *sect.* 1. *ex num.* 3. *cum seqq* Navarr. *cons.* 45. *num.* 3 Diana *part* 4. *tract.* 1. *resol.* 36. *& q.* 1. *tract.* 2. *resol.* 49. *in fine, & part.* 3. *tract.* 2. *resol.* 30. *vers.* 4. *& part.* 5. *tract.* 1. *resol.* 18. Lezana *p.* 2. *Regu. Milit. cap* 5. *num.* 39. Donatus *p.* 4. *tract.* 6. *q* 8 Bordonus *de Professione Regulari, cap.* 12. *quæst.* 18 Araujo Peñafiel *de obligat. Ordin. Milit. tract.* 6. *cap.* 3. D. Ferdinandus Pizarro *in Discursu Apologetico pro Ordinib. Militarib n.* 95. *lit. O.* Scaccia, Marinis, Graffis, Maceratēsis, & alij, quos refert, & sequitur D. Ginesius Morote *in Patrocinio Ordinis de Alcantara, conclus.* 2. *fol.* 34 Mendo *de Ordinib Militar. d sq.* 3. *q* 8. *num.* 65. novissimè Ayllon *in Addit. ad Anton. Gomez lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 8. qui post scriptas additiones, & illustrationes ad Antonium Gomezium, & typis datas, Habitu S. Ioannis Hierosolymitani in gradu Capellanorum decoratus est.

Et probatur primo hæc opinio ex eo quod Novitij Militares gaudent privilegio Canonis, *ex Cap. Religioso.* 21. *§ Quamvis, de sentent. excommunicat. in* 6. & traditur supra *Discept.* 5. *cap.* 2. *num.* 10. & ita privilegio fori debent gaudere, vt ex illo textu colligunt Doctores de omnibus Novitijs loquentes, qui in favorabilibus Religiosorum nomine cōtinentur, vt supra *dict. Cap.* 2. *nu.* 11 5

Secundo, quia in Novitijs militat regula, vt censeatur factum, quod de proximo faciendum est. *l. penult. ff. de Milit. testam. l. qui pœnæ. §. Divus ff. de manumiss.* & indulgentias lucrantur suis Ordinibus concessas, aut per communicationem participatas. Mendo vbi supra, *num.* 67 Pellizar. *in Man Regul.* 1. *tom. tractat.* 2. *cap.* 8 *num* 5. nec indigent Bulla Cruciatæ. Quintana-Dueñas *tom.* 1. *singul. in appendic. tract.* 4. *dub.* 12. *n.* 9. & sic pro Novitijs Militaribus pluries decisum in Senatu refert Carleval *num* 439. 6 7

Quæ fori exemptio, & privilegiū procedit, etiamsi ædes proprias cum licentia inhabitet Novitius Militaris, quia Novitiatus extra Monasterium de licentia Prælati potest haberi, & differri vltra annū Thomas Delbene *vbi supra num.* 3. Giurba *cons.* 77 *num.* 16. Navar. *cons.* 52. *n.* 4 *& cons.* 41. *num* 3 *& cons.* 81. *num.* 4 *tit. de Regularib. & cons.* 10. *num.* 3 *de Cler. non resident.* Flamminius Parisius *de resigna Benef. lib.* 3. *q.* 13 *nu.* 12. Gratianus *in Scholijs, decis.* 8

35. *num.* 2. & 66. *num.* 14. Roderic. *p.* 3. *q.* 15. *art.* 8. & 10. Beja *resp. cas. conf. p.* 4. *cas. fin. ad fin.* Graff. *libr.* 3. *decis. cap.* 15. *n.* 28. Riccius *in praxi. decis.* 501. *alias* 302. *edit.* 2. Campanil. *in diversi. Iur. Canon. Rubr.* 12. *cap.* 3. *num.* 3. cum multis Bordonus *de Profes. Regulari, cap.* 5. *q.* 7. *n.* 30 Carolus Maranta *resp.* 3. *p.* 4. *nu.* 58.

9 Et non obstant in contrarium tradita: nam ad primum respondetur, privilegium fori nó concedi ob clausuram, vt cóstat *ex dict. Cap. Religioso*, vbi nulla fit distinctio Novitiorum observantium clausuram, vel non observantium: sed vniversim agitur de omnibus Novitijs Religionum à Sede Apostolica approbatarum, & eis privilegium fori in consequentiam privilegij Canonis tribuitur. Et ad decisionem in contrarium relatam ex Regio Consilio, quam refert Bobadilla, respondet Carleval iuxta vetus Prouerbium: Hirundinem vnam ver non facere. Et ita vnum exemplum multis exéplis vincitur, cum ætate nostra iam hæc res in dubitationem ferè non cadat.

10 Vltra quod res iudicata, quando exemplum, & casus procedet in nostris Equitibus, non obstat Religioni Hierosolymitanæ in exemptione suæ iurisdictionis ex speciali privilegio P. j IV. *in Bull. quæ incip. Circũ spectã*, kalend. *Iulij* 1560. *apud Laertium Cherub. tom.* 2. *fol.* 9. ibi: *Et per quamcumq; rem iudicatam Magistro, & Conventui præfatis, nisi ipsi specialiter ad causam vocati fuerint, super iurisdictione prædicta & sua ciuili eorũ possessione, præiudicari, aut præiudicatum censeri nõ posse, sed eos semper, re iudicata huiusmodi non obstante, super possessione huiusmodi agere, & de spolio dare posse.* Sicut sententia lata in causa matrimonij, quæ non tranfit in rem iudicatam. *Cap. Lator. Cap Consanguinei. Cap. Tenor, de re iudicata*, Thomas Sanchez *de Matrimonio, lib.* 7. *disp.* 100. Et in causa hæresis, Pius V. *in Motu proprio, incipit, Inter multiplices curas*, kalend. *Ianuarij.* 1567. Scaccia *de Iudicijs, libro.* 1. *cap.* 95. *num.* 2. Et in crimine vsurarum, & vbi vertitur animę periculũ, & in alijs vigintiquatuor casibus, quos referunt Maranta *in Speculo, p.* 6. *verb. De sententia diffinitiva, ex num.* 130. *vsq; ad* 155. Scaccia *d. lib.* 1. *cap.* 97. *num.* 131. *& de sententia & re iudicata glos.* 14. *q.* 2. *ex numer.* 41. *cum seqq.*

Ad secundum respondetur, quod 11
ibi Concilium non loquitur de Novitijs, sed de Oblatis, qui non debẽt gaudere privilegio fori, nisi actu serviant, & intra sæpta resideant, vel nisi professionem fecerint. Barbosa *in collect. ad dict. Cap* 11. *Concil. Trident. n.* 8. *& de Iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 39. *§.* 2. *num* 44. Lezana *tom.* 2. *Regut. cap.* 8. *n.* 13. & de Ministris, & Seruientibus; de quibus omnibus supra Capite antecedenti tractatum est.

Prædicta autem Novitiorum exé 12
ptio ampliatur ad casum, quo nondum quis habitum susceperat tempore commissi delicti, & post contractum capitale crimen, vel aliud levius, institutamve inquisitionem, vel querelam, Habitum suscepit. Carleval *vbi supr. nu* 445. Morote *in integro tract. Patrocinij Ordinis de Alcantara*, super isto casu elaborato: cuius vera decisio dependet ex alia quæstione, an Monachus factus post delictũ gaudeat privilegio fori, de qua infra cap. seq. discepta-tur.

Limitatur verò dicta exemptio, 13
& fori privilegium in eo, qui tempore capturæ ob delictum Habitum Militarem nondum susceperat, etiá si tunc essent cæptæ, vel factæ informatio-

mationes ad Habitum Militarem præviæ, & præparatus ad ſuſceptionem Habitus ſit? quia adhuc Novitius non eſt, vt fori privilegio gaudeat. Carleval *vbi ſupr. n.* 446. Franchis *deciſ.* 449. Marta *de iuriſdictio. p.* 2. *ca.* 32. *n.* 12. & 13. Giurba *conſ.* 59. *nu.* 73. Maurus Burgius *de modo procedendi ex abrupto, cent.* 1. *q* 65. *num.* 64. Petrus Caballus *reſol. crimin. cēt.* 1. *caſ.* 65. & *cent.* 3. *caſ.* 294 *num.* 391. Riccius *reſol.* 181. Gratianus *diſcept. forenſ. cap.* 457. *num.* 33. Guazinus *de defenſione reorum, def.* 20. *cap.* 9 *nu.* 17. Sperellus *deciſ.* 21. *nu.* 76. Narbona *in l.* 20. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recop. gloſ.* 21. *num.* 48. Bordonus *de profeſsione Regulari, c.* 11. *q.* 19. *num.* 54. Barbatus *de aſſiſtent gloſ.* 3 *num.* 12. Ioan Bapt. Thoro *in Compend. deciſ. Neapol. p.* 1. *verb. Remiſſio carcerati*, qui omnes reſolvunt fori privilegio non gaudere, tametſi contrarium poſt Decianum, & Marſilium à priori ſententia recedens reſolvat idē Caballus *cent.* 1. *caſ.* 147. dicens tamen priorem, à qua ob Militum favorem recedit, eſſe de Iure veriorem, provt concludunt Narbona, Franchis, & cœteri, à quorum opinione cùm ſit vera ob humanum favorem, & contemplationem recedendum non eſt, cùm licèt amicus ſit Plato, magis amica veritas eſt.

CAPVT IV.

DE RECEPTIS POST commiſſum delictum ad Habitum Militarem S. Ioannis Hieroſolymitani, an gaudeant privilegio fori.

SVMMARIVM.

PRoponitur quæſtio diſputanda. 1

Reus capitalis criminis ſi efficiatur Miles, non remittitur, ſed à Iudice Militiæ iudicandus eſt. 2.

Privilegium ſuperveniens liberat ab onere priori, quod incumbebat. 3.

Iudicandus eſt in actu, quo quis invenitur. 4.

Ordinatus poſt commiſſum delictum, vel Monachus factus gaudet privilegio fori. 5.

Ordinatus, vel Monachus factus fraudulenter, & doloſè, vt ſæcularis forum evadat, non gaudet privilegio fori. 6.

Privilegium acquiſitum per fraudem nihil prodeſt acquirenti. 7.

Habitum in fraudem fori quando quis ſuſcepiſſe dicatur, remiſſivè. 8.

Accuſatus de crimine, vel diffamatus in fraudem videtur Habitum ſuſcipere. 9.

Fraus non præſumitur in ſuſcipiente Habitum regularem, ſi ante commiſſum crimen votum fecerat ingrediendi Religionem. 10.

Fraudis cognitio circa Habitus receptionem ad Iudicem Eccleſiaſticum, & non ad ſæcularem pertinet. 11.

Novitius in fraudem delicti, vel Ordinatus non poteſt puniri à ſæculari Iudice quo ad perſonam, ſed tantùm quo ad bona. 12.

CRiminoſos admitti non debere in Religione Hieroſolymitana, dictum eſt ſupra *Diſcep. 3. cap. 7. per totum.* vbi referuntur Bullæ Sixti V. & Clementis VIII. de criminoſis loquentes, & cōcluditur, intelligandam eſſe tantùm 1

pro-

prohibitionem de criminosis, quorum crimina sunt publica, & notoria, non de ijs, quorum crimina occulta sunt; quæ si negaverit recipiendus, informationemque præstet de moribus, & vita, absq; dubio ad Habitum admittetur. Quid autem de eo admisso per delictum antea commissum à Iudice laico procedatur, an gaudeat privilegio fori, nec ne, quæstiõ est controversa.

2 Et quod Ordinatus post delictũ commissum, vel etiam Monachus factus, gaudeat privilegio fori, probatur primò *ex l. qui cũ uno. §. reus ff. de re milit.* vbi reus capitalis criminis si efficiatur Miles, non remittitur, sed à Iudice Militiæ iudicandus est.

3 Secundò, quia privilegium superveniés liberat ab onere priori, quod incumbebat. *l. Spadonẽ. 17 §. si quis autem tutor. l. Iurisperitos. 33 ff. de excusat. tutor. l. Prætor, penult. in princip.* ibi: *Vel si qui Sacerdotium nacti sunt ff. de vacat. muner.*

4 Tertiò, quia in statu, quo quis invenitur, iudicandus est, *l. Item apud Labeonem. 15 §. Si quis virgines ff. de iniurijs. Cap. Ad audientiam. 25 vbi glos. verb. Lex, de sentent. excommunic. Cap. Si Iudex laicus, de sentent. excommunic. in 6.*

5 Ex quibus, & alijs consulto omissis, sic tenet communis Doctorum opinio. Oldrad. *cons. 4* Federic. de Senis *cons 97.* Faber de Anna *cons. 139. lib. 2.* Valasc. *cons 48.* Gurbi *cons. 15.* Mastrill *decis. 294* Cavalcan. *decis. 10. lib. 5.* Franch. *deci. 209 384 395. & 417.* Riec. *decis. 357 p 4* Cabedo *decis. 58 p 1. n 4* Covarru. *pract. cap. 32. n 4* Ant. Gomez *tom. 3. variar. cap. 10. nu. 5.* vbi Ayllon *num 6* Narbon. *in l. 20. tit. 1. lib 4 Recop glos. 31. ex num. 38* Cevallos *q. 563. num. 6 & de cognit. p. 2 q 37* Caball. *resol. crimin. cent. 2. cas. 108* Decian. *tom. 1. crim. lib 4. cap. 9. numer. 60.* Farinac. *in prax q 8. n. 104* Graff *de effect. Cleric. effec. 1. l. mit. 61. ex num. 1071.* Ambrosin. *de immunit. cap. 19.* Thomas Delbene *de immun. Eccl. 1. part. cap 6. dub. 24. sect. 1.* Genuens. *in prax. cap. 9 nu. 5* Squillante *de privil Cler. c 7. n 33.* Marinis *quot. resolut. cap 48* Marta *de iurisd. p 4 cent. 2. cas. 121.* Ansaldus *de iurisd. p. 2. tit. 11. cap. 15.* Castleval *de iudic. tom 1. lib. 1. tit. 1. d. sput. 2. num. 447* Barbosa *de Iure Eccles. lib 1. cap. 39 § 2. num. 87.* Rodericus *tom 2. Regul. q. 2. art. 3* Bonacina *de legib. disp. 10. q. 2. punct. 1. §. 1 num. 18.* Diana *p. 1. tract 2 resol. 26* Garcia *in Polit. Reg tom. 1. trat 2. dis. 4. dud. 3. num 4 cum seqq.* Bordonus latissimè *de profes. Regu cap. 11 q 15.* Mendo *de Ordin. Milit. disq 2 q. 2. n. 78* & declarationes Sacræ Congregationis referunt Barbos. & Garcia pro ista opinione.

Contra ita tamen opinio absque 6
dubio procedit, quando fraudulenter, & dolosè, vt sæcularis forum evadat, ingreditur quis Religionem, aut suscipit Ordines; quia fraus, & dolus nemini patrocinatur, ne ex sua malitia commodum reportet. *Cap. Intelleximus, in fine, de iudicijs. Cap. 2 de Dolo.* Et quia privilegium acquisitum per fraudem nihil prodest acquirenti, *l. Hos accusare ff. de accusat. l. Si maritus. 15. §. Lege Iulia. ff ad leg. Iuliam, de adulterijs.* & tenent multi apud Barbosam, & Garciam, & alij, quos refert, & sequitur Salgado *de Reg protect. p. 4. cap. 14. nu. 119.* Molina *de Iust. & iur. tom 4 tract 3. disp 49. nu. 31* Diana *part. 1 tract 2. resol. 27.* Ansaldus *vbi sup. num. 61* Delbene *num. 5.* Vnde quá- 8
do in fraudem dicatur Habitum suscepisse, tractant Doctores, Gutierr. *lib. 1. pract. q 5. n. 5* Bobad. *in Polit. li. 2. c. p. 18. n. 77.* Gratian. *discept.*

forenſ.tom.2.cap.226. Cancer.*tom. 2.variar.cap.2.ex nu.* 148. Scaccia *de Iudicijs,lib.1.cap.12.* Garcia *vbi ſupr.num* 8. Et conveniunt in eo,
9 quod ſi erat accuſatus de crimine, vel publicè diffamatus, in fraudem videtur Habitum ſuſcepiſſe: ſi vero tempore Ordinis, aut Habitus aſſũpti non erat accuſatus, fraus non præſumitur. Item non præſumitur fraus ſi ante commiſſum delictum votum fecerat ingrediendi Religionem.
10 Covarrub.*pract.cap.32.num.4.* Farinac.*in Prax.crim.tom.1 q.8.numer.*110. Ledeſma *de Statu Relig. c.6 dif.9 fol.*252. Eman Rodericus *tom.3 quæſt Regul.q.*10.*art.*8. Hieron.Roderic.*in Compend.reſol.*101 *num.*9.

11 Huius autem fraudis cognitio ad Iudicem Eccleſiaſticũ, & non ad ſæcularem pertinet; tùm quia Religio eſt in poſſeſsione ſui Novitij, & Eccleſia ſui Clerici ordinati; tum etiã quia cauſa Clericatus, & Monachatus eſt merè Eccleſiaſtica, cuius cognitio privativè pertinet ad Eccleſiaſticum, *ex Cap.ſi Iudex laicus, de ſentent.excommun.*6. Gratian. vbi ſup. *d.cap.*226. Cened.*q.*9.*n.*22. Diana *p.3.tract.1.reſol.*33. Vecchis *in praxi recip.novit.diſp.*11.*dub.*12. Tamburinus *de Iure Abbatum, tomo* 3. *diſp.*6.*q.*28.*num.*2.

12 Sed in hoc caſu ſæcularis Iudex non poteſt punire Novitium quo ad perſonam, quæ iam exẽpta eſt. *Cap. Religioſo.*21.*§. Quamvis, de ſententia excommunicat.in* 6. ſed tantùm quo ad bona. Carleval *vbi ſup.diſp.* 2.*num* 448. Mendo *num.*78. Diana *reſol.*27.*& reſol.*33.*par.*3.*tract.*1. Bordonus *dict.cap.*11 *q.*16 *nu.*50. Salgado *num.*120.*&* 121. vbi quod Iudex ſæcularis hoc caſu magis poteſt dici Iudex cauſæ, quàm Iudex perſonæ Garcia *vbi ſupr. numer.*9. Barboſa *dict.cap.*39.§.2.*num.*89.*in fine*, vbi affert in comprobationem duas declarationes Sacræ Congregationis, Giurba plures Doctores cumulans *conſ.*15.*num.*33. Cenedo *in collect.Iur.Canon.part.*1.*collect.* 37.*num.*13.

***

CAPVT V.

DE HIEROSOLYMItanis delinquentibus in officio ſæculari, an poſsint puniri à Principe ſæculari, vel gaudeant privilegio fori?

SUMMARIVM.

OFficia iuriſdictionalia, & Magiſtratus Civitatum obtinere non poſsunt Hieroſolymitani. 1.

Officij publici ſtatuto excluſus Religioſus, eligi non poteſt in eo Miles Sancti Ioannis. 2.

Officia iuriſdictionalia in Hiſpania ex lege recopilata non poſsunt obtinere Hieroſolymitani. 3.

Officia ſæcularia poſsunt obtineri à Hieroſolymitanis ex permiſſione Principis, & legis derogatione. 4.

Legem nemo ſibi imponere poteſt à qua recedere non valeat. 5.

Officia ſæcularia, & Militaria poſsunt exercere Hieroſolimitani ſine licentia expreſſa Superiorum ex praxi, quæ ita videtur admittere. 6.

Hieroſolymitani poſsunt eſſe Senatores Regij, & Quæſitores ſacræ fidei. 7.

Privilegiatus exiſtens in Collegio, vel Univerſitate non poteſt declinare iuriſdictionem Rectoris, vel Præpoſiti ipſius Collegij, prætextu exemptionis. 8.

Cap.

Cap. 2. Ne Clerici, vel Monachi adducitur. 9. Et interpretatur. 23.
Clerici, vel Fratres, qui iudicia sanguinis exercent, graviter puniuntur. 10.
Clericus, qui administrationem aliquam sæcularem coram Iudice sæculari acceptavit, ab eodem Iudice pro ratione talis administrationis reddendæ potest conveniri. 11.
Vt Clericus, qui depositum de manu sæcularis Iudicis acceptavit. 12.
Hierosolymitanus delinquens in officio sæculari potest puniri à Iudice sæculari. 13. Contra. 15.
Clerici ratione officij sæcularis, si in eo delinquant, possunt puniri à Principe sæculari. 14. Contra. 16.
Iudex laicus incapax est iurisdictionis contra personas Ecclesiasticas. 17.
Clericus Officium sæculare exercens, privilegium Clericale retinet. 18.
Privilegium fori renunciari nõ potest á Hierosolymitanis, nec cum iuramento. 19. & 20.
Privilegia Hierosolymitana decreti irritantis clausulam habẽt, quæ partium consensu renunciari non possunt. 21.
l. fin. C. de iurisdict. omn. iudic. nõ procedit in Iudice incapace iurisdictionis. 22.
Clericus si in officio sæculari delinquit, & ter monitus fuerit, Iudex sæcularis potest declarare quantitatem, in qua debitor apparet ratione officij, sed Iudex Ecclesiasticus adeũdus est pro executione illius. 24.
Clericus pro deposito accepto ante sæcularem non potest compelli à Iudice sæculari pro eius executione. 25.
Consuetudo conveniendi Clericũ ante sæcularem est irrationabilis, & non valet. 26.
Confratres Ordinis S. Ioannis officia sæcularia habere possunt, & puniri à Iudice Sæculari. 27.

MIlites Hierosolymitanos, vt verè, & propriè Religiosos, non admitti ad officia iurisdictionalia, & Magistratus Ciuitatum, certum est; ex prohibitione Iuris, ne Clerici, vel Monachi ad sæcularia negocia se immiscẽant. Franchis *decis.* 479. *num.* 4. Cabal. *volu.* 1 *resol. crim. casu.* 64. *nu.* 8. Gratianus *discep. forens. cap.* 457. *n.* 28. Gurba *cons.* 21. *num.* 9. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 35 Sperell. *decis.* 2. *num.* 122. & *decis.* 21. *n.* 63. Azor *Instit. Moral. p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 4 *q.* 4. vbi quod si statuto cautum sit, ne Religiosus aliquis publico officio, vel munere certæ Ciuitatis fungi possit, eligi non poterit Miles Sancti Ioannis in eo oppido habitans. Novarius *de elect. for. sect.* 2. *q.* 69. *n.* 25 *in vlt. impress.* Ioan. Bapt. Thore *in Compend. decis. verb. Milites. p.* 2. & apud nos disponit. *l.* 14 *tit.* 5. *libr.* 3. *Recop.* Et notant Azevedus ibi, & Didacus Perez, Narbona *in l.* 8 *glos. vnic. num.* 8 *tit.* 5. *lib.* 1. *Recop.* Bobadilla *tom.* 1. *Polit. cap.* 18. *num.* 232. D. Laurent. Matheu *de Regim. Reg. Valentiæ, tom.* 1. *c.* 4. §. 8. *n.* 3. Mendo *de Ordin. Milit. disq.* 2. *q.* 2. *n.* 40 Bolañ. *in Cur. Philip.* 1. *p.* § 2. *n.* 13.

1

2

3

Verùm, licèt dicta prohibitio lege Regia expressa sit, inquit Didacus Perez *in l.* 12 *tit.* 6. *lib.* 2. *Ordinam. col.* 633. *in princip.* quod Princeps expresse cum derogatione dictæ legis potest facere, & permittere, quòd prohibiti officia hæc sæcularia exerceant, prout sunt S. Ioannis Commendatarij, qui possint illa obtinere, & acceptare, non enim tenetur Princeps legem sibi imponere, á qua recedere non liceat. *l. fin. ff. de Constitut. Princip. l. Si quis, in princip. ff. de legat.* 3. Azevedus *in dict.*

4

5

dict. l. 14 num. 2. vbi inquit Principis licentiam quo ad S. Ioannis Cómendatores non ſuffice e, niſi & ſuperioris eorum licentia, & Sanctiſſimi Pontificis intervniat; quę quidé maxima non interveniente cauſa minimé daretur, neque concedi deberet. Quam limitationem praxi admiſſam nó eſſe video; quia perſæpè munera iuriſdictionalia prædicti Militeꝛ exercent ſola Principis electione, ſicut & Militaria munera tacita permiſſione Superiorum admittũtur. D Solorzano *de Iure Indiar. tom. 2.* 6
lib. 2. cap. 5. num. 18 Et poſſe Senatores Regios, & Quæſitores Sacræ Fidei creari dicendum etiam eſt; ſicut de Clericis Fratribus Militaribus, qui propriè Religioſi ſunt, teſtatur Mendo *de Ordin. Milit. diſq. 7. q. 19 num. 243.* Quę quidem praxis admiſit, nam Quæſitores Sacræ Fidei Hieroſolymitanos Fratres annis præteritis fuiſſe, mihi ab antiquis relatum eſt. Et in his caſibus procedit quæſtio diſputanda, numquid ſi delinquant in officio, poſſint à Iudice laico puniri. 7

Et pars affirmativa probatur primò *ex l. fin. C. de iuriſdict. omn. iud.* vbi Miles, vel privilegiatus quilibet exiſtens in Collegio, vel Vniverſitate non poteſt declinare iuriſdictionem Rectoris, vel Præpoſiti ipſius Collegij prætextu cuiuſcumque Militiæ, vel exemptionis. 8

Secundo ex *Cap. 2. Ne Clerici, vel Monachi*, vbi deciditur, Clericos non debere eſſe Miniſtros, vel Procuratores laicorum; quod ſi cótra fecerint, & deprehendantur in fraude, inquit textus: *Indignum eſt, eis ab Eccleſia ſubveniri, per quos conſtat in Eccleſia ſcandalum generari*, cui favent textus *in Cap 4 &* 9
5. eod. tit. vbi graviter puniuntur Clerici, & Fratres, qui iudicia ſanguinis, & iuriſdictiones ſæculares exercent. 10

Facit etiam pro hac opinione, quod Clericus, qui adminiſtrationẽ aliquam ſæcularem coram Iudice ſæculari acceptavit, ab eodem Iudice pro ratione talis adminiſtrationis reddendæ poteſt conveniri. Auſtet. *de Poteſt ſæcul. ſup. Eccleſ. reg. 1 num. 17.* Eſcobar *de ratiociniis, cap. 6 ex n. 7.* Gail. *lib. 1. obſervat. 37 ex num. 7.* Mattnis *quotid. reſolut. cap. 53. num. 2.* Barboſa cum multis *de vniver. Iure Eccleſ. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 226.* vt in Clerico, qui depoſitum de manu ſæcularis Iudicis acceptavit. Bald. *in l. Acceptam. n. 4 C. de vſur.* Iaſon *in l. ſi fideiuſſor. §. vlt ff. qui ſatisdar. cogant.* Aſſlictis *deciſ. 24. num. 3.* Scaccia *de Iudiciis, lib. 1. cap. 11. num 96.* Gutier. *de tutelis, part. 3. cap. 1. nu. 9.* Bobadilla *lib. 2. Polit. cap. 28. num. 130.* et cũ multis Eſcobar *vbi ſupr. n. 8.* D. Salgado *de Reg protect. part. 4 cap. 14. nu. 91* procedendo breviter, & executivè, ſeu ſummariè. Carcerius *libro 2. variar. cap. 3 num. 154.* Menochius *de recup. poſſ. remed. 15. nu. 214.* Cenedo *in collect. 37. ad Cap. Principes. 23. q. 5. num. 11.* 11

Ex quibus, & alijs ſic tenent Rodericus *quæſt. Regul. tom. 2 q. 2. artic. 2. & q. 63 art. 13.* Avendaño *de exeq. mand. lib. 2. cap. 2. num. 11. ad fin.* Bobadilla *lib. 2. cap. 19. nu. 12. & cap. 18. num. 232.* Pereira *deciſ. 58. ex num. 25.* Gutierrez *conſ. 96. n. 11. &* 12
23. Villadiego *in Polit. cap. 5 §. 10. num. 112.* Bolaños *in Curia Philip. 3. p. §. 1 num. 13.* Carolus de Tapia, Caravita, Amendola relati à Carleval *de iudiciis, lib. 1. tit. 1. diſp. 2. num. 453.* vbi affirmat vidiſſe in Supremo Indiarum Conſilio puniri in ſyndicatu Equitem S. Ioannis Hieroſolymitani, qui fuerat Gubernator Villæ de Potoſi apud Indos. 13

Quam opinionem etiam in Clericis ſæcularibus, qui officia iuriſdictiona- 14

stodia per sæculares Principis electionem exercuerint, vt ratione officij, si in eo delinquant, possint ab ipso Principe puniri, admittunt Bobadilla, Salcedo, Pereira, Salas, & Bortelus per Carlevalium *dict. nu.* 453. Plaça *de delict. cap.* 19. *num.* 21. Covarrub. *pract. cap.* 33. *nu.* 6. Farinac. *in praxi crim. tom.* 1. *q.* 8. *n.* 46. cum multis Cevallos *quæst.* 897. *nu.* 606. *& in tract. de cognit. per viam violent. p.* 2. *q.* 65. *n.* 14. D. Larrea *alleg.* 64. *n.* 15. Anguian. *de legib. lib.* 2. *cõtr.* 21. *num.* 58 *&* 59. Cenedo *in collect. Iur. Canon. part.* 1. *collect.* 37. *num.* 16. Suarez *contr. Reg. Angliæ, lib.* 4 *cap.* 34 *num.* 26. Leiman *in Theolog. Moral. lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 4. *num.* 3. Qui omnes ita consuetudine admissum esse affirmant, insistentes maximè in vim consuetudinis antiquissimæ, tacito consensu Superiorum scientium, & patientium approbatæ, vt insinuat Salas *de legib. disp.* 14. *sect.* 12. *num.* 123.

15 Contrariam tamen sententiam, & non posse ratione officij, nec in syndicatu puniri Equites Hierosolymitanos à Iudice sæculari, tenent Franchis *decis.* 479. *nu.* 4. *part.* 3. Caballus *resol. crimin. centu.* 1. *casu.* 64. *per totum*, vbi *nu* 8. ita obseruatum, & iudicatum fuisse testatur, Narbona *in l.* 20 *tit.* 1. *lib.* 4 *recop. glos.* 20. *num.* 34. Guazinus *de defensione reorum, def.* 1. *cap.* 23. *num.* 6. Marta *de iurisdict. part.* 4 *cent.* 2. *casu* 127. Carolus de Graffi *de effectib. Clericat. eff.* 1. *num.* 851. asserens, ita obseruatum in causa cuiusdam Equitis Hierosolymitani, qui officium Capitaneatus exercuit in Ciuitate Calatagironis, & alia vice in Patrimonio. Riccius *in praxi tom.* 2. *resol.* 413. *n.* 2. Belletus *in disquis. Clerical p.* 1 *tit.* 3 *§.* 1. *num.* 16. Diana *p.* 1. *tract.* 2 *resol.* 19. *& p.* 4 *tract.* 1. *resol.* 86. Sporellius *decis.* 2. *nu.* 132. *& decis.* 21. *num.* 64. *& melius num.* 27. vbi quod Hierosolymitani militantes in exercitu alicuius Principis non possunt puniri à Duce, seu Imperatore exercitus, cùm exempti sint. Ioan. Bapt. Spata *inter consilia Farinacij lib.* 3. *cons.* 193. *à num.* 11. *vsque ad finem.* Barbosa *de vniuers. Iur. Eccle. lib.* 3 *cap.* 8. *num.* 54. Ansaldus *de iurisd. p.* 2. *tit.* 11. *cap.* 27. *num.* 15. *&* 16. & alij relati à Carlevalio *nu.* 454. Mendo *de Ordin. Mil. disq.* 2 *q.* 2 *n.* 80. Thomas Delbene *de Parlamentis, dub.* 4 *sect.* 20 *subsect.* 2. *& de immunit. Eccles. p.* 1. *cap.* 1. *dub.* 11. *sect.* 1. *num.* 14.

Eademq; resolutionem de Clericis delinquentibus in officio sibi à Principe concesso, vt ratione illius non possint à Iudice sæculari puniri, nec quo ad bona Clericorum, quę sequuntur priuilegium personæ, tenent communiter Theologi, necnõ Iuristæ. Megala *in* 3. *p. lib.* 3 *cap.* 11 *n.* 26. & 36. Bonacina *de leg. disp.* 10 *q.* 2 *punct.* 1. *§.* 1. *n.* 24. *& de cens. disp.* 1 *q.* 16. *punct.* 5. *nu.* 17. Duard. *in Bulla Cœnæ, lib.* 2. *can.* 15 *q.* 21. *nu.* 273. Ambrosin. *de immunit. Eccles. cap.* 20. *num.* 54. Zanardus *in direct. Confess. tom.* 3. *cap.* 50. *fol.* 285. *in fin.* Lezana *in summ. tom.* 3 *verbo Clericus, num.* 30. Thomas Sanchez *in consil. lib.* 3. *c. vnic. dub.* 21. Diana *p.* 1. *tract.* 2. *resol.* 19. *& p.* 4. *tract.* 1. *resol.* 39. Sousa *in Bulla Cœnæ, cap.* 20. *disp.* 95. *num.* 4. Pellizarius *in manual. Regul. tom.* 2. *tract.* 8 *cap.* 6. *numer.* 26. Paulus Squillante *de priuileg. Clericor. cap.* 7. *dub.* 3. *num.* 88. Graffis *de effectib. Cler. eff.* 1. *n.* 850. Barbosa *de vniuers. Iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 39. *§.* 2 *nu.* 127. *& in collect. ad Cap.* 2. *Ne Clerici, vel Monachi nu.* 4. Riccius *tom.* 2. *resol.* 413. *n.* 2. Genuens. *in praxi, cap.* 8. *n.* 5. Thomas Delbene *de immunit. Eccle. p.* 2 *cap.* 9. *dub.* 35. Decianus *tom.* 1. *crimin.* 16

min. lib. 4. cap. 9. n. 143. Iulius Clarus. *§. fin. q. 36. num. 21.* Caball. *dict. resol. 64.* Franchis *decis. 479. num. 3* Franc. Marcus *decis. 479. num. 4. & 5. p. 3.* Mirta *de iurisd. p. 4. cent. 2. casu 127. num. 5.* Chochier *de iurisdict. in exempt. tom. 2. part. 3. q. vlt. num. 1 & 2.* Tapia *de Iure Regni, lib. 1. tit. 2. in constit. de personis, n. 6* Covarrubias *dict. cap. 33. num. 6.* qui in hanc partem magis inclinat, Narbona *dict. gloss. 20. num. 38. cum seqq.*

17 Ratio huius opinionis est, quòd Iudex laicus incapax est talis cognitionis. *Cap. Decernimus, de iudicijs Cap. Si diligenti, de foro competenti. Cap. Si imperator. 96. dist. Cap. Quamquam, de censib. lib. 6.* Et licèt Clericus, vel Regularis nequeat officia sæcularia suscipere. *Cap. Sacerdos ne Clerici, vel Monachi,* nihilominus

18 privilegium Clericale retinet, & exemptus est à laica potestate *ex Cap. fin. de vita, & honestate Clericor. vbi Gloss. 2. Cap. In audientia 25. Cap. Contingit, de sentent. excõmunic. vbi etiam Gloss. Cap 1. De apostatis.* Et ita cùm nullibi in Iure expressè cautum reperiatur, quòd Clericus delinquens in officio possit conveniri coram Iudice sæculari, contrarium præcisè dicendum est.

19 Cui etiam favet privilegium amplissimum Hierosolymitanorum, vt nec ratione rei sitæ, contractus, vel delicti, possint conveniri nisi apud Iudices sui Ordinis, vt supra *Cap. 1. hac Discept.* scriptum est: quod privilegium renunciare non possunt, quia non est concessum favore singulorum, sed Ordinis. *Cap. Cùm tempore, de recept. arbitrar. Cap. Si diligẽti. Cap. Significasti, de foro competenti.* Valençuela *cons. 74. num. 48.* Mota *in Regul. D. Iacobi, lib. 2. capite 15.* Chochier *de iurisd. in exemptos. p. 2. q. 7. ex num. 2.* Mendo *de Ordin. Milit. disq. 2. q. 2. num. 66. & 79.* Pereira *decis. 58. ex num. 28. & nu. 25. in fin.* Carleval *disp. 2. nu. 452* Salgado *de retent. Bullar. 2. p. cap. 11. num. 17. & 35.* Et de Militibus nostris Hierosolymitanis observavit Angelus Aretinus *in §. Idem iuris est, num. 49. Instit. de except.* Cui privilegio nec iuramẽto ab Hie 20
rosolymitanis renũciari potest, quia iniuria toto suo Ordini fieret. Vrsillus *ad Afflictum decis. 49. nu. 9.* Ansaldus *de Iurisdict. part. 2. titul. 10. cap. 15. ex num. 119. cum seqq.* cum multis Giurba *cons. 77. num. 27.* Valençuela *cons. 95 nu. 51.* Et quia pri- 21
vilegia Hierosolymitana decreti irritantis clausulam habent, quæ partium consensu renunciari non possunt. Gloss. *in Cap. Statutum. §. in nullo quoque, de rescrip. in 6.* Cresc. *decis. 3 num. 2. de foro compet.* cum aliis Giurba *dict. num. 27.* Sperellus *decis 21. num. 29.* vbi ampliat etiam cum licentia Magni Magistri.

Neque obstant in contrarium tra 22
dita, non primùm *ex l. fin. C. de Iurisd omn. iud.* nã ibi Iudex incapax non erat ad cognoscendum de officialium, seu negotiantiũ causis; ideo ratione administrationis, vel exercitij competens efficitur, quamvis Militiæ privilegio exemptus sit: quod fieri non potest in Clerico, vel Monacho officium, vel administrationem sæcularem exercente, cùm Iudex laicus incapax sit talis cognitionis, atque ita decisio dictæ. *l. fin.* ad personas Ecclesiasticas extendi nullo modo valet, cùm Iudex ille non sit habilis ad cognoscendum de causis Clericorum, vt rectè considerant Decianus *dict. cap. 9. num. 149.* Narbona *dict. gloss. 10. num. 28. & 29.* & probatur *ex Cap. fin. de Iudicijs, iũcto Cap. 1. de caus. possess. & propriet.*

Non secundum, *ex Cap. Sacerdo-* 23
tibus. 2. Ne Clerici, vel Monachi:

nam

nam textus ille non simpliciter profitetur, quod Clerici laicorum Ministri, sive Officiales, si in administratione, vel officio delinquant, à sæculari Iudice plectantur, sed ita demũ si duo simul concurrant, nẽpè, quòd præcesserit trina monitio, qua intimetur eis, vt contra Canonum præcepta susceptam administrationem, vel ministerium sæculare dimittãt, vt constat ex illis verbis: *Tu eis denuncies publicè*, & quod post legitimam monitionem adversus Clericum civiliter agatur, vt verba illa suadent, *propter pecuniariam causam deprehendantur in fraude*: nam eo quod Clericus monitioni prædictæ acquiescere noluit, sæcularibus indulgetur, vt adversus eum civiliter procedere possint, sive causa merè civilis, sive criminalis fuerit, ad pecuniariam solummodò condemnationem faciendam, eum Glossa, Aufrerio, & alijs Narbona *vbi supra*
24 *num.* 30. Ita tamen, vt si ibi compilato processu apparuerit Clericus ipse debitor, & in officio deliquisse, sint Iudicis sæcularis partes, non illum ad solvendum cõdemnare, sed simpliciter declarare quantitatem, in qua debitor apparet, qua declaratione facta, adeundus est Iudex Ecclesiasticus pro illius executione, Antonius de Marinis *quotid. resol. cap.* 53. *num.* 15. Diana *p.* 3. *tract.* 1. *resol.* 38. *in fin.*

25 Nec obstat opinio affirmãs, quod Clericus, qui acceptavit administrationem, vel depositum à sęculari, coram eo sit conveniendus; nam ex relatis certa non apparet, & negant Surdus *cons.* 396. *num.* 33. *lib.* 3. Bellet. *in disquis. Clerical. part.* 1. *tit.* 3. *num.* 37. Bonacina *de legib. disp.* 10. *q.* 2. *punct.* 1. *§.* 1. *nu.* 26. Ambrosin. *cap.* 20. *num.* 53. Duard. *in Bulla Cœnæ, libro* 2. *canon.* 15. *q.* 11. *n.* 36. vbi docet Clericos deputatos depositarios non posse per Iudices laicos cõpelli ad restitutionem depositi, vel sequestri: & Cevallos *de cognit. per viam viol. p.* 2. *q.* 76. *nu.* 16. & Marta *de iurisd.* 4 *p ceni.* 2. *casu* 104. *nu.* 9. admittunt sententiam contrariam Bobadillæ, & aliorum quo ad cognitionem, non autem quo ad executionem; & ideo putant, posse Iudicem laicum declarare, Clericum debere depositum restituere, sed non posse executionem huius sententiæ ad restituendum depositum contra Clericum exercere, sed hoc à Iudice Ecclesiastico faciendum esse affirmãt, & est communis opinio. Diana *p.* 1. *tract.* 2. *resol.* 22. Ansaldus *de iurisd. part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 26. *ex num.* 6 Pellizar. *dict. tract.* 8. *cap.* 6 *nu.* 127 Thom. Delbene *de immunit. Ecclesiast. p.* 2. *cap.* 9. *disp.* 21.

Nec potest sustineri contraria 26
opinio contra Hierosolymitanos prætextu consuetudinis, quæ nõ datur, cùm tot numero, & authoritate Doctores repugnent, & multi decisum pro hac parte affirment; nec etiam valeret consuetudo in contrarium, etiam si esset præscripta tanto tempore, de cuius initio memoria non extaret, tanquam irrationabilis, vt latè ostendit Decianus *dict. cap.* 9 *num.* 14. *vers. Extenditur conclusio*, & etiam si Papa esset conscius de tali consuetudine. Idem Decian. *num.* 16. *vers. Extenditur quoque*. Petrus Caballus *dict. casu* 64. *n.* 7. vbi alios allegat. Guazinus *dict. cap.* 23. *nu.* 6. & probatur infra *Cap.* 7. *num.* 30.

Limitatur autem huius Capitis 27
resolutio in Confratribus portantibus signum medię Crucis dictum *Tau*, quia verè laici sunt, & sæcularia officia habere possunt. Bobadilla *in Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *nu.* 232. Bolaños *in Curia Philip.* 1. *p. §.* 2. *nu.* 13. Roderic. *quæst. Regul. tom.* 2. *q.* 63. *art.* 18. Narbona *in l.* 8 *tit.* 5. *lib.* 1.

Recop. gloſſ. vnic. num. 19. Vnde ſi in eis delinquant, indubium eſt, rectè à Iudice laico puniri debere. Giurba *conſ.* 21. *num.* 8.

CAPVT VI.

DE HIEROSOLYMItanis violantibus Pragmaticas Regias, an fori privilegio gaudeant.

SVMMARIVM.

PRagmaticæ Regiæ, quibus impeditur extractio armorum, & argenti extra Regnum, vel introductio mercium in eo, res ipſas afficiunt, & rebus imponuntur, non perſonis. 1.

Clericus inventus cum armis poſt ſignum receptui datum ſono campanæ ſpoliatur ipſis á Iudice ſæculari. 2. *contra.* 16.

Iudex ſæcularis poteſt mulctare, & pœnis pecuniarijs afficere Clericum, qui eius mandata impedierit. 4. *contra.* 19.

Eccleſiaſticus poteſt punire laicos turbantes ſuam iuriſdictionem 5. *Et Hieroſolymitanos, & quoſcumque exemptos.* 6.

Iudex ſæcularis adeundus eſt pro exactione pœnarum contra Clericorum pecora. 7. *contra* 17.

Clericus negociator, qui gabellã debet, poteſt captis pignoribus ad ſolutionem gabellæ à Iudice ſæculari compelli. 8. *contra.* 18.

Res apprehenſa in fragranti ſtatuti violatione cadit in commiſſum: & Clericus, vel exemptus, ſi illam tueri intendit, veluti actor comparere debet. 9.

Senatus Regalis Patrimonij in Hiſpania procedit contra exemptos impedientes adminiſtrationem Regij Patrimonij. 10.

Hieroſolymitanus, vel alius Militaris violãs Pragmaticas Regias non gaudet privilegio fori. 11. *contra.* 12. 14. & 15.

Clerici, & Eccleſiaſtici in crimine læſæ Maieſtatis fori privilegio gaudent. 13.

Pragmatica violata ſi imponit pœnam amiſſionis ipſo iure, & in fraganti deprehenditur exemptus Militaris in ipſa violatione, puniri poteſt à Iudice ſæculari quo ad rem ipſam, quæ incidit in commiſſum; ſecùs ſi imponat aliam pœnam, & nõ apprehendatur in violatione. 14. & 15.

Iudex laicus poteſt capere perſonam Eccleſiaſticam in fraganti crimine, & ducere illum ſine iniuria ad ſuum Eccleſiaſticum ſuperiorem. 20

Militares Fratres delinquentes in fraganti deprehenſi, à Iudicibus ſæcularibus debent ad proprium Iudicem remitti. 21.

QVæſtio hæc, an Equites Hieroſolymitani, & ſimiles exẽpti violantes Regias Pragmaticas fori privilegio gaudeant, dubia eſt: & diſtinctionis fœdere componunt Doctores. Sed vt rei veritas pateat: pro iuriſdictione Regia facit primò, quòd illa Statuta, ſeu Regiæ Pragmaticæ, quibus impeditur extractio armorum, & argenti extra Regnum, vel introductio mercium in eo, res ipſas afficiunt, & rebus imponũtur non perſonis, vt aliàs dicitur *in l. qui aliena. §. vno defendente*, ibi: *Sententia prædio datur ff de negot. geſt. l. lege fundo. 5. de lege commiſſ. l. lex vectigali. ff. de pignorib. l. 2. C. de noxalib. act.* Atque ita res ipſæ conveniuntur, & damnãtur declarando eas in commiſſum incidiſſe, non perſonæ. *l. Imperatores. 7* ibi:

ibi: *Ipsa prædia non personas convenire. ff. de publican. & vectigal. l. denique. 19. ff. de iure fisci.*

2 Facit secundò, quòd in Hispania praxi receptum est, vt Clericus inventus cũ armis post signum receptui datum sono campanæ spolietur ipsis á Iudice sæculari, non obstante privilegio fori, & sine vllo scrupulo; quia cùm Clerici arma portare non possint, & multo minus post horam illam, hoc que tendat in publicam vtilitatem, & quietem omnium Civium, & Reipublicæ, cuius partes sunt Clerici, benè possant spoliari à Iudice sæculari, qui est caput totius corporis Reipublicæ, & qui in hoc magis operatur contra arma, & res, quàm contra Clericum, procedatq; extraiudicialiter, & œconomicè. Covarrub. *lib. 2. variar. cap. 20. nu. 18.* vbi Faria *num. 227.* plures Doctores refert, *& pract. cap. 33 nu. 7.* Placa *de delictis, cap. 8. num. 26.* Gutierrez *lib. 1. pract. q. 12. num. 6 & 7.* Bobadilla *lib. 1. Polit. cap. 13. n. 87. & capit. 18 n. 66.* Azeved. *in l. 9 tit. 3 n. 3 lib. 1. Recopil.* Cenedo *in collect. ad Cap. Principes. 23. q. 5. nu. 17.* Iul. Clar. *§. fin. q. 36. num. 26.* Morla *in Emporio, p. 1. tit. 1 q. 16. nu. 17.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. casu 393. nume. 34.* Acac. Anton. Ripol *variar. resol. cap. 1. nu. 28.* cum multis Carleval *de iudicijs, lib. 1 disp. 2. n. 158.* alij Iuristæ, & Theologi relati à Diana *p. 1. tract. 2. resol. 10.* Barbosa *de vniverso Iure Ecclesiast. lib. 1. cap. 40. num. 141.* Salcedo *de Contravã do, cap. 32. num. 27.*

3 Facit tertiò, quòd Iudex sæcularis potest mulctare, & pœnis pecuniarijs afficere Clericum, qui eius mandata impedierit, D. Larrea *alleg. fiscal. 64. ex num 9.* Et quando Clericus perturbat Regiam iurisdictionẽ Humada *in l. 13. tit. 13 p. 2 glos. 4 numer. 7.* Cenedo *vbi supr. collect. 37. num. 9.* Bobadilla *lib. 2. Polit. cap. 18. n. 89.* Ceuallos *q. 897. ex nu. 630.* D. Larrea *num. 11.* & probatur *ex l. Addictos C. de Episcop. audient.* Sicut Ecclesiasticus potest punire laicos turbantes suam iurisdictionem. Innocent. *in Cap. Dilectus, verbo, Nisi turbantes, extra de pœn. Et in Cap. Dilecto, de sentent. excommunicationis in 6.* cum alijs allatis per Martam *de Iurisdict. part. 3. cap. 1.* Thoma. Delbene *de Immunit. 1. p. cap 14. dub. 1. num. 26.* Cevallos *de cognit. per viam viol. q. 100* Farinac. *cõs. 134. ex n 4. lib. 2.* Et quoscumq; exemptos. Barbosa *in collect ad Cõcil. Trident. sess 25. de Regularibus, cap. 15. num. 5.* etiam Hierosolymitanos, ipse Barbosa *de Iure Eccles. lib. 1 cap. 43. num 154.* Quod dubito, cùm exempti sint ratione rei, cõtractus, & delicti.

Facit quarto, quòd Iudex sæcularis adeundus est pro exactione pœnarum contra Clericorum pecora in pascuo vetito inventa, dum processus ordinetur contrà pecora, & pastores, qui fuerũt reperti in loco prohibito. Gutierr. *lib. 1 pract. quæst. 4* Covallos *lib. 4 q 1 num. 621. & de cognit. q. 11. num 4.* Marta *de Iurisdict. 4 p. cent. 1. cas. 8. num 5.* Otero *de pascuis, cap. 8. num. 14.* Bolaños *in Curia Philip. part. 3. § 17. n. 13.* 7

Facit quinto, quòd Clericus negociator, qui gabellam, & tributa debet, potest captis pignoribus ad solutionem gabellæ compelli à Iudice sæculari, vt apud nos receptum, & vsu comprobatum est. Ita sentiunt Gutierrez Clericus ipse *lib. 7. de gabellis q. 94 num. 5.* & fuit Doctrina Baldi *in l. de his, num. 1. C. de Episc. & Cleric.* D. Salgado *de Regia protect. p. 4. cap 14 num. 104.* Cuttellus *de Immunit. lib. 2. q. 47.* D. Castillo *de Tertijs, tom. 7. cap. 9. n 16* D. Laurent. Matheu *de Regim. Regni Valentiæ* 8

lentiæ, tom.2. cap.7. §.1. num.189. alij per Carlevalium *d.disp.2.n.159*

9 Ex quibus idē Carleval.*d.n.159. in fin.* pro Regia iurisdictione practicandum esse concludit, apprehensa re ipsa in fragāti statuti violatione, vel debiti præsentanei exactione, quia extracta, vel introducta est contra statutum indicens pœnam commissi: quo casu sententia magis rei dicitur, quàm personę. Pereira *de Man. Reg.2 p.cap.38. nu.14.15. & 22.* Mastrillo *de contravandis, q.8.num 13.* Bolaños *de Commercijs, lib.3.cap.10.num.15 ex l.1. in fin.tit.18 lib.6. Recopil.* Bobadilla *dict.cap.18.nu.117.118.119.& 121* Menochius *cons.800.vol.8.num.48* Ansaldus *de Iurisdict.p.3. c.19.n.21* Thomas Delbene *de Immunit. Ecclesiast.cap.9.dub.16.num.13.& 14.* D.Carolus Cala *de contravand.Clericor.num.35.& seqq.* cum alijs Salcedo *de Contravando, dict. cap.32. num.3.* Hoc enim casu cùm res ipsa aprehenditur, & cadit in cōmissum,

10 Clericus, vel exemptus si illam tueri intendit, veluti actor comparere debet ante Regium Senatum Patrimonij, qui iurisdictione in Hispania vtitur contra quoscumque etiam exemptos impedientes administrationem Regalis Patrimonij. D.Larrea *dict.alleg.64.*

11 Et in terminis quæstionis, vt si Eques Ordinis Militaris violet Pragmaticas Regias, possit à Iudicibus sæcularibus puniri, & non gaudeat grivilegio fori, sed subiaceat sæculari iurisdictioni, tenēt Bobadilla *lib. 2.Polit.capit.19.n.27.* Villadiego *in Polit.cap.5.num.118.* & decisionem Supremi Senatus Equitum Calatravæ, & S. Ioannis Hierosolymitani damnatorum ob portationem amilij refert Bobadilla pro sua opinione, quæ ex dictis probabilis sanè videtur.

Cœterùm contraria opinio pro 12
iurisdictione Hierosolymitanorum & aliorum Militarium, & exemptorum probabilis etiam est ex relatis à 3
Diana *p.1.trac.2.resol.16.* Thomas Delbene *de immunit. Eccles. part.2 cap.9.dub.16.* Sperell. *decis.12.per totam, maximè num.59.* Megala *in 3.p.lib.3.cap.11.num.36.* Valerus *in differentijs vtriusque fori, versi. Clericus, diff.3.num 4.* Tum, quia Ecclesiastici, & exempti nō possunt comprehendi sub dictis Statutis, & Pragmaticis, licèt bonum commune respiciant, saltim vt obligent eos vi coercitiva, vt latè concludit, & probat Sperellus *d.decis.12.* Tum, quia indistinctè sæcularibus prohibetur, Clericos distringere, aut condemnare. *Cap.2.de Foro competenti.* Tū quia Hierosolymitani ita sunt exēpti, vt nec ratione rei, contractus, vel delicti apud Iudices sæculares possint conveniri. Et in crimine læsæ Maiestatis, loquendo de personis Ecclesiasticis, concludunt pro immunitate cum multis Diana *p.1.tra* 13
ctat.2.resol.20.& p.7.tract.1.resol.12. Garcia *in Polit.Regul.tomo.1. tract.8.diff.1.dud.2.punct.3.nu.10* Barbosa *de Iure Eccles.lib.1.cap.39 §.2.num.96.* Torreblanca *de Iure spiritual.lib.15.cap.4. nu.2.* Matta *de Iurisdict.p.4.cent.2.cas.133.* Farinac. *in Praxi crim. q.8.num.28.* D.Solorçano *de Iure Indiar.tom.2. lib.3.cap.27.num.10.* D.Valençuel. *contra Venetos, p.4.num.101.*

Vnde Carleval *d.disp.2.nu.457.* 14
ad resolutionem quæstionis distinguit; nam aut Lex, vel Pragmatica imponit pœnam amissionis ipso iure alicuius rei, iubens, vt incidat in commissum in casu contraventionis; veluti si prohibeantur portari vestes, aut arma; aut extrahi, vel introduci merces in Regnum, nisi fiat instrumentum profectionis, vel ne

fiat

fiat fraus iuribus fiscalibus sub pœna cómissi, & invenitur Religiosus Militaris, aut res Religiosi in fraganti crimine, & violatione Legis, & Pragmaticæ: aut Pragmatica Regia imponit aliam pœnam, quæ non incurritur ipso iure, & Religiosus non apprehenditur in crimine fraganti: primo casu dicendum est, posse Religiosum Militarem, quantumvis exéptum, puniri á Iudice sęculari quo ad rem ipsam, quę incidit in commissum, auferente illam, & declarante incidisse in commissum, aut auferente arma vetita, vel vestem prohibitam Religioso, quemadmodum posset ijsdem casibus puniri Clericus gaudens privilegio fori, & spoliari armis, aut veste prohibita: tunc enim sententia non est condemnatoria, sed declaratoria, & non datur personæ, sed rei, & proceditur summariè sine strepitu, & dilationibus iudicij. Secundo verò casu non posset puniri Religiosus Militaris à Iudice sæculari, nec quo ad personam, nec quo ad bona, etiam si Iura Fiscalia persępè defraudaverit, sed ad suos Iudices remitti debet, quemadmodum remittendus esset Clericus, vt sentit Rodericus *tom. 2. Regular.*
15 *q. 62. art. 16.* atque iuxtà hanc distinctionem interpretatur se ipsum Bobadilla, dũ se remittit ad dicta *Cap. 18. n. 121. & n. 122.* quo etiam tendit resolutio tradita à Covarrub. *dicto Cap. 33. num. 7. vers. Vtcumque:* & sequitur distinctionem Mendo *de Ordin. Milit. disquis. 2. num. 81* & idem cum alijs videtur concludere Salcedo *de Contravando, vbi supra, num. fin.*

16 Quod distinctionis fœdus comprobatur ex argumentis vtriusque opinionis, quæ probabilia sunt, licèt in omnibus resolutionibus traditis *ex num. 1. vsque ad 8.* contrarię, & diversæ sint Doctorum opiniones; nã in quęstione de armis, quod non possit ęcularis spoliare Clericum, tenét multi, quos sequitur Diana *p. 1. tractat. 2. resol. 10.* Marta *de iurisd. p 4 cent. 1. cas. 7. n. 20.* Bonacina, Duardus, Belletus, Genuensis, Riccius, & Delbene relati à Faria *in add. 1. ad Covarrub. lib. 2. variar. cap. 20 n. 229.* Sperellus *decis. 12. ex n. 60.* Barbosa *de Iur. Eccles. lib. 1. c 40. n 140*

Et in quæstione de pœnis peccatorum 17
Clericorum, quod non possint exigi á laico, tenent Barbosa *in collect. ad Cap. Ecclesia. 10. de constitut. nu 6.* Diana *p. 1. tractat. 2. resol. 81.* Et in 18
quæstione gabellarum in casu, quo Clerici solvere teneantur, quod à Iudice laico non possint compelli, tenent alij sequuti, & relati ab eodem Diana *dict. tract. 2. resol. 41.* Barbosa *lib. 1. cap. 39. §. 1. nu. 69* Delbene *de Immunit. Eccles. 1 p. cap. 5. dub 4*

Et in casu perturbantis iurisdictio- 19
nem, & similibus, pro iurisdictione Ecclesiastica, & privilegio fori tenent idem Diana *part. 4. tract. 1. resol. 79.* cum alijs Sperellus *decis 49. num. 33. & decis. 86. num. 5.* vbi animadvertit textum *in dict. l. Addictos. C. de Episcop. audient.* correctũ esse, quatenus loquitur d Clerico offendente familiam Iudicis laici ob omnimodam eiusdem laici in Ecclesiasticos incapacitatem, quæ prorogationem prorsus impedit. Delbene *tom. 2. cap. 10. dub. 35. sect. 3 & 4.*

Et ad summum, quod in opinio- 20
ne communi admittunt Doctores, est, quod Iudex laicus, & eius minister, possit capére personam Ecclesiasticam in fraganti crimine, & ducere illam sine iniuria ad suum Ecclesiasticum superiorem, ne pax publica turbetur delictis impunitis, vt concludunt Peregrin. *de Immunit. Eccles. cap. 16. num. 37.* Bellet. *in disq. Clerical. p. 1 tit. 3 §. 11. nu. 1.* Campanil. *in divers Iur. Canon. rubric. 4 num.*

num. 26. Pereira *de Man. Reg. cap.* 10. *num.* 6. Salgado *de Protect. Reg. tom* 2. *p.* 2. *cap.* 4. *num.* 13. Cenedo *Canonicar. q.* 4. *num.* 14. Duard. *in Bulla Cænæ l.* 2. *canon.* 19. *q.* 7. *n.* 7 Diana *p.* 1. *tract.* 2. *resol.* 11. idemq; in Hierosolymitanis, & alij Militaribus Fratribus delinquentibus infraganti procedit, nam deprehensi à Iudicibus secularibus debent ad proprium Iudicem remitti. Morote *in Patrocinio Ordinis de Alcantara concl* 3 Don Ferdinandus Piçarro *in discursu Apologetico p. o Ordin. Militarib.* Mendo *de Ordinib. Militar. disquis.* 2. *q.* 2. *num* 63.

* * *

CAPVT VII.

VTRVM PRINCEPS *sæcularis sit Iudex Hierosolymitanorum non habentium Superiorem in Regno?*

SUMMARIVM.

PRinceps *est Iudex exemptorum non habentium Superiorem in Regno.* 1. *contra.* 12. 13. & 14.

Iudex sæcularis cognoscit de causis exemptorum non habentium in Regno Superiorem. 2.

Iudex sæcularis cognoscit in civilibus, & criminalibus contra Equites Hierosolymitanos in Regno Valentiæ. 3.

Consuetudo immemorabilis datur in Regno Valentiæ cognoscendi Principem contra exemptos. 4.

Consuetudo immemorabilis legis & privilegij vicem obtinet. 5. *contra,* 27.

Consuetudine immemorabili possunt Iudices sæculares de Clericorũ causis cognoscere. 6.

Cap. Filijs, vel Nepotibus. 16 *q.* 7. *traditur.* 7. *& interpretatur.* 28.

Cap. Principes. 23 *q.* 5. *traditur.* 8 *& interpretatur.* 29.

Ecclesiastica potestas vbi deest sæcularis potest se intromittere. 9. & 10.

Belluga affirmat vidisse Bullam ad cognitionem Gubernatoris Regni Valentiæ in exemptos. 11.

Favor specialis in odium non debet retorqueri. 13.

Hierosolymitani sub Apostolicæ Sedis protectione susceptisunt. 14.

Consuetudo contra Ecclesiasticã libertatem, & fori exemptionem est invalida, etiam immemorabilis: 15. *Et est contra Ius Divinum.* 16. *Et singulis annis per Bullam Cænæ reprobatur.* 17.

Præscriptio in fori exemptione non datur respectu eximentis. 18.

Renunciare exemptionem non potest exemptus absque Pontificis licentia. 19.

Ecclesiastici Iudicis omissio non dat iurisdictionem sæculari Iudici. 20.

Princeps sæcularis subditus est Summo Pontifici in spiritualibus. 21

Acquiri possunt multa per viam privilegij, quæ non possunt per viam immemorabilis consuetudinis. 22.

Laicus iurisdictionem spiritualem non potest civiliter possidere, nec vllo tempore præscribere. 23.

Consuetudo immemorabilis non facit præsumere consensum Apostolicum, vbi ipsa consuetudo est à Iure reprobata. 24. *Vel quando privilegium esset odiosum.* 25.

Privilegium debet probari per scripturam, & tenetur ostendere qui illud dicit habere. 26.

Consuetudinem contra iurisdictionem

tionem Ecclesiasticam Summus Pō-tifex non tolerat. 30.

Princeps coertione œconomica potest procedere contra exemptos expellens eos à Regno, si pacem publicā turbaverent. 31.

Hierosolymitanus offendēs Principem laicum proprie non incurrit in crimen læsæ Maiestatis. 32.

1 PRincipem nostrum Iudicem esse omnium exemptorum nō habentium Superiorē in Regno ex immemorabili consuetudine testantur Petrus Belluga *in specul. Princip. rubr.* 11. §. *Videmus, ex numer.* 10. Molin. *in Repertor. fororū, V. Iustitia Aragonum, fol.* 202. & 204. & Portol. *in Scholijs. n.* 16. Mieres *in Constitutionib. Cathalon. cap.* 11. *collat.* 2. *in princip.* Olivanus *de Iure fisci, cap.* 14. *num.* 3. Sesse *de Inhibitionib. cap.* 8. §. 3. *num.* 136. Cancer. *variar. lib.* 3. *c.* 5. *nu.* 119. Ripol *Regal. cap.* 11. *num.* 49. Fontanella *decis.* 316. *num.* 17. cum alijs D. Laurent. Matheu *de regimine Regn. Valent. tom.* 2. *cap.* 7. § 1. *num.* 202. Cenedo *practic. quæst.* 45. *n.* 10. Pereira *de Manu Reg. tit.* 2. *cap.* 22. *n.* 963 Bobadilla *tom.* 1. *Polit. lib.* 2. *c.* 18. *num.* 127. *& nu.* 93. Cevallos *q.* 897. *num.* 616. *& de cognit. violent.* 2. *p. q.* 23 *num.* 14. Salgado *de retention. Bull.* 2. *p. cap.* 11. *num.* 88. Solorçan. *de Iure Indiar. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 79. Catleval *de Iudicijs, tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *n.* 438. Navarr. *in Cap. Cum contingat, remed.* 1. *vers. Undecimo facit, in tit. de Rescriptis.* Garcia *in Politic. Regul. tom.* 1. *trat.* 8. *dif.* 2. *dub.* 3. *num.* 6.

2 Quam cognitionem in exemptos extendunt ad Iudicem sæcularem Ordinarium Cevallos, Matheu, & alij excitatis Doctoribus; & non solum in causis civilibus, sed & in criminalibus vigere eandem consuetudinem, testatur Bobadilla, Cevallos & D. Laurent. Matheu *num.* 203. vbi, firmat in Regno Valentiæ de consuetudine immemorabili Rex cognoscit in exemptos vsque ad pœnā capitalem: in Principatu vero Cathaloniæ consuetudo viget, vt Rex solùm cognoscat in civilibus, ideo extendi non poterit ad iudicia criminalia.

Et de nostris Hierosolymitanis 3
idem Matheu *nu.* 206. inquit, quod in causis civilibus non solùm adest obiervantia inconcusè servata, sed sententię in contradictorio iudicio obtentæ in causa Don Martini de Herrera Castellani de Amposta *die* 7. *Septembr.* 1606. Et *num.* 207. de causis criminibus idem testatur, & de consuetudine apparere dicit, eo quod Don Marcus Antonius Iulia eiusdem Ordinis, & in carcere Regio, & in Arce Setabis fuit detentus per Proregem anno 1639. Don Ioannes Vincentius Vives de Cañamas, & Don Iacobus Pertusa eiusdem Religionis Milites, pariter fuerunt carcerati anno 1640.

Et hæc pars probatur primò ex 4
consuetudine immemorabili, de qua testatur Petrus Belluga, qui scripsit anno 1438. & post eum omnes Scriptores relati. Quę consuetudo immemorabilis approbatur etiam per forum in Regno Valentiæ relatum à D. Laurentio Matheu *nu.* 200. Ac có 5
suetudo immemorabilis legis, & privilegij vicē obtinet. *Cap. Super quibusdam.* 26. §. *Præterea, de verb. signif.* Rocius *p.* 4 *decis.* 89. *n.* 4 Cevallos *de cognitione per viam violent. glos.* 4. *n.* 1. *& seq.* Gōçalez *in Reg.* 8. *Chanc. glos.* 33. *n.* 4 Pereira *de Man. Reg. cap.* 5. *n.* 6. *& seq.* Salcedo *de lege Politica, lib.* 1. *cap.* 8. *num* 27. *cum seqq.* Ex qua consuetudine immemo 6
rabili in vim privilegij allegata posse Iudices sæculares de Clericorum

causis

cauſis cognoſcere, & vi oppreſſos liberare nituntur Covarrub. *Pract. cap.* 35. *num.* 5. Garcia *de Nobilitate glo.* 9. *num.* 48. Salgado *de Protect. Reg p.* 1. *cap.* 1. *prælud.* 3. *num.* 138. *cum ſeqq.*

7 Secundò *ex Cap. Filijs, vel Nepotibus.* 16. *q.* 7. vbi ſi Prælatus fuerit negligens in corrigendis miniſtris, qui bona Eccleſiarum Iuris Patronatus defraudant, inquit textus, quod *Epiſcopo, vel Iudici corrigenda denucient: quòd ſi talia Epiſcopus agere tentet, Metropolytano hæc inſinuare procurent. Si autem Metropolytanus talia gerat, Regis hæc auribus intimare non differant.* Vbi Gloſſa *verb Regis*, inquit, quòd hęc intimatio eſt, vt eum corrigat, cum per Eccleſiaſticum non cogatur, vel etiam cũ Iudex Eccleſiaſticus deeſt.

8 Tertiò *ex Cap. Principes* 23. *q.* 5 vbi dicitur quod Principes ſæculi nonnunquam intra Eccleſiam poteſtatis adeptę culmina tenẽt, vt qui intra Eccleſiam poſiti contra fidẽ, & diſciplinam Eccleſię agunt, rigore Principum conterantur; ipſamque diſciplinam, quã Eccleſiæ humilitas exercere non prævalet, cervicibus ſuperbi poteſtas principalis imponat. Cui etiam facit textus *in Cap. Regũ* 9 23. *q.* 5. vbi officium Regum eſt facere iudicium, atq; iuſtitiam. Quorũ authoritate inquit Guiliel. Benedictus *in Cap. Rainutius, de teſtament. verb. nomine Adelaſiam, num* 454. quòd vbicumque Eccleſiaſtica poteſtas deeſt, aut quia non poteſt, aut quia non vult, ſęcularis poteſtas ſe intromittit, ne delictorum atrocitate pax publica turbetur.

10 Quartò, quia ita iudicatum fuit in Rota Romana in vna Abulenſi Capella, in qua propter abſentiam Domini Nuncij Hiſpaniarum actor acceſſit ad Curiam Regis, & cùm à reo inculparetur coram Pontifice, declaratum fuit, rectè ad Curiam Regis deventum fuiſſe abſente ſuperiore Eccleſiaſtico; vt tradit Bobadilla *vbi ſupra num.* 127. *& libr.* 2 *cap.* 18. *num.* 93. Cevallos *dict. q.* 23. *num.* 14. *& q.* 897. *nu.* 616. cui faci quod ſcribit Belluga *dict. §. Videndum, nu.* 17. *in fine*, ibi: *Et vidi Bullam â Sede Apoſtolica emanatam, dicentem quòd Gubernator Regni, qui ex more antiquo ſolet exemptos in ſua iuriſdictione protegere.* Quibus verbis cõtinetur approbatio Sedis Apoſtolicæ, de qua teſtatur iſte celebris Doctor. Et quod certiſsimũ eſt, Summum Pontificem huius conſuetudinis eſſe conſcium, cuius ſciẽtia, & permiſſione tacitè videtur privilegium approbare. Ex quibus probabilis ſanè videtur hæc opinio. 11

Verùm his non obſtantibus hanc 12 opinionem Camillus Bòrrellius *in addit ad ſpeculum Bellugæ, rubr.* 12 *§. Videndum, in lit. G.* exiſtimat eſſe inquam, nec ſervari debere; & reprobat Megala *in* 3 *p. lib.* 3. *cap.* 11. *nu.* 37. illam vocando falſam: & Diana *part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 73. Thomas Dalbene *de Immunit. Eccleſ. part.* 2 *cap.* 9. *dub.* 29. Quia cùm generaliter omnes Eccleſiaſtici à laica iuriſdictione immunes ſint, multo magis hæc exemptio illis Eccleſiaſticis erit concedenda, qui ex ſpeciali privilegio habent, vt, ſoli Papæ ſubdantur; etenim per hanc exemptionem generalem privilegio Clericorum non derogatur, ſed illi hoc amplius additur, vt qui eſt hoc privilegio munitus, ſoli Papæ ſubdatur; alioquin ſpe 13 cialis favor in odium retorqueretur contra. *l quod favore. C. de legibus.*

Et contraria opinio fulcitur in noſtris Hieroſolymitanis ex ampliſſimo privilegio Pij IV. confirmato à ſucceſſoribus in Sede Apoſtolica,

vbi

vbi Magistrum, Baiulivos, Castellanum Ampoſæ, Priores, Præceptores, Milites, & eorum ſubditos, ſub Beati Petri, & Sedis Apoſtolicæ protectione ſuſcepit, eximens ab omni iuriſdictione, correctione, & onere quorumcumque temporalium Dominorum, quavis poteſtate, etiam Imperiali, Regali, & Ducali fulgentium, vt conſtat ex Bulla, *quæ incip. Circumſpecta. kalend. Iulij* 1560 *apud Laert Cherub. tom. 2 fol. 9.* vbi poſt quam immediatè hæc exemptio cõtinetur, ſubdit Pontifex ita: *Etiamſi forſan ea tenus per abuſum, ſeu alterius privilegium, aut negligentiam, etiam per longiſſimum tempus taliter obſervatum non fuiſſet. Quæ omnia etiam præſcriptiones nullo pacto ſaltem in poſterum, quominus huiuſmodi exemptionibus vti poſſent, obſtare voluit, & decrevit.* Ex quibus verbis nec immemorabilis conſuetudo, nec præſcriptio poteſt in Principem, & Iudicem ſæcularem ad huiuſmodi cognitionem ius aliquod cõcedere. Eo præſertim, quòd omnis cõſuetudo contra Eccleſiaſticam libertatem reprobatur *in Capite Noverint de ſentent. excommunicat.* Et conſuetudo, quod Iudex ſæcularis cognoſcat de cauſis Clericorum, eſt invalida. *Cap. 2. de foro competenti. Cap Clerici, de iudicijs, vbi Gloſſ.* Card. de Graſſis *de effect. Clericat. effect 1. n. 372 vbi num. 375* ampliat, vt procedat, etiam ſi ita is conſuetudo eſſet immemorabilis, & præſcripta tanto tempore, de cuius initio memoria non extaret in contrarium. Anaſtaſ. Germonius *de Sacror. immunit. lib. 3 cap. 15. num. 65* Caſtillo *de Tertijs, tomo 7 cap. 12. num. 11.* Barboſa *de Iure Eccleſ. lib. 1. cap. 39 §. 2. ex num. 189. vbi num. 191.* inquit: *Quòd hæc conſuetudo ſit invalida, cùm ſit contra Ius Divinum.* Azor *Inſt. Moral. lib. 5. capite 13. q. 2.* Surdus *conſ. 301. nu. 12. & 54.* Balletus *diſquiſ. Clerical. p. 1. tit. de favore Clericor. perſonali § 3 à princip.* Alexander Spereilus *aeciſ. 37. per totam.* Eſt etiam invalida talis conſuetudo, quia ſingulis annis per Bullam Cœnæ reprobatur, vt cũ multis notat Diana *part. 1. tract. 2. reſol. 4.* Barbola *vbi ſupra, num. 194.* Et quia reſpectu exemptionis nulla datur præſcriptio. Gloſſ. *in Cap. Dilectus. 2. de Capellis Monach. verbo, Generetur.* Salgado *de retent. Bullar. 2 part. cap. 11. nu 36.* Nec exẽptioni ubique Pontificis licentia poteſt renunciari. *Cap. Cùm tempore, de recipt. arbitr.* Thulcus *lit. E. concluſ. 566. num. 6.* Giurba *conſ. 77. numer. 32.*

Proceditque huiuſmodi privilegium, & exemptio fori, etiam ſi Antiſtites fuerint negligentes in iudicandis, & coercendis Eccleſiaſticis: nam huiuſmodi omiſſio non dat iuriſdictionem ſæculari, qui omnino incapax eſt contra Eccleſiaſticos. *Cap. Qualiter, & quando 17. de Iudicijs*, ibi: *Ne pro defectu iuſtitiæ, Clerici trahantur à laicis ad iudicium ſæculare: quod omnino fieri prohibemus.* Barbola *dict. §. 2. nu 181. & 186.* Farinac. *in Praxi crim. q. 8. num. 45. ampliat 23.* Cevallos *dict. quæſt. 23. nu. 14.* Diana *p. 2 tract. 1. reſol. 25.* Spinellus *deciſ. 8. num. 53.* Antaldus latiſſime *de Iuriſdict. p. 3. tit. unic. cap. 21 ex num. 7. cum ſeq.*

Nec negare huiuſmodi iuriſdictionẽ Principi eſt detrahere. Id quid (quod abſit) de principali Maieſtate, ſed defendere Pontificiam: hinc S. Gelaſius Papa *in Epiſt. ad Anaſtaſ. Imperatorem*: *Noſti* [inquit] *fili clementiſſime, quod licèt præſideas humano generi dignitate rerũ terrenarum tamen Præſulibus divinarum colla ſubmittis.*

Neque obſtant rationes pro contraria

traria opinione relatæ; non prima de conſuetudine, quia reſpondetur, quòd licèt immemorabilis conſuetudo habeat vim privilegij, non eſt tamen verum privilegium. Socinus *conſ.* 260. *n.* 22. cũ multa poſſint acquiri per viam privilegij, quæ non poſſunt per viam immemorabilis.

23 Socin. *d. n.* 22 Rota *deciſ.* 744. *n.* 6. *p.* 1. *diverſ.* Tũ, quia laicus eſt incapax iuris, & poteſtatis ſpiritualis, nec poteſt illam civiliter poſſidere, ac per cõſequens nec vllo tempore præſcribere. *Cap. Cauſam, vbi omnes, de præſcriptionib.* Ioan. Andr. *in Cap. Quanto, nu* 2. *de conſuetud.* Dec. *in Cap. Decernimus, nu.* 38. *de iudic.* Qua data incapacitate in laico præſcribente, nõ poteſt præſcriptio æquivalere privilegio ſecundũ Abbat. *in Cap. Novit. n.* 22. *de iudicijs.* Peregrinus *de Iure fiſci, tit.* 8. *n.* 19. Menchaca *lib.* 2. *Illuſtr. cap.*

24 89. Nũ quamenim immemorabilis præſcriptio, aut cõſuetudo facit præſumere præcedentem conſenſum Apoſtolicũ, vel vbi ipſa cõſuetudo eſt á Iure reprobata, vt in hoc caſu ſecũdũ Suarez *de defenſ fidei, lib* 4.

25 *cap.* 31. *n.* 17. vel quando privilegiũ eſſet odioſum, & rarò concederetur vt etiam in noſtro caſu Suarez *Cap.* 34. Diana *dict. reſol.* 4. *& latiſsimè part.* 7. *tract.* 1. *reſol.* 18. *num.* 4. Vnde non ſufficit conſuetudo, niſi probetur etiam privilegiũ. Rota *deciſ.*

26 1027 *nu* 1. *lib.* 3. *p.* 5. *Diverſ.* Quod probari non poteſt niſi per ſcripturam, vt poſt Abbatem, Alexandrum & Alciatum cenſuit Rota apud Mãticam *deciſ.* 260. *num.* 6. & tenetur oſtendere, qui illud dicit habere. Barboſa *dict.* §. 2. *num.* 193.

27 Nec auctoritas Covarrub. & ſequacium, qui vim privileg j concedunt immemorabili conſuetudini in hac materia, attendenda eſt, cùm habeat contra ſe Cardinalem Bellarminum relatum à Diana *dict. reſol.* 4. qui inquit, quod in materia iuriſdictionis ſe habuit partialem: & Maderiaga *in tract. de Senat. cap.* 32. §. 2. *fol. mihi* 459. loquens de quadam opinione Covarrubiæ circa libertatem Eccleſiaſticam, ſic aſſerit: *Que cierto por mas que diga Covarrub. que lo eſcrivio ſiendo Oydor de Granada, y por ventura lo quiſiera borrar ſiendo Obiſpo.* Et ita non eſſe ſtandum illi in his materijs, licèt vir doctiſsimus ſit, notat Suarez *de Relig. tom.* 1. *lib.* 1. *de Divino cultu, cap.* 38. *num.* 16.

Non obſtat ratio ſecũda *ex Cap.* 28 *Filijs, vel Nepotib.* 16 *q.* 7. nam vltra quòd hoc ius fuit ſublatum, & abrogatum ab Innocentio III. *in Capite Qualiter, & quando, de iudicijs*, vt notant multi, quos refert, & ſequitur Diana *p.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 15. *in fine*, vbi tres ſolutiones ad prædictum textum refert, reſpondetur, illum tantùm probare, quod ſi Metropolytanus rebus Eccleſiaſticis abutatur, mandat hoc Regis auribus intimamari, non verò per Regem eſſe corrigendum contra *Dict. Cap. Qualiter, & quando*, vt ibi notant Butr. ad fin. Panormitan. & Imol. dicentes intimationis, quam textus requirit, effectum illum eſſe, vt Rex admoneat Metropolytanum, vel inſtet coram Superiore, vt illum reprehẽdat, vel faciat inſtantiam alteri Superiori, pro illius correctione. Barboſa *dict. cap.* 39. §. 2. *nu.* 187. Anguianus *de legib. tom.* 1. *lib.* 2. *controv.* 17. *numer.* 93. Peſant. *de Immunit. diſq.* 2. *num.* 1. Suarez *lib.* 4 *de Immunitate, cap.* 14. *num.* 21. Bonacina *tom.* 3. *de cenſur. diſp.* 1. *quæſt.* 15. *punct.* 4. §. 4 *num.* 10. *verſ. Ad caput.*

Non obſtat ratio tertia *ex Capite* 29 *Principes, & Cap. Regum.* Nam ad primum reſpondetur, quòd ibi tantúm dicitur, quòd Principes ſæculi à Chriſto

Christo tuendam Ecclesiam accipiant, & cum illa suam disciplinam exercere non prævalet, teneatur Princeps sua potestate munire, & ita Ecclesiæ patrocinari, vt Baldus annotavit *in Cap. Olim. 14. de rescript.* Panormitan. *in Cap. Tua, num. 10. de Decimis.* Et ad secundum *ex Cap. Regum*, dicitur procedere circa subditos, & eos, qui eius curæ sunt commissi; nam cùm ad rationem iudicij iurisdictio sit necessaria inter eos, Regis est officium facere, quæ ad illius iurisdictionem expectant. Barbosa *vbi supra num.* 188.

30 Non obstat quarta ratio de Decisione Rotę, quia non est scripta, & Authores Hispani sunt testes de auditu, qui non probant, & adeò timidè se habent, vt Cevallos *dict. q. 23. num. 14* dicit, quod in hac re non audet iudicium suum proponere, licèt ita audiverit fuisse iudicatum in Rota. Et eodem modo respondetur ad Bellugam, quia Bulla, quam refert, non invenitur typis data, & ex verbis, quæ ipse refert, non iurisdictio, sed protectio videtur enunciari. Et ad scientiam Summorum Pontificum latè respondet Barbosa *ex num 195. cum seqq.* quod non ex eo, quod toleraverint, vel dissimulaverint, approbasse censentur; quia tolleratio est involuntaria ad evitandum scandalum, & maius malũ; quãto magis iam dici non potest Summum Pontificem conscium talis cõsuetudinis eam tolerasse, cùm videamus quotannis in die Cœnæ Domini Bullam publico, & solemni ritu celebrari, vbi revocantur tales consuetudines, privilegia, & indulta, etiam Imperatoribus, aut Regibus concessa; vt tenent Castrus Palaus, Lotterius, Marta, Diana, & alij multi à Barbosa relati.

31 Ab hac tamen resolutione limitatur in opinione probabili casus procedendi Principem coercitione œconomica contra exemptos; nam tunc ratione originis, seu habitationis subduntur Principi, & à Regno expelli possunt: vt si pacem publicã turbaverint. Fuscus *de Visit. lib. 2. cap. 20. nu. 25.* vbi refert, quod Dux de Alcala Regni Neapolitani Prorex, quendam Equitem Sancti Ioannis Hierosolymitani, qui continuò erat seditiosus, & turbator pacis: cõstito de excessibus, mandavit ejici à territorio Regio: sicut potest quilibet ex sua domo Clericum famulũ, vel alàs sibi assistentem ejicere. Latè Giurba *cons. 49. nu. 16. & 17.* vbi benè probat, Badilla *lib. 2 Polit. cap. 18. num. 60.* Cevallos *de cognit. per viam viol. quæst. 10. num. 4.* & multi relati à Diana *p. 1 tract. 2. resol. 18 & p. 4 tract. 1. resol 81.* licèt ipse contrarium velit. D. Larrea *allegat. 64. num. 16* Pereira *de Manu. Reg. cap. 12. num. 12.* Calixtus Ramirez *de leg. Reg. § 27. nu. 12.* Azeved. *in l. 4 tit. 1. num. 12 lib. 4. Recop.* Cened. *in qq. Canon. q. 35. n. 24.* Maximè si periculum sit in mora, & iustę defensioni congruat, quo casu nulla exemptio, vel immunitas inhumanis est. Thomas De bene *de Immunit. Eccles. part. 2. cap 9. dub. 9. sect. 1. num. 14.* Cevallos *de cogn. viol q. 77. num 9.* Argum. *Cap. Perpendimus. 23. de sent. excommunic.* vbi Sacerdotes seditionem faciens & guerram, vt ijsdẽmet verbis inquit in princip. textus, si inferendo iniuriam fuit occisus, interfectores eius propter hoc ad obtinendam absolutionem Apostolicam Sedem adire non cogantur.

In hoc tamen procedendi modo 32
contra exemptos, maximè Hierosolymitanos nõ exercetur iurisdictio, sed procèditur œconomicè, & politicè ad exilium, seu expulsionem à Regno tantùm, cùm hoc sufficiat ad

damni emergentis remedium, & nō excedat moderamen inculpatæ tutelæ, & non ad infligendam pœnam aliquam corporalem, quamvis de seditione accusati sint: tùm quia in quocumque crimine, etiam gravissimo, & læsæ Majestatis fori privilegio gaudent, vt supra *Cap. 1. & Cap. 6. num.* 13 Tùm quia propriè in crimen læsæ Majestatis Hierosolymitani offendentes Principem laicum non incurrunt, ex eo quod non subditus non committit hoc crimen, *Clement. Pastoralis §. Denique, de re iudicata*, probat in terminis Alexander Spinellus *decis. 21. ex nu. 33. cum seqq.* Quod dubito, quia durum est.

***

CAPVT VIII.

VTRVM EPISCOPVS, seu Ordinarius Ecclesiasticus possit cognoscere contra Hierosolymitanos, non habentes Iudicem Conservatorem in Diœcesi, & quid in causis criminalibus?

SVMMARIVM.

BVlla Gregorij XV. de Conservatoribus traditur. 1.

Cap. 14 sess. 7. de Reformat. Concil. Trident. refertur. 2.

Regulares cōveniri possunt apud Ordinarios locorum in causis miserabilium personarum, etiam si Iudicem Conservatorem habeant. 3.

Regulares non habentes Conservatorem conveniuntur apud locorū Ordinarios. 4.

Ordinarius ex defectu iustitiæ in exemptis adiri potest, vt suppleat, si facile haberi non possit recursus ad Papam, seu Superiorem exemptorum. 5.

Ordinarius Ecclesiasticus adiri non potest, si intra Diœcesim sit Ordinarius inferior, cui exemptus sit subiectus. 6.

Ordinarius est Iudex in causis criminalibus contra exemptos non habentes Iudicem in loco. 7. *contra.* 16

Hierosolymitani exempti sunt á iurisdictione Ecclesiastica Ordinaria in civilibus, et criminalibus 8

Gregorius XV. nihil innovavit circa Iudices Ordinarios Ordinis S. Ioannis habentes Ordinariam iurisdictionem intra limites suorum Prioratuum. 9.

Concil. Tridentinum sess. 7. de Reformat. Cap. 14 procedit in exemptis privilegio loco circumscripto nō in exemptis exēptione omnimoda. 10

Hierosolymitani non possunt conveniri ante Ordinarios locorum, etiam si Conservatorem non habeāt 11. & 12.

Prior Vicarius Ecclesiæ S. Ioannis de Acre Hospitalensis territorij, est Iudex Ordinarius; & Iudices Ordinarij sunt omnes Vicarij Hierosolymitanorum. 13.

Hierosolymitani non possunt conveniri in criminalibus apud Ordinarios locorum. 14.

Conservatores non cognoscunt contra exemptos in causis criminalibus. 15.

Ordinarij faciunt maiores abusus prætextu suæ iurisdictionis, quā exempti prætextu suæ exēptionis. 17

PArs affirmativa pro Episcopo probatur primò ex Bulla Gregorij XV. anni 1621. qua præcipitur, Regulares intra certum tempus eligere Iudices Conservatores, & eis 1

& eis non electis conveniantur coram locorum Ordinarijs, ibi: *Eiusq; electionis, seu assumptionis documenta infra tempus huiusmodi pœnes acta Curiæ Oratiariorum exhibere, & amittere tenentur: alioquin eo termino elapso, quamdiu Conservatores secundum formam præsentis Constitutionis non elegerint, coram eisdem Ordinarijs conveniantur* Quæ Constitutio expresè comprehendit Religionem S. Ioannis Hierosolymitani, ibi: *Tam Mendicantium, quàm non Mendicantium Militiarũ etiam S. Ioannis Hierosolymitani.*

2 Secundo ex Concilio Tridentino *Cap. 14. de Reformat. sess. 7.* ibi: *In exemptorum causis Cõstitutio Innocentij IV. quæ incipit, Volentes, (estque textus in Cap. 1. de privileg. in 6.) in Generali Concilio Lugdunensi edita servetur: quam eadem sacrosancta Synodus innovandam censuit: addendo insuper, quòd in civilibus causis mercedum, & miserabilium personarum Clerici sæculares, aut Regulares extra Monasterium degentes, quomodolibet exempti, etiam si certum Iudicem à Sede Apostolica deputatum in partibus habeant: in alijs verò si ipsi Iudicem non habuerint, coram locorum Ordinarijs, tanquam in hoc ab ipsa Sede Delegatis conveniri, & iure medio ad solvendum debitum cogi, & compelli possint. privilegijs, & exemptionibus, Conservatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus adversus præmissa nequaquam valituris* Ex cuius decisione Regulares cõ
3 veniri posse apud Ordinarios locorum, etiam si Iudicem Conservatorem habeant, in causis miserabilium personarum, tenent Gutierrez *practic. lib. 3 q. 10.* Rodericus *tom 1. quæst. Regular q 65. art. 13.* Thomas Sanchez *2. p. consc. Moral. lib. 6. cap. 9. dub. 2. num. 4.* Machado *in Perf. Confess. tom. 2. lib 4. p. 6. tr. 10 docum. 1. num. 2.* Et in omnibus causis si Conservatorem non habeant, 4
ex dicta Cõstitutione Gregor XV. quæ novum Ius inducit Bordonus *resol. Moral. res. 7 num. 12* Ex defectu enim iustitiæ in exemptis adiri potest Ordinarius, vt suppleat, si facilé haberi non possit recursus ad Papam, seu Superiorem exemptorum. Aufrer. *in Clem. 1. q. 10. num. 3 vers. Vnde in principali, de offic. Ordinar.* Cocher *de Iurisdict. in exẽtos. p. 2 q 45. num. 63* Barbosa *de potest. Episcop. 3 p. alleget. 105 numer. 67.* Lotter. *de re Benef. libro 1. q 25. num. 45. & 54.* Vbi limitat si 6
intra Diœcesim Episcopi sit Ordinarius inferior, cui sit exẽptus subiectus. Tamburinus *de Iure Abbatum, tom. 1. disp. 15. q. 7. num. 43.*

Quam iurisdictionem, etiam in 7
causis criminalibus, competere Ordinario quando in loco cõ adest Iudex exemptorum, ne delicta remaneãt impunita, tenẽt Barbosa *in collect. ad dict. Cap. 14. sess. 7. Conc. Trident. num. 7.* Bordonus *d. resol 7 nu. 98. & in decis. miscel. dec. 500.* vbi ex eo probat, quòd Religiosus in hoc casu, quando non habet Iudicem in eo loco, vel Diœcesi æquiparatur existenti extra obedientiam Superioris Regularis, qui potest puniri ab Episcopo, *sess. 6. Cap 3. Cap. 1. de privileg. in 6.* Et quia negligẽtia Prælati suppletur per alios, *ex titul. de supplend. negligent. Prælat.* Ex quibus in casu de facto intendebat Ordinarius Hispalensis cognoscere contra Priorem Hierosolymitanum S. Ioannis de Acre huius Civitatis, & omnes Hierosolymitanos degentes in hac Provincia Bœticæ, quia distat octuaginta leucis à Curia Regia, vbi est Sacra Assemblea, & Magnus Prior Castellæ.

Sed his non obstantibus, in dicta 8

causa

cauſa contrarium defendi, & nunc teneo tam in civilibus, quàm in criminalibus: & de primis probatur ex omnimoda exemptione, & iuriſdictione plenaria conceſſa Prælatis Hieroſolimitanis vſque ad tertiam definitivam ſententiam, cum facultate inhibendi quoſcumq; Iudices ſeculares, & Eccleſiaſticos, tam ratione rei, quàm contractus, vt eſt Bulla Pij IV. & aliorum Summorũ Pontificum; & agnoſcunt de exemptione quo ad Eccleſiaſticum loquentes Carolus Maranta *reſp.* 80. *part.* 4. & *reſp.* 53. *part.* 5. Petr. Gregorius *lib.* 15. *ſyntagmat. cap.* 34. *numer.* 10. Renat. Copin. *de ſacra Politia, lib.* 2. *tit* 8. *nu.* 23. Giurba *cõſ.* 77 *per totum.* Farin. *conſ.* 197. *nu.* 3 *lib.* 3. Valaſc. *conſult.* 152. *num.* 10. Rota *deciſ.* 72 *num.* 5. *part.* 1. *in recenſ. & deciſ.* 1469. *part.* 2. *noviſs. apud Paulum Rubeum.* Sperell. *deciſ.* 21. *n.* 30. Barb. *de Poteſt. Epiſc. alleg.* 12. *num.* 45 & *in ſumm. deciſ. collect* 314. *num* 6. Lezana *tomo* 2. *Regul. cap.* 5. *num.* 39. Carleval *de iudicijs, tom.* 1. *diſp.* 2. *nu.* 418. Mendo *de Ordinib. Milit. diſq.* 1. *q.* 5. *num.* 118. & propè centum Doctores relati *ſupr. cap.* 1. *num.* 9.

9 Circa quam iuriſdictionem nihil innovavit Gregorius XV. in Bulla anni 1621. vt deciſum affirmat Sell. *in ſelect. Canonic. cap.* 12. *nu.* 4. Barboſa *in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 13 *de Reform. Cap.* 5. *nu.* 7. ibi: *Milites Hieroſolymitanos non afficit dicta Conſtitutio Gregorij XV. niſi quo ad Conſervatores, & non quo ad Iudices Ordinarios habentes Ordinariam iuriſdictionem intra limites ſuorum Priorat uum*, Sell. citato loco, vbi teſtatur ita reſolutum in *Melivitana* 6. *Februarij* 1627. & *in Summ. Apoſtolic. deciſ. collect.* 314. *num.* 13. Laurentius de Franchis *de Controverſ. inter Epiſcop. & Regular. pag.* 178. Sperellus *dict. deciſ.* 21. *num.* 59. Lezana *conſulto.* 11. *num.* 8. Et ita cùm Hieroſolymitani proprios Iudices habeant, apud eos conveniendi ſunt, & non apud Ordinarium Eccleſiaſticum, à cuius iuriſdictione exempti ſunt.

Nec Concilium Tridentinum 10 *Seſſ.* 7. *Cap.* 14. abrogat huiuſmodi iuriſdictionem, & privilegium: primò, quia in eo decreto Religio Hieroſolymitana non exprimitur, vt infra *Cap.* 11. *num.* 13. Secundò, quia procedit in exemptis privilegio loco circumſcripto, de quibus eſt textus *in dict. Cap.* 1. *de Privileg. libr.* 6. qui poſſunt coram Ordinario cõveniri ratione rei, contractus, & delicti: vnde merito ſi Conſervatorẽ non habent, apud Ordinarium conveniuntur. Barb. *in collect. ad dict. Cap.* 14. *num.* 8. vbi inquit, quòd de iſto Concilij ocum obtinet, quando exemptionis privilegium eſt loco certo circumſcriptũ, ita vt extra illum ſic exemptus contrahens, vel delinquens coram loci Ordinario conueniri poſſit: non verò quando ſunt exempti, non ratione certi loci, ſed perſonarum; quia vbicumq; contraxerint, vel res ſita ſit, vel delictum commiſerint, minimè coram Ordinarijs conveniri poſſunt; nec illa Innocentij Conſtitutione ſunt comprehenſi, vt tenent Covarrub. *pract. cap* 11. *num.* 5. Rodericus *tomo* 2. *Regul. q.* 63. *art.* 3. & 6. Alderete *in allegat. pro omnimod. Regular. exemp. p.* 1. *cap.* 8. *num.* 17. Vnde cùm Hieroſolymitani exempti ſint omnimoda iuriſdictione, ita vt vbicumq; & ſemper apud proprios Iudices debeant conveniri ratione rei, contractus, & delicti, ſequitur inde, quòd Ordinarius Eccleſiaſticus nullam iuriſdictionem in eos exercere poteſt; nec ex Bulla Gregorij XV. quæ non comprehendit

Iudices

Iudices Ordinarios Religionis exercentes iuriſdictionem intra limites Prioratuum [ſint proximi, vel remoti) nec ex deciſione Concilij, quę non loquitur de huiuſmodi exemptione; nec in cauſis miſerabilium perſonarum, quæ licét exceptæ ſint in Concilio, exceptio procedit in caſu exemptionis ibi deſcriptæ, Cõcilij nempè Lugdunenſis, non in exemptis exemptione omnimoda, quales ſunt Fratres Hieroſolymitani.

11 Neque obſtant authoritates Gutierr. Roderici, & aliorum; quia procedunt in eodem caſu Concilij, & Bullæ, & in Regularibus, quorum reſpectu Conſervator eſt Iudex Ordinarius: vnde ſi eum non habeant nominatum, ſubijciuntur Ordinario Diœceſano; non ita in Hieroſolymitanis, qui ſunt intra limites ſuorum Prioratuum, habentque Superiorem Ordinis, nempè Priorem, & Capitulum in quolibet Prioratu, & in qualibet Commenda, & Baiulivatu, habet Commendatarius, vel Baiulivus iuriſdictionem Ordinariam, quam exercet Vicarius ab eo nominatus: vt in Hiſpali in Prioratu, & Territorio S. Ioannis de Acre habet iuriſdictionem Vicarius nominatus á Magno Priore Caſtellæ, de cuius Camera eſt prædictũ Territorium cum Eccleſia Parochiali, & Conventu Monialium Sanctæ Eliſabeth.

12 Et minus obſtant Barboſa, & reliqui, qui iuriſdictioni tradunt Ordinario in ſupplementum Prælati, ſi facilè non poſſit haberi recurſus ad Papam, ſeu Superiorem exemptorum; quia vltra quod Doctores iſti difficultati concedunt iuriſdictionem, quaſi difficultas ſit parens iuriſdictionis, non poſſunt adaptari ſuę reſolutiones ad Hieroſolymitanos intra limites Prioratuum degentes: quia non eſt difficilis recurſus in eadem Provincia, & ſub eodẽ Principe; & ſi eſt difficilis, eadem difficultas, & maior datur reſpectu Ordinarij Eccleſiaſtici conveniendi in civilibus, & criminalibus, qui conveniri debet ante Metropolytanum. *Cap. Paſtoralis, de officio Ordinarij*, & non ideo erit dicendũ quod alius Iudex exẽptus, vt Prior Vicarius S. Ioannis de Acre in hac Hiſpalenſi Civitate cõſtitutus, poſſit cognoſcere de cauſis Ordinarij Eccleſiaſtici, quia iſte in Hiſpali nõ habent Superiorem.

Et ne ſimilitudo, & argumentũ 13
contemnatur, quaſi iuriſdictio vna ſit patens, excellens, vniverſalis, & Metropolytana, altera verò his qualitatibus careat, animadvertitur huiuſmodi Priorem Militarem Vicarium Magni Prioris iuriſdictione Ordinaria quaſi Epiſcopali quo ad omnes, & integros effectus potiri in ſuo territorio, & eadem iuriſdictione Ordinaria potiuntur Vicarij de Lora, Toſina, Alcolea, & Robaina, oppidis intra limites Archiepiſcopatus cõſtitutis, & proximis huic Hiſpalenſi Civitati, quæ poſſidet Religio Hieroſolymitana in hac Provincia Bætica, & quæ à Saracenis debellavit. Quę quidem iuriſdictio conceditur in Bulla Pij IV. vbi quòd Priores, & Præceptores intra limites ſuarum iuriſdictionũ, & adminiſtrationum, veri Ordinarij exiſtimantur. Quod confirmavit etiam Gregor. XIII. *Conſtit. 60. incipit, Quo magis, 23. Martij. 1580 apud Cherub. tom. 2 pag. 329.* Et de Territorio Hiſpalenſi S. Ioannis de Acre, eſt ſpecialis Bulla Clementis VIII. 17. *Novembr. 1567. quæ incipit, Marcellus Lantes*, & in ea inquit Summus Pontifex, quòd ab ea die, qua Hiſpalis â Mauritanis fuit recuperata, Territorium Sancti

Ioannis

Ioannis de Acre, vicini, & domiciliarij fuerunt exempti à iurisdictione Archiepiscopali, & subditi Priori Vicario ab Ordine Hierosolymitano constituto, qui Iudex Ordinarius est, & libera iurisdictionem spiritualem in vicinos, & Parochianos habitantes intra limites dicti Prioratus exercuit, in cuius possessione præcipit continuari, & loquēs eum Ordinario Hispalensi prosequitur ibi: *Nec aliquam iurisdictionem, dominium, superioritatem, & potestatem, visitationem, aut correctionem aut quidquam aliud contra formam eorundem privilegiorum facere, committere, attentare, seu innovare.* Et Ordinarium Hispalensem vocat Pontifex *Reverendum Vicarium, & Officialem*: & Priorem S. Ioannis de Acre, *Illustrissimum, & Reverendissimum Fratrem Ioannem de Avila Priorem*, quod repetit geminatis verbis in eo Constitutione, ibi; *Quodque nunc ex parte Illustrissimi, & Reverendissimi Fratris Ioannis de Avila Prioris Ecclesiæ, & Convētus S. Ioannis de Acre Ordinis dictæ sacræ Religionis S. Ioannis Hierosolymitani intra muros Civitatis Hispalensis, ac Iudicis Ordinarij.* Ex quibus clarè convincitur, intentum Ordinarij Hispalensis cognoscendi contra Priorem huius Territorij Hierosolymitani ratione cuiusdam funeris, & præcedentię non fuisse consonum iuri, nec rationi, eo prætextu, quòd Prior non habet Superiorem in loco, cùm Iudex Ordinarius fuisset in suo Territorio, sicut & Ecclesiasticus in Diœcesi: & par in parem non habet imperiū: & iurisdictio Religionis, & exemptio Territorij procedunt ab origine, & eadem die, qua per Sanctum Regem Ferdinandum Tertium fuit Civitas hæc restaurata. Et absolutè Vicarios Hierosolymitanorum esse Iudices Ordinarios, tenent Rodericus *tom. 2. Summ. edit. 2. cap. 217. num. 4.* Thomas Sanchez *de Matrimonio, lib. 3. disp. 7. num. 11.* Fagundez *in Præcept. Eccles. libr 7. cap. 2. num. 55.* & de omnibus Vicarijs Militaribus Sanchez *disput. 29 num. 19.* & comprehendi iub nomine Ordinariorum *in Cap. 1. sess 24. de Reformat.* cum multis tenet Barbosa *in Collect. ibi num. 63.* vbi loquitur de Vicarijs Hierosolymitanis.

Eademque resolutio procedit in causis criminalibus; nam etiam si Hierosolymitanus in loco non habeat Iudicem, non potest puniri ab Ordinario Ecclesiastico; non ex Bulla Gregorij XV quæ non loquitur de Ordinarijs Religionis Hierosolymitanę, & procedit de Conservatoribus, in quorum locum, si á Regularibus non eligantur, ponit Pontifex Ordinarium ad cognoscēdum de causis civilibus, de quibus cognoscere possunt Conservatores electi; non de criminalibus, de quibus cognitionem non habent. Moneta *de Conservatorib. Iudicibus cap 7. num. 191.* Pellizarius *in Manual. Regul. tom. 2 tractat 8. cap. 8. num 123.* Nec etiam ex Concilio, cuius decisio non procedit in exemptis exemptione omnimoda; & ita Barbosa, qui *num 7.* hanc iurisdictionem in criminalibus concedit Ordinario in exemptos, quando in loco non adest Iudex exemptorum, statim *num. 8.* explicat dictum in exemptis privilegio loco circumscripto, iuxta *Cap. 1. de Privilegijs lib. 6.* non in exemptis exemptione omnimoda, sicut exempti sunt Hierosolymitani. 14 15

Nec Bordoni opinio procedit in Hierosolymitanis, nec argumentum, quo concedit iurisdictionem 16

in

in exemptos Regulares, quando in loco non habent Iudicem, est certum, sed futile, & inane; quia dicere quòd tunc Regularis æquiparatur extra claustra degenti, atque ita potest eum punire Ordinarius, fundatur in supposito falso, nam nego æquiparationem: si enim est extra claustra cum licentia Regularis, vel ex Ordinis instituto, quamvis delinquat, non potest puniri ab Ordinario. Et quando similitudo detur, in casu Concilij Ecclesia concedit iurisdictionem; at in casu disputationis non datur textus, quo fundetur iurisdictio. Nec potest suppleri negligentia per Iudices incompetentes: nec datur negligentia in Superiore absente, qui non potest simul esse in multis locis, vbi iurisdictionem exercet in subditos. Vnde contra Bordonum contrarium tenet Cespedes *de exempt. Regular. dub.* 236. ex eo, quod hæc ampliatio & extensio iurisdictionis procedit sine iure, & textu, & ex proprio capite contra privilegia exemptorum.

17 Et ratio, seu color quæsitus, ne delicta maneant impunita, est contemnenda; nam vt inquit D. Paulus *ad Roman. cap.* 14. *Tu quis es, qui iudicas alienum servum? domino suo stat, aut cadit. Cap. Moveri, & Cap. Multi.* 2. *q.* 1. Et Ordinarij faciunt regulariter maiores abusus prętextu suæ iurisdictionis, quàm exempti prętextu suę exęptionis. Bald. *in tract. de exempt. num.* 24. Valençuela *consil.* 74. *numer.* 5. Gonçalez *in Reg.* 8. *Chācel. glos.* 5. *numero* 188.

CAPVT IX.

VTRVM HIEROSOlymitani possint esse Vicarij Generales Episcoporum, & Executores testamentorum? Et an ratione officij, & administrationis subiecti sint Episcopis? Et quid in administratione Fabricarum? Et vtrùm in his casibus possint ab Episcopis excommunicari?

SUMMARIVM.

VIcarius Generalis Episcopi debet esse Clericus sæcularis. 1.

Monachus cum consensu Superioris potest Vicarius Episcopi creari. 2.

Hierosolymitani privilegijs Clericorum sæcularium potiuntur, & in odiosis Regularium nomine non comprehenduntur. 3.

Hierosolymitani possunt Vicarij Episcoporum creari. 4.

Hierosolymitanos ratione officij non potest punire Ordinarius Ecclesiasticus. 6.

Fori privilegium nõ potest à Hierosolymitanis renunciari. 7.

Hierosolymitani nõ possunt iurisdictionem Ordinarij prorogare. 8.

Clericus, nec cum consensu Episcopi, potest exemptionem fori renunciare. 9.

Vicarius Episcopi non tenetur ad syndicatum. 10.

Executores testamentorum possunt esse Hierosolymitani. 11.

Clementina vnica de testamentis refertur. 12.

Ordinarius tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus cognoſcit de executione vltimarum, & piarum voluntatum. 13.

Regulares executores teſtamentorum poſſunt conueniri, & puniri ab Ordinario. 14. *cõtra.* 15. 18. 22.

Religio Hieroſolymitana non comprehenditur in decretis Concilij Tridentini, & conſtitutionibus Apoſtolicis, niſi ſpecificè eadem Religio exprimitur. 16.

Dictio Et, *eſt copulativa, & dictio* Necnon. 17.

Clementina vnica de teſtamentis & Concilium Vienenſe intelligitur ſicut Concilium Lugdunenſe in exẽptis exemptione communi. 19.

Clementina vnica de teſtamentis intelligitur etiam de Ordinarijs inferioribus Diœceſanis, qui cognoſcunt de executione teſtamentorũ. 20.

Concilium Tridentinum vbi voluit comprehendere Milites S. Ioannis, expreſſit. 21.

Fabricarum adminiſtratores ſubijciuntur Ordinarijs. 23.

Hieroſolymitani adminiſtratores fabricarum ſubijciuntur Ordinario quo ad reddendam rationem, non verò quo ad reliqui ſolutionem. 24.

Epiſcopus poteſt compellere cenſuris Regulares in caſibus, in quibus iuriſdictionem habet contra eos. 25

Hieroſolymitani non poſſunt excõmunicari ab Epiſcopis. 26.

Famuli, & Servientes Hieroſolymitanus non poſſunt ab Epiſcopis excommunicari. 27.

Concilium Tridentinum in caſibus, quibus permittit Regulares ab Ordinarijs excommunicari, expreſſit. 28.

Epiſcopus quamvis habeat iuriſdictionem in exemptos in aliquibus caſibus, excommunicandi facultatẽ, niſi expreſsè concedatur, non habet. 29. 30. & 33.

Regulares executores teſtamentorum, vel hæredes defunctorum non poſſunt ab Ordinarijs excommunicari. 31.

Nobilis, Mulier, nec Clericus, ſicut non poſſunt pro debitis civilibus incarcerari, ita nec excommunicari. 32.

AN poſſint Fratres Capellani Ordinis Hieroſolymitani Vicarij Generales Epiſcoporũ conſtitui, eſt primum dubium hoc capite diſputandum. Et pro parte negativa facit declaratio Sacrę Congregationis Epiſcoporum, & Regularium *in Motulana* 8. *Maij* 1615. qua declararum eſt, quòd Vicarius Generalis Epiſcopi debet eſſe Clericus ſæcularis idoneus, & Epiſcopus non debet id muneris per Regulares exercere: referunt Aldana *in Compend. canonic. reſolut. lib.* 1. *tit.* 83. *num.* 12. Barboſa *in Summ. Apoſtolic. deciſ. collect.* 713. *num.* 1.

Sed contra facit, quòd Monachus, vel Religioſus cum conſenſu Abbatis, & Superioris poteſt Vicarius Epiſcopi creari, vt communis eſt opinio. Gloſſ. *in Cap. Præſentium.* 16. *q.* 1. *& in Clement.* 2. *de reſcriptis, & in Cap. Si quis, diſt.* 58. Rota *deciſ.* 3 *de officio Vicarij in antiq.* Fuſcus *de Viſitat. lib.* 2. *cap.* 15. *nu.* 100. Ricc. *collect.* 143. *in fin.* Navar, *comment.* 2 *de Regular. num.* 68. Azor *Inſtitut. Moral. part.* 2. *cap* 43. *q.* 10. *verſic. Quæres.* Campanil. *in diverſ. Iuris Canon. rubr.* 11. *cap.* 13. *nu.* 118. Maiol. *de Irregularit. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 3. Sbroſius *de Vicar. Epiſc. lib.* 1. *q.* 38. Guido Papa *deciſ.* 563. Rebuff. *in Praxi, tit. de Vicar. num.* 30. Segura Davalos *in Direct. iud.* 1. *part. cap.* 12. *num.* 7. Thomas Sanchez *in Summa lib.* 6. *cap.* 13. *num.* 88 Barboſa *in collect. ad Cap.* 1. *de Filijs Præsbyt. & de Poteſt. Epiſc.* 3. *part. alleg.* 54.

num.

num. 12. Mendo *de Ordin. Milit. disq.* 7. *quæst.* 19. *num.* 243.

3 Facit secundo, quod Fratres Hierosolymitani privilegijs Clericorũ sæcularium potiuntur; & Capellani non differunt ab eis, nisi in gestatione Crucis, vt voluit Pius IV. *in Bulla, quæ incipit, Circũspecta, kalend. Iulij* 1560. *apud Cherubi. tom.* 2 *fol.* 9. Gregor. XIII. *Constit.* 60. *incipit Quo magis.* 23. *Martij* 1580. *apud Cherub. tom.* 2. 229. Alexand. Sperell. cum multis *decis.* 21. *num.* 32. *et* 69. vbi quod veniunt Clericorum appellatione; & ita Religiosorum nomine in odiosis non comprehenduntur Aragon 2. 2. *q.* 88. *art.* 1. *ad vltim.* Roderic. *quæst. Regul. tom.* 1 *q.* 1 *art.* 6. Azor. *p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 4. *quæst.* 4. Mendo *disq.* 11 *q* 4. *num.* 8 Lezana *tom.* 2. *Regul. cap.* 5. *num.* 17

4 Vnde certum est, posse Vicarios Episcoporum creari, & Quæsitores Sacræ Fidei, & alia munera similia exercere; vt in terminis de Clericis Fratribus Militaribus tenet Mendo *dict. disq.* 7. *q.* 19 *num.* 243 & ita praxis obtinet, & annis præteritis fuit quidam Frater Hierosolymitanus Iudex Ordinarius testamentorum, & causarum piarum in hac Diœcesi Hispalensi, vt à multis antiquis fidedignis mihi relatum est.

5 Nec obstat decisio relata ab Aldana, & Barbosa; quia cùm sit odiosa & restringens facultatem, quam Regulares habent ad prædicta munera obtinenda, non est intelligenda de Militaribus, qui Clerici sæculares quo ad prædicta munera censentur.

6 Secundum, & difficilius dubium est, an ratione huius officij subditi sint Episcopo, ita vt possit eos delinquentes punire, & syndicare; & pars affirmativa probatur ex relatis supra. *Cap.* 5. *ex nu* 8. *vsq; ad* 14. sed negativa verior est ex ijs, quæ dicto capite concluduntur in delinquentibus in officio sæculari, quæ militant in hoc casu; maximè quæ referuntur ibi *ex num* 19. de exẽptione omnimoda Ordinis. Quam exemptionem, & fori privilegium Fratres directè, vel indirectè renunciare non possunt; tùm quia incitata Bulla Pij IV. prohibetur sub excommunicationis latę sententia Fratres Hierosolymitanos in iudicio vexare *quovis quæsito colore, directè, vel indirectè*; tùm etiam quia renunciari non potest ab eis prædictum privilegium fori. *Cap. cum tempore, de recept. arbitr.* ibi: *Cum etsi sponte volueris, de iure tamen nequiveris sine licentia Romani Pontificis renunciare privilegijs vel indulgentijs libertatis, quæ Monasterium illum indicant ad ius, & proprietatẽ Romanæ Ecclesiæ pertinere.* Gurba *cons.* 77. *ex num.* 31. vbi quod Melitenses Equites Summo Pontifici immediatè subiecti sunt. Aretin. *in.* §. *Idem iuris, num.* 44. *instit. de except.* Rustic. *de fideicommiss. lib.* 5. *cap.* 5. *nu.* 2. & sine Pontificis licentia nemo eorum Ordinarij iurisdictionem poterit prorogare. *Cap.* 1. *&* 2. *Cap significasti, de foro competenti*; luæque exemptioni absque Pontificis licentia renunciare. Tusc. *lit. E. concl.* 566. *num.* 6. sed ea non obstante revendicat superior, sicut nec potest vasallus invito domino. Bald. *in cap. imperialẽ.* §. *Praterea, & ibi Glos. verb. duos, de prohib. feud. alienat.* Carleval *de iudicijs tomo.* 1. *disp.* 2. *nu.* 599. nec Clericus sine Episcopi sui consensu Graff. *de effectib. clericat. eff.* 1. *n.* 42. Barbos. *in. l.* 1. *ff. de iudicijs art.* 3. *n.* 179. imo nec cum consensu Episcopi, Graff. *eff.* 1. *num.* 652. Surd. *cons.* 396. *num.* 115. latè Lezana *consulto* 40. *nu.* 82. de nostris Hierosolymitanis Valęquela *cons.* 95. *n.* 51. Sperellus *decis.* 21. *n.* 29.

7 *Cum etsi sponte volueris, de iure tamen nequiveris sine licentia Romani Pontificis renunciare privilegijs vel indulgentijs libertatis, quæ Monasterium illum indicant ad ius, & proprietatẽ Romanæ Ecclesiæ pertinere.*

8 renunciare.

9 clericat. eff.

10 Cui reſolutioni facit, quod Vicarius Epiſcopi non tenetur ad Syndicatum, vt expreſsè declaravit Gregor. XIII. *in Bull. ann.* 1578. directa Clero, & Communitati Tarentin. Siquidem cũ Communitas, & Clerus prætenderent Vicarios Epiſcopi eſſe obnoxios Syndicatui, reſpondit Pontifex his verbis: *Statuimus, & mandamus, quod Vicarij, & Officiales, ſivè generales, ſive particulares, etiam foranei nuncupati, per eundem Archiepiſcopum, ſivè eius pro tempore ſucceſſores in dicta Eccleſia Tarentina, ſivè eius Diœceſi deputati, vel deputandi ad aliquem Syndicatum nullo modo teneantur, aut eidem ſub quovis prætextu ſint obnoxij.* Refert Genuenſ. *in prax. Neap. cap.* 58. *in noviſſ. edit.* Barboſa *de Pot. Epiſc. allegat.* 84. *n.* 83. vbi ex hac Gregorian conſtitutione animadvertit admittendam non eſſe diſpoſitionẽ *l.* 4 *tit.* 7. *lib.* 3. *Recop.* qua apud nos Vicarios Epiſcopi iubetur Syndicari.

11 Tertium dubium eſt, an poſſint Fratres Hieroſolymitani eſſe executores teſtamentorum; in quo tenendum eſt affirmativè, maximè interveniente licentia Superioris, iuxta ea, quæ de Monachis executoribus deciſa ſunt *in Cap. fin. de teſtament. lib.* 6. *Clement. vnic. eod. tit. l.* 2. *tit.* 10. *p.* 6. latè Carpio *de executorib. & commiſſar. teſtament lib.* 1. *cap.* 5. Pellizar. *in Man. Regul. tom.* 2. *tr.* 6. *cap.* 12. *ex nu.* 24.

12 Quartum dubium vertitur in dicto caſu executionis teſtamentorũ, in quo ſi deliquerit Hieroſolymitanus, an puniri debeat ab Ordinario Eccleſiaſtico, eſt quæſtio difficilis, cuius reſolutio pendet ex intellectu *dictæ Clementinæ vnicæ de teſtamentis.* Et pro iuriſdictione Eccleſiaſtica facit primo dicta Clementina deſumpta ex Concilio Viennenſi, ibi: *Religioſis etiam exemptis ad executionem cuiuslibet vltimæ voluntatis circa ipſius executionis officium volentes præcludere materiã delinquendi, præſentis conſtitutione, authoritate ſtatuimus, quod tales etiam ſi Prælatorum fungantur officio, locorum Ordinarijs debitam reddere eiſdem Ordinarijs, eiſdem abſque dolo, fraude, ſeu negligentia de ſuſceptæ executionis officio teneãtur exigere rationem. Illoſque circa id delinquiſſe repererint, in aliorũ exemplo pœna debita* [quorumcumque non obſtante privilegio] *puniri.*

Facit ſecundo, quod ad executionem vltimarum, & piarum volũtatum habet facultatem Ordinarius Eccleſiaſticus tanquam Sædis Apoſtolicæ delegatus ex Concilio Tridentino *cap.* 8. *ſeſſ.* 22. & ita de quibuſcumque Regularibus, & de Mẽdicantibus Commiſſarijs teſtamentorum poſſe conveniri, & puniri ab Ordinario tenent multi relati, & ſecuti à Barboſa *de Poteſt. Epiſcop.* 14 *allegat.* 82. *n.* 34. Thomas Sanchez *in Decalog. lib.* 6. *cap.* 11. *n.* 22. Lezana *in ſumm. tom.* 1. *cap.* 9. *in fin.* Peirinis *de Prælato q.* 3. *ca.* 5. *n.* 23. Caſtrus Palaus *tom.* 3. *trac.* 16. *diſp.* 4. *punct.* 13. *§.* 1. *num.* 7. Ioann. de la Cruz *in* 7. *præcept. q.* 1. *art.* 5. *dub.* 17. *n.* 7. referens Diana *p.* 8. *tract.* 5. *reſol.* 37.

Sed nihilominus contraria opi- 15
nio probabilis eſt non ſolùm reſpectu Hieroſolymitanorum, ſed Mẽdicantium, & Regularium exemptionis omnimodæ. Et probatur primò in noſtris Hieroſolymitanis ex ampliſſima exemptione, vt nec ratione cõtractus, rei, nec delicti, vbicumque contractus inniretur, res exiſteret, & delictum committeretur, poſſint ab Epiſcopis conveniri, puniri, coerceri, & moleſtari, directè,

rectè, vel indirectè, quovis quæsito colore, vt patet ex Bulla P. j IV. & alijs posterioribus, quibus exemptio omnimoda concessa est.

16 Probatur secundò, ex Bulla Innocentij X. *quæ incip. Vniversalis Ecclesia* 1648. *tom.* 4. *Bullar. pag.* 268. vbi Summus Pontifex confirmavit omnia privilegia, & indulta, facultates, exemptiones, immunitates, libertates, & alias gratias Magno Magistro, & Conventui concessas, cum clausula exceptionis, ibi: *Exceptis tamen decretis eiusdem Concilij Tridentini, & constitutionibus Apostolicis, necnon alijs, in quibus specificè eadem Religio exprimitur, & comprehendi disponitur, quæ in suo robore, & efficacia permaneant.* Ex quibus deducitur, quod si specificè Religio Hierosolymitana non exprimitur, tàm in Concilio Tridentino, quàm in alijs constitutionibus Apostolicis, comprehensa non est; quia verbum specificé non solùm ad constitutio-
17 nes Apostolicas, sed ad decreta Cócilij refertur, vt probatur ex dictione copulativa &, quæ in vna & eademmet oratione posita est repetitiva præcedentium Barbosa *dict.* 93. *num.* 12. sicut dictio *necnon*, quę etiam copulativa est. Barbos. *dict.* 178.

18 Hancque opinionem in terminis Regularium exemptionis omnimodæ, vt nec ratione executionis testamentorũ possint puniri ab Ordinario, tenent Richardus *in.* 4. *distinct.* 45. *q.* 2. *artic.* 5. vbi intelligit Clementinam vnicam de testamentis, & Concilium Viennense in Religionibus habentibus exemptionem communem, qui tamen cõveniri possunt ratione contractus, delicti, seu rei, vt *in Cap.* 1. *de privilegijs, lib.* 6. iuxta Concilium Lugdunense Angel. Clavas. *in summa verb. executor. n.* 20. Silvester *verb. testamentum.* 2. *num.* 2. *vers Quartum.* Tabiena *verb. Executor. n.* 15. Armilla *eod. verb. nu.* 15 Vg. *in summa cap.* 114. *casu* 5. Eman. Roderic. *tom.* 3 *quæst. Regul q.* 70. *art.* 5. *& in summ. tom.* 2. *cap.* 156. *n.* 8. Carpio *de executor. b. testam. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 43. Molfesius *in summ. p.* 2. *tract.* 13. *cap.* 11. *nu.* 29. Vvadingus *tract. de contractib. disput.* 4. *dub.* 13 § 6 *nu.* 5. Fagundez *de contractio. lib.* 6. *cap.* 5. *n.* 5. Hieron. Roderic. *resolut.* 135. *n.* 20. Cespedes *de exempt. Regular. dub.* 411. Pellizar. *in Man. Regul tom.* 2 *tract.* 8. *cap.* 6. *num.* 74. novissimè Prado *tom.* 2. *quæst. Moral. cap.* 29. *q.* 6. *n.* 40.

Neque huic opinioni adversatur 19
dicta Clementina, & Concilium Viennense, quia intelligi debent secundum Concilium Lugdunense in exemptis exemptione communi, non in exemptis exemptione omnimoda. Quod etiam ostenditur ex eo, quod dicta Clementina intelligitur etiam de Ordinarijs inferioribus Diœcesano, vt tenent Glos. *ibi verb. Locorum.* Imola *nu-* 20
mer. 12. Cardinalis *num.* 14. Carpio *num.* 43. qui sunt Vicarij foranei, & cognoscunt de causis testamentorum, licèt iurisdictionem Ordinariam plenariam ad vniversalitatem causarum non habeant: vndè si hi cognoscerent contra Hierosolymitanos executores testamentorum, haberent duos iudices in Diœcesi, vnum, Vicarium foraneum iuxta dictam Clementinam secundum Glossæ, & aliorum intellectum, & alium, Vicarium Generalem Episcopi, qui ratione vniversalitatis causarum esset etiam competens, quod geminatè est contra fori privilegium, & omnimodam exemptionem.

Nec Concilium Tridentinum 21
expri-

exprimit quoque Religionem Hierosolymitanam, & est intelligendũ iuxta Concilium Lugdunense; si enim vellet comprehendere Regulares Militares S. Ioannis, exprimeret, vt fecit *in Cap. 11. sess 24. & in sess. 23. cap. 18. & in sess. 25. cap. 21.* quo argumento vtitur Rota *decis. 591. n. 8 p. 1. diverſ.*

22 Nec sunt attendendi Barbosa, & alij citati pro contraria opinione, quia non disputant quæstionem, sed referuntur ad dictam Clementinam; & Barbosa citat pro sua opinione Angelum, & Emanuelem Rodericum, qui pro nostra opinione firmitet respondent: & Diana *dicta resol. 37.* qui benè tractat, & fideliter vtriusque opinionis authores refert, eam non resoluit, sed cõcludit: *Et hæc sunt placita Doctorum circa præsentem quæstionem, ego verò iudicium meum non interpono, quia nolo tragedias suscitare,* quod notavit Prado ita: *Sed potius quisque permittitur in suo sensu abundare, quando quæstiones indecisæ relinquuntur: & ideo per hoc lites non extinguuntur, sed foventur, & suscitantur.* Quæ omnia, & contenta infra in dubio sexto allegavi de facto in causa cuiusdam Monialis Hierosolymitanæ Conventus S. Elisabet, quæ apud Ordinarium ecclesiasticam conveniebatur ratione executionis testamenti prę-venti à Iudice sæculari, insistebamque conveniendam esse apud Vicarium Religionis Iudicem Ordinarium dicti Conventus, & non apud ecclesiasticum Diœcesanum huius Civitatis, casu quo ad sæcularem ratione prærentionis cognitio non expectaret.

23 Quintum dubium procedit in administratoribus fabricarum, de quibus Concilium Tridentinum *sess. 22. cap. 9.* ita cavet: *Administratores tam ecclesiastici, quàm laici, fabricæ cuiusvis ecclesiæ etiã Cathedralis, Hospitalis, Confraternitatis, Eleemosynæ, Montis pietatis, & quorumcumque piorum locorum singuli teneantur reddere rationem administrationis Ordinario: consuetudinibus, & privilegijs quibuscumque in contrarium sublatis.* Quo decreto comprehendi Hierosolymitanos tenent Sell. *in select. cap. 23. n. 10.* vbi refert decisum *in Vulturarien. 7. Septembr. 1630.* Barbos. *in collect. ad Concil. d. cap. 9. nu. 26. & in summ. decis. collect. 342. n. 2.* Lezana *tom. Regul. cap. 5. num. 49.* Sed vltra quod hæc decisio non est authentica, eam intelligo, vt Hierosolymitanus administrator fabricæ in visitatione reddat rationem, & ad hoc compelli possit ab Episcopo; reddere namque rationem administrationis suæ tenetur vnusquisque iuxta illud Lucę *cap. 16. Redde rationem villicationis tuæ,* sed reliquum solvere compellat Iudex Ordinis; sicut in Clerico depositario per Iudicem sæcularem, qui potest declarare, debere depositum restituere, sed Ecclesiasticus debet ad solvendum compellere. Diana *p. 1. tract. 2. resol. 22.* maximé, quia exemptionis privilegia in Ordine Hierosolymitano post Concilium Tridentinum fuerunt concessa à Summis Pontificibus, & ab Innocentio X. ann. 1648. decisio autem sive declaratio fuit anno 1630. & in ea solùm dicitur, quòd Fratré Hierosolymitanum, qui administravit redditus Parochialis sęcularis citatum ab Episcopo in visitatione ad reddendam rationem, & non comparentem potest Episcopus excommunicare ex declaratione *sacræ Congreg. Concil. in Vulturarien. 7. Septembr. 1630.* quasi excommunicatio sit ob non comparẽ-

24 tiam

tiam ad reddendam rationem, quæ rationis delatio differt à solutione reliqui, de qua nihil decidit declaratio, & ita à Iudice Ordinis tantũ poterit compelli. Quæ considera, quia dubia mihi sunt.

25 Sextum dubium est, an in casibus hoc capite scriptis, & in alijs similibus, si Ordinarius Ecclesiasticus potest cognoscere contra Hierosolymitanos ratione officij, & administrationis, & ex decretis consiliaribus, vtrum possit eos excommunicare? Et pars affirmativa probatur ex eo, quod Episcopus potest compellere censuris Regulares, in casibus, in quibus iurisdictionem habet contra eos, vt declaratum est à sacra Congregatione, cuius meminit Barbosa *in collect. Bullar. verb. Episcopus, & de pot. Episcop. 3. p. allegat. 78. n. 25.* Riccius *resol. 308. num. 6.* Maceraten. *decis. 35. dub. 2.* Armendar. *in addit. ad recop. leg. Navar. lib. 1. tit. 14. cap. 28. §. 31. nu. 7.* Aldana *in Compend. canon. resol. lib. 2. tit. 18. n. 10.* Genuens. *in prax. cap. 59. n. 8 vers. Aliud est dubium.* Castro *in prax. Lusit. tom. 1. lib. 2. ca. 1.* Zerola *in prax. p. 2. verb. Excommunicationis causa materialis. § 4.* Capanili *in divers. iur. can. rubr. 12. cap. 13. n. 167.* Gratianus *Marchiæ decis. 132. n. 15.* Solorzan. *de iur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 17. n. 57.* Salgado *de Protect. Reg. p. 2. cap. 9. numer. 109.* Bordonus *resol. 7. quæs. 6. num. 9.*

26 Sed contrarium probatur primò ex Bullis Clementis VIJ. & Pij IV. vbi prohibitum est Archiepiscopis, Episcopis, & Prælatis, contra Hierosolymitanos *excommunicationes, alias ve sententias, censuras, & pœnas promulgare*, & alibi ita: *Quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.* Cui facit Bulla Alexandri IIJ. pro Ordine Militari S. Iacobi de Spatha, *incip. Alexander, nonas Iulij, indictione 8. ann. 1175.* ibi: *Apostolica auctoritate decernimus, ne personas vestras præter Legatum Apostolicæ Sedis à Latere Romani Pontificis destinatũ interdicere quisquã, aut excommunicare præsumat.* Et tenent de nostris Hierosolymitanis Glos. *in Cap. 1. verb. Persolvant, de verb. signif. in 6.* Rodolfin. *in tract. de brach. sæcul. num. 19.* Ansaldus *de iurisdict. p. 2. tit. 8. cap. 10. n. 20. & 22.* Io. Bapt. Thoro *in compend. decis. 2. p. verb. Milites Hierosolymitani.* Cavalc. *decis. Fiviz. 28. numer 47. p. 1.* Carol. Maranta *resp. 53. p. 5. nu. 62.* Quod privilegium 27 concessum est, & famulis Hierosolymitanorum, qui ab Ordinario Ecclesiastico excommunicari non possunt ex privilegio Alexandri IV. de quo Lezana *tom. 2. cap. 16. num. 3. & 4.* Garcia *in Polit. Regul. tom. 1. trat. 8. dif. 1. dud. 3. n. 5.*

Secundo, quia licèt Regulares in 28 aliquibus casibus possint conveniri ab Ordinarijs Ecclesiasticis tanquã ab Apostolica Sede delegatis, si eadem met decreta conciliaria, vel cõstitutiones Apostolicæ non exprimunt, vt possint eos interdicere, seu excommunicare, videtur eam facultatem denegari; quando enim id permittitur Ordinarijs, decretis ijsdem met statuitur, *vt in sess. 25. cap. 16. contradantes*, aut recipientes aliquid pro ingressu novitiorũ. *Cap. 5. eiusd. sess.* pro clausura Monialium, & in alijs.

Tertiò probatur *ex Cap. 1. de* 29 *privileg. in 6. vers. In eos autem*, vbi cum decretum fuisset, Episcopũ habere iurisdictionem in exemptos in aliquibus casibus subdit textus:

In

In eos autem, quibus nec interdici, ſuſpendi, vel excommunicari à quo cumque valeãt, â Sede Apoſtolica eſt indultum, ſicut ſunt religioſi quã plures, in quorum privilegijs continetur, ne quiſquam Epiſcopus, vel Archiepiſcopus Monaſteriorum ſuorum Monachos pro vlla cauſa, vllo ve loco, interdicere, ſuſpendere, vel excommunicare præſumat, ijdem Ordinarij iuriſdictionẽ ſuã, quantum ad iſta, vbicumque illi fuerint, penitus exercere non poſſunt.

30 Et ita declaratum per ſacrã Congregationem *die 4. Aprilis* 1587. referunt Lezana & alij, & tenent Quaranta *in ſumm. Bullar. verb. Præcedentia, in fine*, vbi pluries fuiſſe deciſum per ſacram Congregationem refert. Rota *apud Buratum, deciſ. 146. p. 1.* Barboſa *in collect. ad Concil. cap. 14 ſeſſ. 25. numer. 1.* Gambar *de offic. legat. lib. 8. cap. vlt. nu. 77.* Vuiphus *in prax. for. Eccleſ. cap. 42.* Tambur. *de iur. Abbat. tom. 1. diſp. 9. q. 7. n. 7.* Scotia *in Bull. Pontif. theorem.* 393 Thom. Sanchez *de Matrim. lib. 2. diſp. 33 n. 22. & lib. 6. Decalog. cap. 1. n. 14.* Thom. Dribne *de immunit. Eccleſ. tom. 2. cap. 14. dub. 1. ex num. 28. cum ſeqq.* Mendo *de Ordin. Milit. diſq. 14. n. 41.* Novar. *in lucerna Regular. verb. Excommunicare, num. 5. & 6.* Eman. Roderic. *tom. 1. quæſt. Regul. q. 45. art. 2. in fin. & tom. 2. q. 59. art. 5. & tomo 1. ſumm. cap. 74. nu. 4.* Heron. Rodric. *in compend. quæſt. Regul. reſol. 50. nu. 16.* Miranda *in Man. Prælat. tom. 2. q. 35. art. 11.* Suarez *tom. 4. tract. 8 lib. 1. cap. 10. nu. 27.* Henriq. *lib. 7. de indulgent. cap. 25. ſub §. 7.* Portel *tom. 2. reſp. caſu 95.* Lezana *tom. 1. Regul. cap. 11. n. 14. & cap. 25. n. 35. & in ſumm. verb. Exemptio Regularium, nu. 11.* qui affert citatam declarationem, *& cã-*

ſulto 40. n. 72. Villalobos *in ſumm. p. 2. tra. 35. dif. 5. n. 17.* Machado *in Perf. Conf. tom. 2. lib. 4. p. 6. tra. 10. doc. 5. nu. 4.* Diana. *p. 11. tr. 2. reſol. 22. in fin. & part. 3. tra. 2. reſol. 76. & part. 7. tra. 12. reſol. 29.* Peirinis *in Privil. Minim. tom. 1. conſt. 11. Sixti IV. num. 60.* Pellizar. *in Man. Regul. tom 2. tra. 8. cap. 6. num 44.* Ceſpedes *de exẽpt. Regul. dub. 275. 290. & 296.* Garcia *in Polit. Regul. tom. 1. trat. 8 dif. 3 dud. 4 num. 21.* Prado *tom. 2 quæſt. Moral. cap. 29. q. 6. n. 43.* Brunus Chaſaing. *de Privileg. Regular. tr. 2 cap. 5. propoſit. 3.* Virginius Alviſet *eod tract. ſect. 3. cap. 8 §. 4 n. 3.*

Ex quibus Doctoribus aliqui loquuntur in caſu, quo Epiſcopi poſſint rationem exigere religioſis executoribus teſtamentorum, vel hæredibus defunctorum, quod non poſſint cẽſuris eos compellere, & quod cenſura eſſet nulla defectu iuriſdictionis, vt Prado, Lezana, & Garcia, & alij apud ipſos. 31

Quæ reſolutio maximè procedit in Equitibus Hieroſolymitanis nobilitate Gentilitia decoratis; quia valet argumentum de carcere ad excommunicationem, & qui non poteſt pro debitis ciuilibus incarcerari, vt nobilis, mulier, & Clericus, nõ poteſt etiam excommunicari, quia anima precioſior eſt corpore, & cẽſura eſt captura animæ. Gomez de Leon *in cent. deciſ. Hiſpal. reſp. 14.* Azevedus, Felicianus, & alij, quos refert, & ſequitur Narbona *in l. 14. tit. 2. lib. 6. Recop. gloſ. 1. ex num. 11 cum ſeqq.* Cevallos *q. 701. num. 10.* vbi procedere inquit etiam extante Concilio Tridentino *cap. 3 ſeſſ. 25. de reformat.* Licèt Iudices Eccleſiaſtici parum animadvertentes cõtrarium faciant, quod nec iuri, nec rationi, nec æquitati congruit: verba ſunt Cevallos, ego enim non af- 32

ficio

ficio ita Ecclesiasticos, licèt exemptorum privilegia describam, quæ maiori in parte, & persæpe ab eis infringuntur.

33 Neque obstat declaratio sacrę Congregationis pro contraria opinione tradita, cui respondet Lezan. *vbi sup. verb. Exemptio Regularium num. 13.* ibi: *Infertur secundò, declarationes aliquot sacræ Congregationis, quæ asserere videntur, Regulares excõmunicari posse ab Episcopis in aliquibus casibus, in quibus illi subijciuntur, qualis refertur vna Nevien sis 7. Februar. 1633. à Novario supra num. 1. & Barbosa in collect. Bullar. verb. Episcopus, per hæc verba, Episcopus potest etiam sub censuris Ecclesiasticis cõpellere Regulares in ijs casibus, in quibus in eos iurisdictio illi tribuitur à Iure cõmuni, Concilio, ac constitutionibus Apostolicis, intelligi debere de Regularibus non habentibus dictum privilegium, quæ explicatio conformis est iuri communi in dicto Cap. 1. de privileg. in 6. & mẽti S. Congregat. propter declarationem superius adductam.*

CAPVT X.

DE HIEROSOLYMITANO percussore alterius, an possit absolvi à Prælato Ordinis, vel recurrere debeat præcisè ad Episcopum, vt eum absolvat? Et vtrùm publicus percussor Clerici sæcularis possit ab Episcopo declarari incursus in censura Canonis si quis suadente Diabolo 17. quæst. 1?

SVMMARIVM.

Absolvi potest à Prælato Hierosolymitanus alterum sui Ordinis percutiens. 1.

Percutiens Regularis alterum Regularem sui Ordinis à suo Superiore absolvitur. 2.

Regularis percutiens Clericum sæcularem absolvi potest ab Ordinario in casu levis percussionis. 3.

Percussio gravis, & levis qualis sit, remanet arbitrio Ordinarij. 4.

Regularis percutiens Clericum sæcularem in foro interno potest absolvi à suo Prælato Regulari. 5.

Regularis percutiens Clericum sæcularem in foro exteriori non potest nisi ab Episcopo absolvi de iure communi. 6.

Absolutionem ab Episcopo petere Regularem percussorem Clerici sæcularis est actio voluntaria. 7.

Regulares percutientes Clericos sæculares ex privilegijs hoc tempore absolvi possunt à propriò Prælato Religionis. 8.

Hierosolymitanus percutiens Clericum sæcularem an possit declarari incursus in censura canonis ab Ordinario Ecclesiastico 9.

Excommunicationem quoties exempti incurrunt ipso iure, possunt declarari ab Ordinario excommunicati, vt cæteri eos vitent. 10.

Excommunicationis denũciatio nihil addit. 11.

Declarans nihil ponit, nec facit de novo. 12.

Cognitio iudicialis in notorijs nõ requiritur. 13.

Citatio ad declarationem excommunicationis in isto casu non requiritur. 14.

Facultatem habens Ordinarius ad declarationem excommunicationis habet quoq; ad citationem. 15.

Citatio ſi ſua putaverit intereſſe non arctat nolentem comparere. 16.

Clericus citari poteſt à Iudice ſæculari in cauſis inducіarum debitoris, ceſſionis bonorum, & concurſus creditorem. 17. 18.

Iuaex laicus procedit contra Clericum poſſeſſorem hypotecæ cum clauſula irritanti prohibitiva alienationis. 19. *contra* 39.

Cenſuræ abſque iuriſdictione promulgari non poſſunt. 20.

Excommunicare qui non poteſt. non poteſt etiam incurſos declarare. 21.

Excommunicationis declaratio nō poteſt fieri abſque citatione eius, quem Iudex agit declarandum. 22.

Citari non poteſt exemptus ab Ordinario. 23.

Excommunicationis publicatio ſcripta in cedulonibus, vt arliet publicatum, debent cōcurrere tria, iuriſdictio, ordo, & cauſa. 24.

Hieroſolymitanus percutiens Clericum ſæcularem non poteſt declarari incurſus ab Ordinario ex declaratione ſacræ Congregationis, quæ refertur. 25.

Declarationis ſacræ Congregationis intellectus diſcutitur. 26. 27. 28. *&* 30.

Hieroſolymitani ſemper ſunt in aliena Parochia. 29.

Regularis percutiens Clericum ſæcularem non poteſt ab Ordinario declarari incurſus in cenſura canonis ex veriori opinione. 31. 32. *&* 33.

Excommunicatos exemptos poteſt declarare Ordinarius in caſibus, in quibus id facere ſpecialiter iure permittitur, vt in Clement. 1. de privileg. non in alijs. 34.

Declaratus incurſus in cenſura canonis debet adire Summum Pontificem pro abſolutione conſequenda. 35.

Clericus citatus à Iudice laico ſi ſua putaverit intereſſe, ſi poſſidet, eſt reus neceſſarius, & citatio valet. 36.

Citatio exempti facta ab Ordinario non præiudicat exempto. 37.

Iudicia inducіarum, ceſſionis, & concurſus ſunt vniverſalia, & debitor reus neceſſarius. 38.

Percuſſor notorius Clerici denūciari ab Epiſcopo poteſt, vt teneantur omnes eum vitare, etiamſi ſit exemptus. 40.

Denunciationi Regularis faciēdæ ab Epiſcopo delictum debet eſſe notorium, ijtemque notorium, nullā cauſam Regulares habere, quam ob rem ſe excuſent. 41.

Notorietas excluditur exquacūque ofuſcatione. 42.

HIeroſolymitanum percutiē 2
tem alterum eius Ordinis abſolvi poſſe à ſuo Prælato, decidit textus *in Cap. canonicæ. 50. de ſententia excommunicat.* ſicut quilibet Regularis percutiens alterum Regularem ſui Ordinis á ſuo Superiore abſolvitur. *Cap. cum* 3
illorum. § Quod ſi clauſtralis verſ. Si verò clauſtralis. Cap. Monachi, de ſentent. excommunicat. Si verò Regularis percutiat Clericum ſæcularem, abſolvi poteſt ab Ordinario, in caſu, quo Ordinarij poſſunt abſolvere Clericum ſæcularem. *Cap.* 3
Religioſo. 21. de ſentent. excommunicat. in. 6. quę facultas abſolvendi conceſſa Ordinario intelligitur in levi percuſſione, vt declarat ibi Gloſ. & arbitrio eius remanet, qualis dicatur gravis, & qualis levis percuſio. Gloſ. Inno. Ioan. Andr. *in. d.* 4
Cap. cum illorum. Graff. *conſ. 8. n. 3. tom. 2.* Quaranta *in verb. Abſolutio.* Sayrus *lib. 5. cap. 28. nu. 6.* Bordon. *reſol. 28. n. 45.*

Sed an poſſit etiam abſolvi à ſuo 5
Præ-

Prælato Regularis in casu percussionis Clerici sęcularis est dubium; quod procedit etiam respectu Hierosolymitanorum. Et in hoc dubio non loquimur de absolutione in foro interno, seu Pœnitentiali, in quo absolvi posse á suo Prælato Regularem percutientem Clericum sæcularem, non est dubium. Covarrub. *in Cap. alma mater, de sent. excõmunicat. in 6. p. 1. §. 11. nu. 10. vers. Etenim aut agimus.* Barbosa *in dicto cap. canonica, de sent. excommunicat. nu 4.* Et in foro exteriori non posse absolvi á Prælato Regulari
6 probatur *ex dicto Capit. Canonica*, ibi: *Fratribus vestris absolutionis beneficiũ impendatur*, vbi Glos. *ibi verb. Fratribus*, inquit, *ergo nõ alijs, quod est verum.* Ximenez *in concord. ad dict. cap. religioso. p. 2.* Vivian. *in Ration. lib. 5. Iur. Põtif. pag. 293.* Et de quocumque Regulari percutiente Clericum sæculare, quod tantùm ab Episcopo absolvi possit, Barbosa *de Potest. Episcop. allegat. 41. n. 18.* Tamburin. *de iur. Abbat. tom 2. disp. 14. quæst. 10. per totum præcipuè, nu. 3.* Castrus Palaus *p. 6. de censur. disp. 3. punct. 23. § 4. n. 10.* quia Prælatis Regularibus id denegatum est *in dict. Cap. cum illorum*, & solum conceditur Episcopis *in dict. Cap. religioso*, in favorem Regularium, & eorum beneficium, ne Summum Pontificem pro absolutione adire teneantur, sed possint ab Episcopis absolvi, sicut Clerici sæculares absolvi possunt. Quę facultas cum sit Regularibus favorabilis, & voluntaria, beneficium enim in invitum non datur, nemini dubium est, posse à Regularibus renunciari, seu non admitti; est enim in eorum voluntate absolutionem petere Episcopo, quia
7 prædicto *Capite Religioso*, non ligãtur præcisè ratione excommunicationis Episcopo, sed dicitur posse ab Episcopis absolvi, si Regulares velint absolutionem ipsis postulare. Avila *de censuris. 2. p. cap. 6. disp. 1. dub. 5. concl. 2. fol. 193.*

Cæterùm, licèt dicta procedant 8
de iure communi, tamen ex privilegijs Regularibus concessis absolvi possunt etiam pro foro exteriori Regulares percutientes Clericos sęculares à suis Prælatis, vti ex multis privilegijs ostẽdit Lezana *in summ. tom. 3. verb. Clericus. n. 16.* Molina *de iust. & iur. tom. 4. tract. 3. disp. 60.* Pellizarius *in Man. Regular. 2. tom. tract. 8. cap. 6. n. 191.* & vt rẽ certam supponit Hieron. Garcia *in Polit. Regul. tom. 2. trat. 10. dif. 5. dud. 3. punt. 1. n. 12.* & resolvit Bonacina *de censuris, tom. 3. disp. 2. q. 3 punct. 6. sect. 5. n. 9.* vbi inquit, religiosum exemptum á iurisdictione Episcopi percutientem Clericum sæcularem, hoc tempore absolvendum esse à proprio Prælato iuxta limites potestatis, & iurisdictionis, qua gaudet proprius eius Prælatus erga suos subditos. Ratio est, tùm quia exemptio subtrahit religiosos à potestate Episcopi, ipsosque subijcit magis Prælato ipsorum; tùm quia Prælati ferè omnes religiosorũ exemptorum habent privilegium absolvendi suos subditos, etiam ob enormem violentarum manuũ iniectionem in alium, vt constat *ex compend. privileg. Fratr. minor. verb. Absolutio ordinaria quo ad fratres*, & ex ijs, quæ tradit Hieronymus Sorbus Capucinus *eod. verb. num. 7. & seqq.* quo privilegio gaudent religiosi, quibus communicata sunt privilegia aliorum habentium huiusmodi privilegia, vt benè Molina *dict. tom. 4. tract. 3. disp. 60. numer. 6.* Bonacina *d. nu. 9.* Militares autem omnibus privilegijs Regularibus concessis potiuntur, vt obser-

vant Mendo, Diana, & Machado relati ſupra *diſcept.3.cap.1.n.16.*

9 Sed an Hieroſolymitanus percutiens Clericum ſæcularem poſſit ab Ordinario eccleſiaſtico declarari in curſus in cenſura Canonis *ſiquis ſua dente Diabolo.17.q.1.* ingens eſt difficultas, & quę latè controverſa fuit in caſu de facto annis præteritis in Chancellaria Regia Granatęſi, & in Regio Senatu, & in Nuncia tura Illuſtriſsimi Domini Nuncij in cauſa Don Fratris Ildephonſi Martinez de Angulo cum Abbate Complutenſi, in qua eruditam edidit iuris allegationem Don Petrus Guerrero Advocatus tunc Regiæ Chancellariæ. Fuitque eademmet controverſia, & quæſtio diſputata in hac Hiſpalenſi Vrbe in magna lite inter Religionem Hieroſolymitanam cum Ordinario eccleſiaſtico, orta ratione funeris in Conventu Monialiũ S. Eliſabeth. Vbi occaſione præcedentiæ, & officij peragendi ad invicem Clericos Sæculares, & Regulares percuſſos fuiſſe dicebatur: in qua cauſa probatum, & notorium omnibus fuit, quod Moniales, vel famulæ ex choro eiecerunt aquam, & lapides in Clericos ſeculares, quos, vnum vel duos percuſſerunt in capite: Quam cauſam pro Religione defendi in multis articulis, ex quibus vnus, & non contemnendus fuit præſens, defenſus ſummo ſtudio ab Ordinario Eccleſiaſtico, eo maximè, quia erat Vicarius Generalis huius Archiepiſcopatus idem, qui in Compluto Regio vulgo *Alcalà la Real*, litem eamdem habuit cum dicto Don Ildephonſo de Angulo Hieroſolymitano Equite, genere, armis, & omnium virtutum ſtemmate condecorato, nunc Commendatario Commendæ *Vide, & Morentana.*

10 Et ſuam partem probabat Ordinarius eccleſiaſticus Licent. Don Petrus Muñoz de los Diez, vir quidem doctiſsimus, ſtudioſiſsimus, & iuriſdictionis ſuæ ſummopere zelator, & vigil, primo ex eo, quia quoties exempti incurrunt excommunicationem iplo iure, poſſunt declarari ab Ordinario excommunicati, vt cœteri eos vitent *Clement.1. de privileg.* & ibi Ioan. Andr. *num.1.* Geminian. *col.3. verſ. Quod ſi exemptus.* Imola *in Clement.1. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct.* Triviſa. *lib.1. deciſ.36.n.2. verſ. Quinto vltra.* Graff. *lib.2. cap.49. nu.69.* Cenedo *in pract.q.26.n.30.* Fuſcus *de viſitat. lib.2. cap.20.n.24.* Anton. Gabriel *commun. concluſ. lib.6. de regulis iuris concl.3.n.41. & 43.* Lancelot. *de attentatis.2.p. capit.4. limit.21.n.7.* Riccius *in praxi reſol. 210. nu. fin.* Gambar. *de poteſt. Legat. lib.8. cap. de poteſtate Legati in exemptos.* Barboſa *de Poteſt Epiſcop.3.p. allegat.105.n.73.* Peirinis *ad Privileg. Minim. tom.1. conſt. 2. Sixti IV. §.10.n.13.* Carena *de offic. ſant. Inquiſit. p.1. tit. 5. §.13. num.90.* Novar. *in Luzerna Regular. verb. Excommunicare, num.6.* Henriquez *lib.7. cap.25.n.7.* Rodetic. *tom.2. Regul. q.63. art.1.* Tamburin. *de iur. Abbat. tom.1. diſp.15 quæſit.7.n.38.* Thomas Delbene *de immunit. eccleſ. tom.2. capit.14. dub.1.n.8.* & alij apud Dianam *parte 3. tract.2. reſol.35.* Etiam ſi exẽpti delinquant in loco exempto, Thomas Sanchez *tom.2. conſ. lib.6. cap. 9. dub.1. n.* 29. quos omnes retulit dictus Ordinarius pro ſua opinione in ſua iuris allegatione *nu.* 171. 172 & 180. licét multi ex citatis veriùs pro contraria opinione allegari poſſunt, vt demonſtratur infra.

Secundò, quia hæc denunciatio 11
nihil addit. *Cap. paſtoralis, de appellat.* declarans enim nihil ponit,

nec

nec facit de novo. *l. adeò. §. Videtur*
12 *ff. de acquirend. rer. domin. l. hæredes palam. §. Siquid post. ff. de testam. Clement. exivit. §. Harum declarationum, de verb. signif.* maximè si Hierosolymitanus, vel alius exemptus sit percusor publicus, & notorius, cum in notorijs cognitio
13 iudicialis non requiratur. *Cap. 1. de offic. delegat. in 6.* nec citatio ad declarationem excommunicationis in
14 casu notorio requiritur. Felin. *in capit. non potest. n. 3. de sentent. & re iudicata.* Genuens. *in prax. cap. 23. à num. 19.* Riccius *in addit. ad inst. tit. canon. lib. 2. tit. 22.*

15 Tertiò, quia etiam si requireretur citatio ad huiusmodi declaratio nem, videtur habere Ordinarium facultatem ad citationem, eo ipso, quod habet ad declarationem excō municationis. Glos. *in Clement. 2. de censib.* Felin. *in. d. cap. non potest. n. 3.* Riccius. *d. tit. 22. §. nec id.*
16 Vbi inquit, quod citatio non frangit exemptionem, nam est similis illi, quæ habet clausulam, si sua putaverit interesse, quæ non arctat nolentem comparere. Chochier *de iurisdict. in exemptos. p. 2. quæst. 45. num. 8.*

17 Quæ citationis forma nō solùm in Iudice Ecclesiastico, sed in Sæcu lari procedit, vt in causa de inducijs debitoris, & in cessione bonorum, vbi maior numerus creditorū laicorum prę iudicat Clerico creditori ad hoc iudicium citato. Mastril. *decis. 74. n. 15.* Cevallos *de cognit. viol. p. 2 q. 72. n. 8.* Novar. *in prax. var. sect. 3 q. 24.* Noguerol *allegat. 19. n. 130.* Et in concursu creditorū Iudex sæcularis citat Clericum, &
18 cognoscit de causa. Graff. *de effectib. Cleric. eff. 1. nu. 475.* Noguerol *num. 131.* latè Salgado *in Labyrint. credit. 1 p. cap. 6. per totum.* Et contra Clericum possessorem hypotecę cum clausula irritanti prohibitiva alienationis procedit etiam sæcularis, & iubet eum citari. Cevallos *de cognit. viol. q. 16. à num. 34.* 19
Salgado *de Reg. Protect. 4. p. ca. 14. num. 109.* Guzman *de evictionib. q. 7. à num. 34.* Amaya *in. l. 2. n. 31. C. de annon. & tribut. lib. 10.* Noguerol *allegat. 3.* Vela *differt. 14. à num. 59.*

Verùm his non obstantibus, tám 20
in Regularibus exemptionis omnimodæ, quàm in nostris Hierosolymitanis, cōtraria opinio verior est; & probatur primò, quia Ordinarius Ecclesiasticus non habet facultatem imponendi censuras Fratribus Hierosolymitanis, vt patet ex Bullâ Pij IV. & omnibus confirmatorijs privilegiorum Ordinis S. Ioā nis, & continetur supra. *Cap. anteced. n. 26.* nec alijs etiam Regularibus exemptis, quia hoc operatur exemptio; & est necessaria iurisdictio ad promulgandum censuras. *Ca-* 21
pit. á nobis 21. de sentent. excommunicat. Ergo nec potest etiam huiusmodi Regulares declarare incursos in censuris: argum. *l. procurator. 3. C. vbi causæ fiscales*, ibi: *Procurator meus, qui vice Præsidis Provinciæ non fungitur, sicut exigere pœnam desertæ accusationis non potest, ita iudicare, vt ea inferatur, sententia sua non potest.* Vbi Baldus *num. 1.* tradit, quod is, qui non potest facere executionem, non habet ius pronunciandi.

Secundò, quia non potest fieri 22
hæc declaratio, seu publicatio abq; citatione eius, quem iudex agit declarandum. *Clement. 1. de Privileg.* Glos. *in Clement. fin. de censib. verb. Constituerit*, ibi: *Parte vocata, contra quam fit publicatio.* Rota *in novis. decis. 2. aliàs. 47. de dol. & cōtum. in addit. num. 5.* Salgado *de retent. Bullar. 2. p. cap. 24. num. 12.*

Ansal-

Anſaldus *de iurisdict. p. 2. tit. 8. capit 5 ex num. 17.* Alexander Sperellus *decis. 48. num. 55.* Sed exemptus non poteſt citari per Ordinarium. *Cap. Silveſter, & Fauſtinus 11. q. 1.* Ergo nec etiam poteſt declarari incurſus in cenſuris ab ipſo Ordinario.

23

24 Quod roboratur ex requiſitis ad valorem publicationis excommunicationis ſcriptę in cedulonibus, qui vt arctent publicatum, & vt illis fides detur, eiſque publicandus credat, tria in ijs cedulonibus præciſè requiruntur, quorum altero deficiente, nulli præciſè dicentur, nempe iuriſdictio, ordo, & cauſa. Salgado *dict. cap. 24. num. 65.* latè Carolus Maranta *reſp. 52. p. 5. ex nu. 25. cum ſeqq.*

25 Tertiò ex declaratione ſacræ Congregationis, quam referunt Aldana *in Compend. canon. reſol. lib. 6. tit. 3. num. 3.* Sell. *in ſelect. canon cap. 71. num. 20.* Barbos. *in collect. ad Concil. cap. 11. ſeſſ. 24. n. 15. & in ſumm. deciſ. coll. 11. 314. n. 17. & in collect. Bullar. verb. Eques Hieroſolymitanus, num. 3.* Lezana *tom. 2. Regul. Milit. cap. 5. nu. 39.* quæ ita eſt: *Carolus Caietus Eques Hieroſolymitanus ſuum Parochum publicè alapa percuſit, & citatus ab Ordinario, ſua privilegia oppoſuit: ideoq; etſi ipſo iure eſſet excommunicatus, cum omnibus converſabatur, quam ob rem eius Epiſcopus laudes Congregationi Concilij detuliſſet: Cong. cenſuit, non poſſe Ordinarium exercere vllam iuriſdictionem, nec excommunicando, neque declarando excommunicatum, quia privilegio exemptus eſt ex Concilio cap. 11. ſeſſ. 24. tamen ex quo ipſe ob talem percuſionem incidit in excommunicationem Cap. ſiquis ſuadente, poſſe Epiſcopum præcipere omnibus Parochis, & Canonicis, & alijs Sacerdotibus, ne eum admittant intra Eccleſias ipſo Epiſcopo ſubditas.*

Cui declarationi intendebat ſatisfacere Ordinarius Hiſpalenſis dicens, quod Carolus Caietus Eques Hieroſolymitanus percuſit alapa ſuum Parochum, qui præciſè debebat eſſe eiuſdem Religionis Hieroſolymitanæ, vt conſtat ex *ſtatutis, tit. 3. n. 6.* & ex Bulla Pij IV. vndè nil mirum ſi Ordinarius Epiſcopus non potuit eum excommunicare, neque declarare excommunicatũ. Sed licèt prima facie videatur hæc ſolutio conveniens declarationi, re ctè tamen conſideranti nullius momenti eſt, quia ſi Parochus fuiſſet religioſus Hieroſolymitanus, Eques, qui eum percuſerat, exemptus erat à iuriſdictione Ordinarij, nec indigebat opponere privilegia, quia de iure communi per textum *in Cap. canonica, de ſentent. excommunicat.* inter duos Regulares Hieroſolymitanos percuſionis cognitio, declaratio, & abſolutio pertinebat ſuo Prælato, & non Ordinario Eccleſiaſtico: vndè quia Parochus erat Clericus ſæcularis, oppoſuit Eques privilegia Concilij *in dict. cap. 11. ſeſſ. 24.* vt dicitur in declaratione, nempe profeſſum eſſe in Ordine Hieroſolymitano: Concilium enim ibi *in verſ. Exceptis*, in duplici caſu eximit Hieroſolymitanos, in ijs qui actu ſerviunt, & intra domos reſident, ſubque obedientia vivunt, qui eſt primus caſus; & in ijs, qui legitimè profeſſionem emiſerunt, qui ſecundus caſus eſt; & non eſt dubitandum ex eo, quod percuſſio facta fuiſſet ſuo Parocho, quia Hieroſolymitani vivunt in toto orbe terrarum in Parochijs ſæcularibus, vel cum licentia Magni Magiſtri, vel ad aliquod munus deputati, vt Receptores communis Ærarij in Prioratibus degẽtes, Legati, & alij, qui

26

27

qui vel à ſua Ordine, vel á Regia Maieſtate, de qua Religio eſt fœcunda tanta, occupati ſunt. Vndè Hieroſolymitanos ſemper eſſe in aliena Parochia notavit Anſaldus *de iuriſ.*
29 *dict. part. 2. tit. 11. cap. 25. num. 75.* & fuit Gloſ. *in Cap. tuarum, de privilegijs, verb. Privilegij, in med.* Et quod Hieroſolymitanorum totus penè orbis terrarum Monaſterij loco eſt Giurba *conſ. 49. nu. 1.* & caſu, quo Parochus fuiſſet Eccleſiæ Hieroſolymitanę, quod non dicit declaratio, non ex eo infertur eſſe illũ Regularem Hieroſolymitanũ, quia in eadem Bulla Pij IV. *fol. 9* de expreſſa licentia Magiſtri, ſeu Priorũ, Præceptorum, vel Fratrum, quos id tangit, poſſunt admitti Clerici ſæculares ad ſerviendum Parochialibus; admiſitque etiam praxis vniformis, quod Parochi Capellani, qui vulgo Priores dicuntur, eligant Clericos ſæculares, qui eorum nomine, & quaſi locumtenentes, ſacramenta adminiſtrent in eorum Eccleſijs, qui Clerici Curati dicuntur, & ſunt Parochi in territorijs Ordinis, exempti á iuriſdictione Epiſcoporum, vt in Prioratu Hiſpalenſi S. Ioannis de Acre, vbi ſemper Priores habent Sacerdotem ſæcularem, qui adminiſtrat ſacramenta, qui dicitur *Cura de San Iuan de Acre.*

30 Et ita intelligunt declarationem ſacræ Congregationis Mendo *de Ordin. Militar. diſq. 1. q. 5. n. 119.* ibi: *Ita autem exempti ſunt Equites Melitenſes ab Ordinariorum, & aliorum iuriſdictione, vt licèt quis ex illis percuteret Clericum ſubditum Epiſcopi, hic non valeret eum excommunicatum declarare, eſto poſſet ſuis ſubditis præcipere, ne eum intra Eccleſiam admitterẽt vt ſacra Congregatio Concilij declaravit.* Lezana *d. cap. 5. n. 39.* ibi: *Quid verò dicendum de Equite Hieroſolymitano, qui percuſſit aliquem Clericum, qualiter ſcilicet Epiſcopus ſe gerere debeat circa illum, habetur ex declaratione S. Congregat. apud Aldan. in compẽd. canon. reſol. lib. 2. tit. 3. nu. 3. Barb. in collect. Bullar. verb. Eques Hieroſolymitanus.*

Et in terminis favore Regularium 31
tenent ita Navarr. *conſ. 2. de ſentẽt. excommunicat.* Cerola *in prax. Epiſcop. p. 1. verb. Excommunicatio in fine.* Iacob. de Graffis *in ſumm. lib. 2. cap. 49. nu. 70.* Sorbus *in Annotat. ad Compend. verb. Ex communi.* Peirinis, qui cum hac opinione manet, licèt pro contraria allegetur *ſuper Privileg. Minim. tom. 1. conſtit. 2 Sixti IV. §. 10. num. 13.* Diana *part. 3. tract. 2. reſol. 35.* vbi cum hac opinione manet, quia eſt ſecunda, quam refert, Eman. Roderic. *tomo 2. Regul. q. 63. artic. 7.* Hieron. Roderic. *in compend. reſol. 62. n. 14.* Pellizarius *in Manual. Regul. tomo 2. tract. 8. cap. 6 ſect. 1. nu. 45.* Hieron. Garcia *in Polit. Regul. tom. 1. tract. 8 dif. 3. dud. 2. punt. 2. nu. 14.* Brunus Chaſaing. *de privileg. Regular. tract. 2. cap. 4 propoſit. 6* Tãburinus *de iur. Abbat.* qui etiam pro contraria refertur *tom. 1. diſp. 15 q. 7. n. 54 verſ. Secundo Ordinarius,* vbi inquit, Ordinarium poſſe declarare exemptum incurriſſe excommunicationem, ſi prius fuerit per proprium ſuum iudicem excõmunicatus. Lezana *Regul. tom. 1. cap. 11. n. 15.* vbi inquit, quod non poteſt Epiſcopus declarare excommunicatum Regularem tranſgreſſorem alicuius legis, propter quam impoſita eſt excommunicatio, ſive à iure, ſive ab homine, niſi hoc ſit illi ſpecialiter conceſſum. Ratio ſumitur ex exemptione Regularium, & eorum privilegijs, quod etiam

exten-

extenditur ad caſum in quo Regularis publicè perpetraſſet crimen, propter quod impoſita eſſet talis excommunicatio; citatio enim facta Regulari ab Epiſcopo, vt compareat, quando id non eſt illi conceſſum, eſt ipſo iure nulla, cum ſit à iudice non competente. Et Melius *in ſumm. tom. 3. verb. Exemptio, numer. 9.* vbi loquitur de percuſore, Bordonus *in conſil. Regul. reſ. 7. q. 7 num. 10 verſ. oppoſitum*, ibi: *Tùm quia in hoc caſu, & ſimilibus, in quibus excommunicatio eſt à iure communi, Epiſcopus nullum habet ius ſuper Regulares, niſi ſit expreſſum: ergo ſicut excommunicatio non fertur ab Epiſcopo, ita neque eius denunciatio: tùm quia denunciatio eſt actus iudicialis præ requirens citationem, & cauſæ cognitionem, in quibus Epiſcopus non eſt iudex cõpetens, aliud eſt enim, quod indefectum Prælati Regularis poſſit punire religioſum extra delinquentem notorie, & ſcandaloſè, vt dicam infra q. 9. aliud eſt, quod poſſit illum declarare excommunicatum ob illatam percuſſionem ſuo Clerico, vel ob aliam cauſam. Et reſol. 28. q. 26.* ibi: *An percutiens Clericum ſæcularem poſſit denuntiari excommunicatus ab Epiſcopo Clerici percuſi.* Vbi poſt quam aliqua fundamenta pro parte affirmativa retuliſſet, tandem *num. 60.* favore exemptorum reſolvit, ibi: *Reſpondetur, Epiſcopus non potoſt denunciare excommunicatum religioſum, qui ſuum Clericum percaſit, etiam extra notoriè, & cum ſcandalo. Probatur, tũ quia Epiſcopus in hoc ſpeciali caſu delinquendi extra clauſtra non habet ius, niſi defectu ſuperioris negligentis punire ſuum ſubditum ex dicto Cap. 14. & in caſu negligentiæ neque poteſt eum punire pœna declarationis ad effectum, vt ab alijs evitetur, quia de iure iam dicitur ſufficienter declaratus ad hunc finem, vt evitari debeat à cæteris fidelibus: in hoc enim caſu ſufficit, ſi percuſor ſit notorius quo ad hunc exceſſum: ergo fruſtra adhibetur declaratio.* Id quoq; tenet Thomas Delbene citatus pro contraria opinione, vt infra *num. 34.* demonſtratur.

Et in noſtris terminis Ioann. Bap 32
tiſt. Thoro *in Compend. deciſ. 2. p. verb. Milites Hieroſolymitani*, vbi quod Epiſcopus, nec poteſt excommunicare Hieroſolymitanos, nec excommunicatos declarare, ſive denũciare, ſed ſolus Pap. Portel *ad Dub. Regul. in addit. verb. Epiſcopus, numer. 5.* Laurentius de Franchis *de controv. int. Epiſcop. & Regular. q. 7. fol. 335.* latè de noſtris Hieroſolymitanis in caſu percuſionis Clerici ſæcularis probat Carolus Marãta *reſp. 52. p. 5. ex nu. 21. cum ſeqq.* & deciſum affirmat *reſp. 53. nu. fin.* quibus addi poſſunt Mendo, Aldana, Sellus, Lezana, & Barboſa, qui declarationem ſacræ Congregationis afferunt.

Ex quibus verior, & probabilior 33
videtur hæc ſecunda opinio tâm in Regularibus in diſtinctè loquendo, quàm in Hieroſolymitanis: quam opinionem in dicto caſu Fr. Don Ildephonſi Martinez de Angulo approbabit primo Regius Senatus Granatenſis in decreto anni 1653. ſed cum per ſecundum decretum denegaretur Regalis Proviſio contra Ordinarium Eccleſiaſticũ, quod raro continget, cauſa devoluta fuit Illuſtriſſimo Domino Nuncio, qui favore Equitis Hieroſolymitani cõtra Abbatem, & eius Vicarium decrevit, inhibendo eum, & declarando, non poſſe procedere neque ad excommunicandum, neque ad declarandum eum excommunicatum, cuius cauſa cum deferreretur ad Cõ

cilium

cilium Regium Supremum, non facere vim Nuncium Apostolicum in executione sui decreti declarati m fuit, vt constat mihi ex testimonio ad hæc scribenda exhibito à Don Fr. Petro de Peralta Priore, & Vicario S. Ioannis de Acre Civitatis huius Hispalensis, & satis notorium est in Curia Regia. In nostra tamen Regali Audientia, licèt causa discussa fuit, non fuit super ea pronũciatum, quia vna, & altera iurisdictio, ordinaria, & exempta, & earum iudices amicabiliter se composuerunt, in eodem statu rebus sic manẽtibus, quod vtinam semper observarent, non immemores pacis, quam Christus Dominus relinquit nobis, & quam infringere, & novitates inducere, viris ecclesiasticis, virtute, & literis pollentibus congruum nõ est.

34 Neque obstant in contrarium tradita: non primum *ex Clement. 1 de privileg.* & authoritatibus extrin. secis Doctorum ibi relatis, nam respondet Thomas Delbene *de immunit. Eccles. tom. 2. cap. 14. dub. 1. numer. 12.* contrariam opinionem locum tantum habere in ijs casibus, in quibus id facere specialiter ei iure permittitur, verbi gratia si Regulares Extremę vnctionis, vel Eucharistiæ Sacramentum Clericis, vel laicis ministrare, vel Matrimonia solemnizare sine Parochi proprij licentia præsumpserint *dict. Clemẽt. 1. de privileg.* ita vt Episcopus non possit idem facere in alijs casibus non expressis, ex eo, quia prius quã Regulares excommunicatos denuncier, & publicet, debere id facere cognita causa, & citata parte: fieri enim potest, quod Regulares probent, se excommunicationem non contraxisse. At causæ cognitio ad proprium iudicem spectat, & sic Episcopus incompetens iudex Regularium non potest illos excommunicatos declarare, neque denunciare, nisi ad summum in casibus iure expressis. Quam resolutionem tenent ex citatis pro contraria opinione Graffis, Ferinis, Rodericus, Tamburinus, Diana, & Thomas Delbene; alij vt Barbosa, & Thomas Sanchez limitant in notorio percussore ad declarationem, vt evitetur à Clericis sęcularibus, non ad alium effectum, de quo infra agitur; cęteri vero authores pro contraria opinione citati, vt Antonius Gabriel, Lancelotus, & reliqui lequuntur generaliter, & non in casu percussionis, sed in terminis dictæ Clementinæ.

Non obstat secundum, quia de- 35
claratio est maioris gravaminis in nostro casu, quàm excommunicatio, quia semel legitimè declaratus debet adire Summum Pontificem pro absolutione consequenda. *Cap. tuanos. 19. de sentent. excommunicat. vbi Glos. verbo Publicatus*, vnde cessat argumentum desumptum ex regula vulgari, quod qui declarat, nihil de novo addit.

Minus obstat tertium de citatio- 36
ne permissa in aliquibus casibus in competenti iudici, nam in eo de quo agimus, nec declaratio, nec citatio permissa est: & nõ potest dici, quod hæc citatio est, sicut ea, quę fit Clerico, si sua putaverit interesse; nam vltra quod argumentum procedit in civilibus, intelligitur ea citatio permissa, casu quo Clericus nõ possideret, nam tunc dicitur reus voluntarius; si tamen Clericus est in possessione rei, & citatur à iudice laico, si sua putaverit interesse, tunc est reus necessarius, & citatio nulla; vt volunt ijdem met authores de cõtrario relati, & Salgado *in labyrint. credit. 1 p. cap. 6. num. 18.* Amatus *lib. 1 variar. resol. 32. num 4.* & ita sumpto argumento, si citetur ab Epis-

Piſcopo exemptus ad declarationē
37 incurſionis, præciſiē citatur vt reus, non vt actor, quia ipſe eſt in poſſeſſione: vndè citatio nulla erit, & etiā declaratio, quæ non præiudicabit exempto, vt volunt etiam Delben., & Chochier, citatio enim nulla citatum non arctat Valenzuela Velaz quez *conſ.* 32. *nu.* 67.

38 Et exempla iudicij inducianum, ceſſionis, & concurſus, non faciunt ad rem, quia ſunt iudicia vniverſalia, in quibus creditores ſunt actores, & debitor reus neceſſarius. Et quod dicitur de Clerico poſſeſſore hypothecę conuentionis coram ſæculari, quando prohibita eſt alienatio cum pacto irritanti, etiam ad rem non venit, quia ibi ſententia prædio datur, non perſonę. *l. liberto. §. Vno. ff. de negot. geſt. l. Imperatores. ff. de public. & vectigal.* & creditur rem eſſe in dominio debitoris hypothecantis *l. ſi creditor. §. fin. ff. de*
39 *diſtract. pignor.* Vltra, quod dicta quæſtio eſt pro vtraque parte communis, nam conueniendum eſſe in foro eccleſiaſtico Clericum poſſeſſorem hypothecæ cū clauſula prohibitiva alienationis irritanti, & abſoluta, tenent Gaſp. Roder. *de annuis redditibus, lib. 2. q. 9. n. 59.* Felician. *de cenſib. tom. 2. lib. 2. cap. 3. num. 16.* Gratian. *diſcept. forenſ. capit. 16. n. 21. & cap. 141. n. 9.* Matta *de iuriſdict. p. 4. cent. 2. caſu 152. ex num. 2.* Villadiego *in Polit. in forma libellandi pag. 288.* Carleval *de iudicijs, lib. 1. tit. 1 diſp. 2. q. 5. numer. 351.* Diana *part. 3. tract. 1. reſol. 49.*

40 Verùm ad perfectam huius rei cognitionem animadvertēdum eſt, notorium percuſſorem Clerici denunciari ab Epiſcopo poſſe, vt teneantur omnes eum vitare, vt decidi videtur in declaratione ſacræ Cōgregationis pro Hieroſolymitanis, & tenent de Regularibus loquētes Barboſa *allegat. 105. n. 73.* & Thomas Sanchez *num. 29* relati ſupra *num. 10.* quæ denunciatio procedit, ſi exemptus notoriè delinquat, & ad nudum factum denunciandi abſque actu vllo iuriſdictionis, vt Epiſcoporum ſubditi eum vitent, quæ tantùm comprehenduntur in dicta denunciatione. Gutier. *canon. cap. 1. num. 35. & 36.* Marquelan. *de comiſſ. 1. p. cap. 19. n. 17.* Salgado *de Reg. Protect. p. 2. cap. 5. n. 14 & 15.* mirabiliter Lezana *in ſumm. verbo Exemptio, num 9.* ibi: *Nec etiam poſſunt præfati Ordinarij declarare excommunicatos Regulares, etiā in caſu, quo illi notoriè in excommunicationem incidiſſent iuxta dicta eod. Cap. 11. n. 15. & Peirinus, quod & ſequitur Diana 3. p. tract. 2. reſol. 35. Vulpius in praxi fori eccleſiaſtici cap 42. & alij; & ratio eſt, quia talis declaratio eſt actus iuriſdictionis, cum debeat fieri cognita cauſa iudicialiter, imo & ſæpius citata parte: præfati autem Ordinarij nullam iuriſdictionem exercere poſſunt in exemptos, poſſunt tamen Ordinarij religioſum exemptum excommunicatum vitandum, vel quia eſt publicus percuſſor Clerici, vel quia à ſuo Prælato eſt denunciatus, vt talis denunciare illum ſuis ſubditis: at hoc non eſt exercere iuriſdictionem in illum, ſed monere ſuos ſubditos de obligatione, quam habēt ſic excommunicatum vitandi. hoc enim ſenſu accipio declarationem ſacræ Congregationis in vna Liman. Ianuarij 1633. quam refert Barboſa in collect. Bullar. verb. Epiſcopus. 1. in qua habetur, Epiſcopum poſſe Regularem exemptum, qui ob notorium delictum in cenſuras incidit, denunciare pro publico excommunicato, vt talis ab omnibus evitetur: eodem etiam ſenſu ac-*

ci-

cipiendi sunt Barbosa supr. allegat. 105. n. 73. & Tamburinus disp. 15. quæsit. 7. num 38. dum dicunt posse Episcopum declarare Regulares exemptos excommunicatos, quando notoriè essent tales, prout melius explicat Sanchez supra nu. 29. Idem refert, & sequitur Hieron. Garcia in Polit. Regul. tom. 1. trat. 8. dif. 3. dud. 1. punto 2. n. 4. in fin.

41 Et ad hanc declarationem faciẽdam concurrere debent delictum esse notorium, itemque notorium, nullam causam Regulares habere, quam ob rẽ se excusent; tunc enim cum declaratione opus non est, denunciari ab Episcopo etiam poterunt, ne alij eorum communione vtentes in excommunicationem incidant. Diana dict. resol. 35. in fin. quæ duę qualitates delicti notorij, & quod notoriè excusationem non habeat, sunt admodùm difficiles, quia ex quacumque offuscatione, & dubio, quod inveniatur, tàm in facto, quàm in iure, remanet exclusa

42 notorietas: argum. text. in Cap. tua nos. 8. de cohabitat. cleric. & mulier. ibi: *Nulla possit tergiversatione celari*, vbi notant DD. Salgado part. 3. cap. 9. num. 34. vsque ad 39. & potest contingere, quod Episcopus deceptus sit, seu non benè informatus de delicto religiosi. Lezana in summ. verb. Delinquens Regularis, numer. 3.

*

CAPVT XI.

AN POSSIT EPISCOPUS tanquam Apostolicæ Sedis Delegatus punire Hierosolymitanos delinquentes extra claustra? Et an comprehẽdantur in decreto Concilij Tridentini Cap. 3. sess. 6. de Reformat.

SUMMARIVM.

CONcilium Tridentinum Cap. 3. sess. 6. de Reformat. refertur. 1.

Hierosolymitani comprehenduntur in decreto Cap. 3. sess. 6. ex communi opinione. 2. contra. 7.

Hierosolymitani comprehenduntur in decretis Concilij, vbi de eis nõ fit expressa mentio, & in decreto Capit. 3. sess. 6 ex declarationibus, quæ traduntur. 4.

Privilegia Regularium redacta sunt ad terminos Cõcilij per Piũ IV. 5.

Privilegia Ordinis S. Ioannis confirmata fuerũt â Gregor. XIII. quatenus Concilio Tridentino non sunt contraria. 6.

Hierosolymitani si extra claustra delinquentes punirentur ab Ordinario, nullam haberet iurisdictionem Religio, & eius Priores, & Assembleæ. 8.

Concilium in Cap. 3. sess. 6. non loquitur de iudicibus Ordinarijs exemptis, qui pares in iurisdictione cum ecclesiasticis sunt. 9.

Vicarij Hierosolymitani iudices Ordinarij sunt ibid.

Hieroſolymitani Fratres Capellani, & Servientes Officij, admittũtur in Prioratibus extra Conventum, & his omnibus non poteſt acõmodari decretum Concilij in Cap. 3. ſeſſ. 6 10.

Hieroſolymitanorum totus orbis terrarum Monaſterij loco eſt. 11.

Hieroſolymitani ſemper ſunt in aliena Parochia, & cum delinquũt, ab Ordinarijs non puniuntur. 12.

Concilium Tridentinum quando voluit comprehendere Hieroſolymitanos, expreſſit eos. 13.

Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. cap 15. de ætate ad profeſſionem, & novitiatus anno non comprehendit Regulares Militares, nec Hieroſolymitanos. 14.

Religio Hieroſolymitana, ſi ſpecifice de ea non fit mentio, non comprehenditur in Concilio Tridentino, & Conſtitutionibus Apoſtolicis in ijs, quæ odioſa ſunt. 16.

Concilium Tridentinum in Cap. 11 ſeſſ 24 de Reformat. refertur ad caput 3. ſeſſ 6. 17.

Notæ marginales in Concilio adſcriptæ ſunt, vt ſecundum ipſas decreta intelligantur, ibid.

Concilij decretum in Cap. 3. ſeſſ. 6. de Regularibus loquens eſt abſolutum, & generale, & in Capit. 11. ſeſſ. 14. eſt ſpeciale, & loquitur de Hieroſolymitanis, cui ſecundo decreto declaranti primum ſtandum eſt. 18.

Hieroſolymitani Regularium, & Clericorũ nomine in favorabilibus comprehenduntur. 19.

Hieroſolymitani ob latitudinem, & extenſionem, quam ſervant in votis, congruentem ſtatui Militari, largo modo religioſi dicuntur. 20.

Declaratio decreti Cap. 3. ſeſſ. 6. contra Hieroſolymitanos non eſt autẽtica. & declarationes reſultæ ſunt mendoſæ, & non faciunt legem. 21. 22. 23. 24.

Bulla Pij IV. qua revocavit privilegia Regularium contraria decretis Concilij Tridentini intelligitur de ijs tantum, quæ per decreta ſunt prohibita cum derogatione privilegiorum. 26.

Privilegia Ordinis S. Ioannis confirmata ſunt, ita vt literæ Gregorij XIII. in ſuo robore permanere dicuntur in his, quæ ad Curam animarum pertinent, in quibus decreta Concilij Tridentini ſervari debent. 27.

Authorum numerus non eſt attendendus, ſed ratio. 28.

Religio Hieroſolymitana excepta eſt in decretis odioſis, & præiudicialibus, & in Concilio Conſtantienſi, ibid.

Licentiam poteſt dare Prælatus Regulari extra clauſtra manendi. 29.

Milites extra caſtra de licentia Ducis Generalis degentes fori privilegio gaudent. 30.

Regulares extra Monaſterium degentes de licentia Prælati non puniuntur ab Ordinario delinquentes. 31.

Regulares degentes in aliquo mẽbro, ſeu grangia ſui Monaſterij pro ſervitio religionis, ſi deliquerint, non ab Ordinario loci, ſed à Prælato Ordinis debent puniri. 32.

Regulares inſervientes Beneficijs, vel adiecti Monaſterijs Monialium, delinquentes, non ab Ordinario, ſed à Prælato Regulari puniuntur. 33.

Hieroſolymitani, & alij Militares inſervientes Beneficijs, vel degentes extra clauſtra ex licentia Superiorum, etiam novitij delinquentes non puniũtur ab Ordinario, ſed à Prælatis Ordinum. 34.

Regulares degentes extra clauſtra ex inſtituto Ordinis delinquentes non puniuntur ab Ordinario. 35

Hie-

Hierosolymitani Equites debent residere in Commendis, & Capellani in Parochijs, & residentes extra Conventum cum licentia Concilij, vel Magistri fori privilegio gaudent. 36.

Regularis in Monasterio degēs, & extra notoriè, & cum scandalo delinquens, à Superiore non punitus, ab Episcopo puniri potest ex Cōcilio Tridentino sess. 25. *capit.* 14. 37.

Hierosolymitanos Equites comprehendit Concilium Tridentinum sess. 25. *cap.* 14. 38.

Regularis extra delinquens non potest puniri ab Episcopo, si Superior Ordinis non fuerit requisitus, & omissus. 39. *nec si delictum notorium non fuerit.* 40.

Regularis delinquens in ecclesia, extra claustra delinquere dicitur, vt puniri possit ab Episcopo. 41. *Limitatur, si delinquat in ecclesia sui Monasterij, nam intra claustra delinquit.* 42.

1 *Ecclesiarum Prælati ad corrigendos subditorū excessus prudenter, & diligenter intendant, & nemo sæcularis Clericus cuiusvis personalis, vel Regularis extra Monasterium degens, etiam sui Ordinis privilegio prætextu tutus censeatur, quominus si deliquerit, ab Ordinario loci, tanquam super hoc à Sede Apostolica delegato, secundum canonicas sanctiones, visitari, puniri, & corrigi valeat.* Verba sunt Concilij Tridentini *in Cap.* 3. *sess.* 6. *de Reformat.* sub cuius dispositione cōprehendi Equites Hierosolymitanos, licèt sub dubio te-
2 nuit Navarr. *cons.* 2. *tit. de Regularib. lib.* 3. quem secuti sunt Eman. Roderic. *tom.* 2. *Regul. q.* 3. *art.* 7. Hieron. Roderic. *in Compend. resol.* 82. *n.* 11. Sayrus *decis.* 26. *in tit. de Regul.* Henriq. *cons.* 71. *nu.* 16. Campanil. *in divers. iur. canon. rubr.* 12. *cap.* 3. *nu.* 22. Barbos. *in collect. ad dict. cap.* 3. *n.* 3. *& de Pot. Episcop.* 3. *p. allegat.* 105. *n.* 15. Gratian. *tom.* 5. *discept. forens. cap* 457. *num.* 3. Riccius *collect* 503. *p.* 3. *& decis.* 100. *n.* 3. *& decis.* 231. *num.* 3. *p.* 4. Tamburinus *de iur. Abbat. tomo* 1. *disp.* 15. *q.* 7. *n.* 7. Novar. *in Lucern. Regul. verb. Milites, num.* 12. Bordon. *in cons. Regul. resol.* 7. *n.* 6. Sperellus *decis.* 21. *num.* 51. Diana *part.* 11. *tract.* 2. *resol.* 23. Ioan. Maria Novarius *de electione fori sect.* 2 *q.* 69. *n.* 11. *in impress. ann.* 1656.

Et probatur primo hæc opinio 3
ex eo, quod Equites Hierosolymitani propriè, & veré religiosi sunt: ergo prędicto decreto comprehenduntur, verba enim illius generalia sunt; inquit igitur Concilium, *Nemo sæcularis Clericus cuiusvis personalis* [supple privilegij prætextu] *vel Regularis* (supple nemo) *extra Monasterium degens, &c.* Et sic clarissimè loquitur de clericis sęcularibus prętendentibus privilegia personalia, ac de quibuscumque Regularibus Clypeo privilegiorū suorum se tuentibus, & consequenter oratio apta est comprehendere quoscumque religiosos, etiam Militares Hierosolymitanos, qui propriè religiosi sunt.

Probatur secundò, ex declaratio- 4
nibus sacræ Congregationis, quas referunt Barbosa, Horatius Sotelus, & Farinacius *in remiss. ad Concil. in. d. cap.* 3. ibi: *An Milites Hierosolymitani comprehendantur decreto Concilij, vbi de eis non fit expressa mentio? Respondi comprehendi, nisi specialiter privilegijs post Concilium muniantur.* Et ibi: *Episcopi in hoc decreto agere possunt contra omnes Militiarum Hierosolymitarum exemptos ob privile-*

gium

gium Pij V. etiam ſi dicti Milites extra locorum ſuorum Ordinum cũ licentia ſuorum Superiorum degerent, apud Farinac.

5 Probatur tertiò, quia privilegia Regularium etiam Militiarum redacta ſunt ad terminos Cõcilij per Pium IV. *in Bull. quæ incip. In principijs, 1565. apud Barboſ. in fin. remiſſ. Concil.* & per Rodericum *tomo 1. quæſt. Regul. q. 8. art. 1.* & Gregorius XIII. *in Bullar. ann. 1578.*

6 *apud eumd. Roderic.* Confirmans privilegia Ordinis S. Ioannis Hieroſolymitani ad jcit, quatenus ſunt in vſu, & ſacri Canonibus, & Concilio Tridentino non ſunt contraria Vrban. VIII. *in Bull. 1624. tomo 4. Bullar. fol. 30. apud Cherub.* Atque ita cum nullum privilegium poſſit Concilũ habeat Religio Hieroſolymitana derogans Concilij decreta, in illis comprehendi dicendum eſt; vt argument antur Sperellus. *d. deciſ. 21. n. 51.* Novarius *dicto num. 11.*

7 Verũm licèt prædicta fundamenta nimis vrgeant, contraria opinio, & quod prædicto decreto non comprehendantur Equites Hieroſolymitani, probabilior eſt, eamque tenent Azor *inſtit. Moral. p. 1. lib. 14. cap. 4. q. 39.* Moneta *de conſervatorib. iudicib. cap. 10. num. 393.* Lezana *tom. 2. Regul. Milit. cap. 5. nu. 18.* Idemque centẽt de Fratribus Capellanis Hieroſolymitanis, qui Præſbiteri ſunt. Card. Maranta *reſp. 80. p. 4. ex num. 3. cum ſeqq. & p. 5. reſp. 86. ex num. 10.*

8 Et probatur primò hæc opinio ex eo, quia ſi Fratres Hieroſolymitani Equites, vel Præsbiteri comprehenderentur in dicto decreto, & delinquentes extra Conventum ab Ordinario eccleſiaſtico tanquã à Sedis Apoſtolicæ delegato punirentur, nullam iuriſdictionem haberet Religio, nec Magni Priores in viginti Prioratibus degentibus in octo nationibus Chriſtiani orbis, Capitula, ſeu Aſſembleæ iuriſdictionem, & merum imperium in Fratres non exercerent; quia omnes viuunt extra clauſtra. Equitum enim non eſt alius Conventus niſi in Inſula Melitenſi; & ibi ratione dominij Inſulæ ſemper debent corrigi à Magno Magiſtro, delinquant intra clauſtra, vel extra: Epiſcopus enim Melitenſis ſubditus etiam eſt Magni Magiſtri, & Magna Cruce condecoratus, ſolumque habet iuriſdictionem in ſuffraganeos habitantes Ciuitatem Vallettam, & Villas Inſulæ. Capellanorum quoque ſeu Præbiterorum in Caſtella vnicus eſt Conventus in Regno Toleti, dictus S. Maria del Monte, & Collegiũ S. Ioannis in Academia, & vrbe Salmaticenſi. Illatio eſt legitima, conſequens falſum, ergo antecedens incertum. Quod ſit falſum, indubium eſt, tùm quia Bulla Pij IV. & omnium poſteriorum iuriſdictio Ordinaria cõceſſa eſt Prioribus, & Præceptoribus Hieroſolymitanis; tùm quia ea vtuntur ſine diſcrimine in omni Regno, ſcente, & approbante Summo Pontifice; atqui eam, ſi decretum Concilij comprehendit Militiam Hieroſolymitanam, omnino deficere, præciſum eſt; ſemper enim extra clauſtra, & Conventum delinquũt: nec dignitas, aut qualitas perſonæ ſubtrahere fugere poteſt iuriſdictionem Ordinarij decreto conciliari conceſſam, vt patet ibi: *Cuiuſvis perſonalis, vel Regularis prætextu*: ergo dicto intellectu comprehenſi ſunt Magni Priores, Commẽdatarij, Legati, Baiulivi, & reliqui.

Confirmatur idem argumentum 9
ex eo, quod iuriſdictio Magnorum Priorum eſt quaſi Epiſcopalis, iuriſ-

dic-

dictioni Episcopi adequata, vt supra *discept. 2. cap 4. ex num. 4.* continetur; & per consequens non est dependens ab Ordinaria Ecclesiastica; quia est etiam Ordinaria: qua potiuntur eorum Vicarij Generales, vt Hispalensis in territorio Sancti Iosannis de Acre, qui Iudex Ordinarius est, & Lorensis in oppido de Lora: ergo Concilium de ijs non potest intelligi, quia loquitur expresse de Secularibus, & Regularibus, non de iudicibus Ordinarijs licèt exemptis; ij enim, & Ecclesiastici in iurisdictione pares sunt, & par in parem non habet imperium. Quinimo Concilium concedens iurisdictionem delegatam Ordinario loci, intelligitur etiam de Ordinarijs Hierosolymitanorum, qui Ordinarij locorum sunt cum Cura animarum, sunt que Ecclesiarum Prælati, sicut Abbates, & Episcopi in suis territorijs. Omnes enim qui iurisdictionem quasi Episcopalem habent, comparatione subditorum Ordinarij censentur. Glos. *in Capit. fin. de offic. Ordin. in. 6.* Gutierr. *de matrim. cap. 66. num. 3.* latè Diana *p. 11. tract. 3. resol. 35.* Narbona *in l. 59. tit. 4. lib. 2. Recop. gloss. 1. ex numer. 63. cum seqq.* Barbosa *in collect. ad cap. 1. sess. 24. de reformat. Concil. Tridentin. ex num. 112.* Et de Vicarijs Hierosolymitanorum Fagundez *in præc. Eccl. lib. 7. ca 2. numer. 55.* Rodericus *tom. 1. summ. edit. 2. cap. 217. nu. 4.* Thomas Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 7. n. 11.* Barbosa *vbi sup. num. 63.* vbi alios refert.

10 Roboratur quoque argumentum ex eo, quod Fratres Capellani admittuntur in Prioratibus, sicut etiá admmittuntur Fratres Servientes, qui Præsbiteri sunt, & hi nunquam in Conventu vllo residen, nec dependentiam habent cum Conventu: nam alij sunt Sacerdotes Conventuales, alij obedientiæ, Commendis, & Beneficijs præpositi, sicut Servientes, alij sunt armorum, qui in Melita recipiuntur, alij filij, qui recipiuntur in Commendis, vt supra *discept. 4. cap. 1. & 2.* continetur. At horum respectu impossibile est accommodari decretum Concilij, quia si non viuunt in Conventu, quemodo delinquentes extra Conventum, subditi sunt Ordinario, nã præcisum est, si de his loqueretur Concilium, nulla exemptione potiri; at minus in criminalibus; quod non est dicendum, sed quod Hierosolymitanorum totus penè orbis terrarum Monasterij loco est, vt ex Navarro notavit Ciurba *cons. 49. num. 1.* Hierosolymitani enim semper sunt in aliena Parœchia, & cum delinquunt, ab Ordinarijs non puniuntur. Glos. *verb. Privilegij in Cap. tuarum 1. de privileg.* Antaldus *de iurisdict. p. 2. tit. 11. cap. 25. num. 75.* & probatur ex statuto Ordinis *tit. 2. n. 31.* vbi quod fiat matricula de Fratribus Capellanis, & Servientibus receptis extra Conventum, in qua omnes notentur, & conscribantur, vt Ordinis privilegijs gaudeant, & bona, aut beneficia obtineant. 11 12

Probatur secundò, quia Concilium quando voluit comprehendere Regulares Hierosolymitanos, expressit eos, *vt in sess. 25. cap. 21. sess. 23. cap. 18. sess. 24. cap. 11.* & testatur Rota *decis. 591. n. 8. p. 1. divers.* & apud Bordenum *post tractatum de professione decis. 6. num. 8.* Gonçalez *in regul. 8. Chancell. gloss 8. num. 58.* ergo quando nó exprimit, non comprehendere dicendum est. 13

Confirmatur idem ex eo, quod *in sess. 25. cap. 15.* disponitur, quod professio fieri non possit in quacumque religione, nisi post lapsum annum 14

num probationis: at hæc decisio nõ habet locum in Religionibus Militaribus, non obstante absoluto decreti, vt est decisum á Rota *apud Seraphin. decis.* 591. & declaratum à sacra Congregatione, vt refert Gonçalez *d. glos.* 8. *n.* 54. & tenent multi relati, & secuti à Barbosa *in collect ad Concil. in. d. cap.* 15. *nu.* 2. Lezana *tom.* 2. *cap.* 5. *nu.* 17. Garcia *in Polit. Regul. tom.* 1. *trat.* 1. *dif.* 5. *dud.* 4 *punt.* 2. *n.* 15. de Hierosolymitanis loquens, licèt aliud procedat ex statuto Ordinis. Ergo Concilium generaliter, & absolutè loquens de Regularibus non comprehendit Militares, nisi alias comprehensi sunt.

15 Roboratur ex eo, quod Ordinarius tanquam delegatus potest visitare Ecclesias Regularium, & exẽptorum. *Capit.* 7. & 8 *sess.* 7. *Concil. Trident.* sed non potest visitare, nec visitat Ecclesias Hierosolymitanas, vt infra. *Cap.* 12. & *discept.* 14 *cap.* 1. continetur: ergo Concilium loquens de Regularibus Hierosolymitanos non comprehendit.

16 Probatur tertiò, ex Bulla Innocentij X. *quæ incip. Vniversalis Ecclesia.* 1648. *tom.* 4. *Bullar. pag.* 268. vbi Summus Pontifex confirmavit omnia privilegia, & indulta Religionis cum clausula, ibi: *Exceptis tamen decretis eiusdem Concilij Tridentini, & Constitutionibus Apostolicis, necnon alijs, in quibus specificè eadem Religio exprimitur, & comprehendi disponitur, quæ in suo robore, & efficacia permaneant.* Ex quibus deducitur, quod si specificè Religio Hierosolymitana non exprimitur, comprehensa non est, vt supra *cap.* 9. *nu.* 16. sicut de ipsa, & de reliquis Militaribus, quæ solùm in favorabilibus, & non in odiosis Regularium nomine comprehendi, dixerunt Aragon, & multi relati supra *discept.* 6. *cap.* 2. *num.* 16.

Probatur quarto, quia Concilium 17
in Cap. 11. *sess.* 24. *de reformat.* refertur *ad dict. Cap.* 3 *sess.* 6. vt patet ex nota posita in margine. *d. Cap.* 11. in verbis ita *supra sess.* 6. *cap.* 3. in Concilio ordinario. Cum notæ Marginales sint, vt Tridentini decreta secundum ipsas intelligantur, vt dicit Augustinus Hunræus *in approbat. earumdem annota.* Virginius Alvisetus *de privileg. Regular. sect.* 4. *dub.* 16. *n.* 9. at primum decretum Concilij *in. d. Cap.* 3. de Regularibus loquens, est absolutum, & generale; secundum verò decretum *in. d. Cap.* 11. est speciale, loquiturque expressè de Hierosolymitanis: ergo huic secundo decreto declarãti primum standum est. *Cap.* 1. *Cap.* 18 *Pastoralis § Quoniam autem, de rescriptis. Cap. Studiosi, de offic. delegat.* at *in dict. Cap.* 11. cum proponatur, exemptos turbasse iurisdictionem Ordinariam, & quod exẽptiones occasionẽ laxioris vitæ præbere exemptis, decidit Concilium, quod Ordinarius tanquam delegatus cognoscat de delictis Protonotariorum, & aliorum officialium Curiæ Romanæ, & Servientium Hospitalibus, & Monasterijs, etiam Militaribus, duobus casibus exceptis, ibi: *Exceptis ijs, qui prædictis locis, aut Militijs actu serviunt, & intra eorum sæpta, ac domos residunt, subque eorum obedientia vivunt: sive ijs, qui legitimè, & secũdum Regulam earumdem Militiarum professionem fecerint, de qua Ordinario constare debeat; non obstantibus privilegijs quibuscũque, etiam Religionis S. Ioannis Hierosolymitani, & aliarum Militiarũ.* In hoc enim decreto in primo casu comprehendit Concilium famulos, & oblatos: in secundo, professos in Ordine Hierosolymitano; de quorum

rum delictis noluit Concilium cognoscere Ordinarium tanquam delegatum, si ei constiterit de eorum professione; est enim casus exceptus in Concilio, vt etiam supra *Capit.* 2. continetur. Qui intellectus ad hæc decreta Concilij adeò literæ eorum, & menti convenit, vt esse veritatem rectè consideranti apparebit. Carol. Maranta *resp.* 80. *num.* 35. *p.* 4. *& num.* 22. *&* 23.

19 Et non obstant in contrarium tradita, non primum desumptum ex eo, quod Hierosolymitani sint propriè religiosi: nam sunt Militares; vndè sub nomine Regularium solũ comprehẽduntur in favorabilibus, sicut etiam comprehenduntur nomine Clericorum; præcipuè Capellani, qui solùm differunt à Clericis sęcularibus in gestatione Crucis, vt inquit Pius IV. *in Bull. quæ incip. Circunspecta*, kalend. *Iulij* 1560. *apud Cherub. tom.* 2. *pag.* 9. Gregor. XIII. *const.* 60. *incip. Quo magis.* 23 *Martij.* 1580. *apud Cherub. pag.* 329. Sperellus *decis.* 21. *nu.* 32. quo sensu Menochius *de Arbitrar. cas.* 231. *nu.* 19. & Gratianus *cap.* 457. *num.* 23. *tom.* 3. *discept. forens.* appellant eos Clericos Regulares.

20 Suntque etiam propriè religiosi hi Fratres Capellani, vt *ex tit.* 2. *Cap. de divisione Fratrum Ordinis in statutis, fol.* 7. patet, & probant cũ multis Giurba *cons.* 77. *n.* 19 Lezana *dict. tom.* 2. *cap.* 5. *n.* 1. Lotterius *de re Benefic. lib.* 1. *q.* 36. *n.* 28. Hi ergo Fratres Capellani, & Fratres Milites, & Servientes, licèt in substantia Votorum obedientiæ, castitatis, & paupertatis religiosi sint, cum tamen extensionem aliquam habeant in votis, congruentem statui Militari, Regularium nomine in pœnis non comprehenduntur; & ideo dixit Abbas *in Rubr. de Regularib. num.* 4. quod religiosi Hierosolymitani largo modo vel grossi dicuntur. Rota *decis.* 591. *n.* 4. & 5. Gonçalez *in regul.* 8. *Chancell. glos.* 8. *num.* 57. Cabedo *de Patron. Reg. coron cap.* 15. *num.* 18. Rota apud Bordonum *post tractat. de professione, decis.* 6. *num.* 4.

Ad secũdum ex declarationibus 21
sacrę Congregationis respondetur, ita intelligẽdas esse, si fuerint authẽticæ, vt comprehendantur in favorabilibus in decretis Concilij Hierosolymitani, etiam si de eis expressa mentio non fiat. In prædicto tamen decreto. *Cap.* 3. *sess.* 6. non comprehendi. Nec declaratio, quæ in contrarium traditur, authentica est; & in ea dicitur, privilegium exemptionis concessum esse á Pio V. Fratribus Hierosolymitanis, cum non sit nisi à Pio IV. Carol. Maranta *dicta resp.* 80. *nu.* 34. Lezana. *d. tom* 2. *cap.* 5. *n.* 17. ibi: *De qua declaratione, vel saltem de illius intelligentia multum dubito, cum isti Milites S. Ioannis valdè privilegiati sint, & exempti; vt colligitur ex Pio IV.*

In materia enim declarationum 22
sacræ Congregationis nõ semper omnibus fides danda est, quia sunt multę mendosæ à Recopilatoribus additę, vt notat Nicol. Garcia impugnans aliquas *de Beneficijs, tom.* 1. *p.* 3. *cap.* 2. *n.* 282. & ita varias etiam solutiones ad eas concordandas tradunt DD. vt in hoc opere passim demonstratur; & Bonacina *tom.* 3. *de censuris, disp.* 2 *q.* 8. *pun.* 14. *n.* 11. *in fine*, loquens de quadam declaratione inquit, quod declaratio non facit legem, & contrarium declarationi defendit. Et quod declarationes sacræ Congregationis non sint habendæ pro lege, est compertum apud omnes, vtpotè procedentes à iudicibus non habentibus authoritatem fundandi leges: notavit Cas- 23
trus Palaus *tract.* 3. *disp.* 3. *p.* 1. *§.* 3.

num. 7. ex Suarez, Vazquez, Sanchez, & Salas, quibus conſentiunt alij graviſſimi Doctores relati à Diana *p.* 5. *tract.* 2. *reſol.* 96. & ſuffragatur ipſamet ſacra Congregatio Cõcilij, dum iuſſu Vrbani VIII. *die* 2. *Auguſti* 1631. mandavit, ac præcepit teſte Barboſa *in collect. V. Congregatio pro interpret. Concil. Tridentini*, eiuſmodi declarationibus tàm impreſſis, & imprimendis, quã manuſcriptis, nullam fidem eſſe in iudicio, vel extra à quoquam adhibendam, ſed tantùm illis, quæ in authẽtica forma, ſolito ſigillo, & ſubſcriptione Eminentiſſimi Cardinalis Præfecti, ac Secretarij eiuſdem ſacræ Congregationis pro tempore exiſtentium, munitæ fuerint; vt proinde damnari non debeant Doctores, ſi quando tradunt aliquas doctrinas præfatis declarationibus repugnantes, cùm hæc non ſufficiant ad tollendam probabilitatẽ oppoſitæ opinionis, vt advertit Granad. 2. 2. *contract.* 1. *tract.* 15. *diſp.* 14. *ect.* 2. *n* 8. & cõfirmat Laiman *lib.* 1. *tract.* 4 *cap.* 7. §. 7. & de ijs ſæpe nõ conſtat authenticé, vt innuit ipſe Laiman vbi ſupra, & notant Bonacina *de legib. diſp.* 1. *q.* 1. *p.* 8. *num.* 4. Pellizarius *in Man. Regul. in præfat. verſ. Interdum.* Virginius Alviſet *de privileg. Regular. ſect.* 4. *dub.* 7. *n.* 73. & 74. Maranta *vbi ſupra num.* 36. & *reſp.* 99. *n.* 43. quod
24 ſi etiam prædicta declaratio authentica ſit, poteſt intelligi de Conventualibus Melitę, non de Commendatis in Prioratibus, nec de ijs, qui ſuo Ordine præpoſiti ſunt Beneficijs, vel ſeruitio Prioratuum, in quibus militat alia ratio, cum ſemper extra clauſtra delinquant, & non licentia ſpeciali, ſed ſtatuto Ordinis extra Conventum exiſtant, vt etiã infra clarius demonſtrabitur.

25 Ad tertium ex Bulla Pij IV. & Bulla Gregorij XIII. reſpondetur ad primam, quod in illa Pius IV. Religionem Hieroſolymitanam non exprimit, nec ſub nomine Militiarum ad revocanda privilegia comprehenditur, quia idemmet Pontifex *in Bull. quæ incip. Circunſpecta, kalend. Iulij* 1560. qua ampliavit privilegia Religionis Hieroſolymitanę, adiecit clauſulam derogatoriam, ibi: *Derogamus contrarijs quibuſcumque, aut ſi aliquibus eorũ coniunctim, vel diviſim ab eadem Sede ſit indultum.* Et Clemẽs VII. in eadem Bulla Pij IV. relatus *fol.* 9. ita: *Decernens literis prædictis, & in eis contentis quibuſcumque, etiã per quaſcumque literas Apoſtolicas, etiam quaſvis clauſulas generales, vel ſpeciales, etiam derogatoriarum derogatorias, efficatiores, & inſolitas, ac etiã irritantia decreta ſub quacumque verborum expreſſione in ſe continentes, nullatenus derogari poſſe, nec derogatum cenſere, niſi tenor illarum de verbo ad verbum, nihil pœnitus omiſſo, inſertus, ac huiuſmodi derogationis conſiſtorialiter factæ, & per trinas diſtinctas literas eumdem tenorem continentes, tribus ſimilibus diſtinctis vicibus, Magiſtro, & Conventui præfatis legitimè intimatæ, & inſinuatæ forent, ac ipſorum Magiſtri, & Conventus ad id expreſſus accederet aſſenſus; & aliter factas derogationes neminì ſuffragari, ac Magiſtrum, & Conventum præfatos ad parendum literis derogatorijs huiuſmodi, & decretis ſuper illis proceſſibus, ac illorum executoribus, & ſubexecutoribus, eorumque mandatis, & monitionibus, minimè teneri.* De cuius clauſulæ irrevocabilitate tractat Virginius Alviſet *de privileg. Regular. ſect.* 4. *dub.* 7. *numer.* 23 & 44. *vbi num.* 53. notat, quod poſt Concilium Tridentinum

Pius

Pius IV. qui anno 1565. confirmavit ipſum in menſe Februarij, confirmavit ſimiliter privilegia Ordinis S. Ioannis Hieroſolymitani, cui confirmationi ſtandum eſt.

26 Vltra quod verba Pij IV. revocátia in prædicta ſua Bulla privilegia, quæ ſunt contraria decretis Concilij Tridentini intelligenda, reſtringenda, & determinanda ſunt iuxta terminos illorum decretorum, & ad ea tantum, quę per illa ſunt prohibita cum privilegiorum derogatione, & non eſt extendenda ad illa, etiam quæ quamvis per ipſum ſint prohibita, non tamen cum privilegiorum derogatione; quia ſatis obſervantiæ datur locus quo ad ea, quæ in ipſis decretis ſpecialiter revocátur: cætera vero, quæ non expreſſè derogantur, datur intelligi, quod voluit Concilium, vt obſervarentur. Maximè quia vbi Concilium vult privilegijs derogare, id exprimit; & ita Congregatio Concilij cenſuit, Concilium non derogare privilegijs Apoſtolicis, niſi de his expreſſam faciat mentionē. Nicol. Garcia *de Benef. p. 3. cap. 2. n. 260. vbi numer. 261.* ita reſpondet ad Bullam Pij IV. *& num. 263.* tradit declarationem S. Congregation. *& num. ſeqq.* reſpondet ad alias contrarias declarationes eſſe mendoſas. Et ſic intellecta eſt Bulla Pij IV. Eman. Roderic. *tom. 1. quæſt. Regul. q. 8. art. 6. & 7.* Hieron. Roderic. *in cōpend. reſol. 116. n. 14.* Miranda *in direct. Regul. tom. 2. q. 42. art. 3.* Portel *in dub. Regul. verb. privileg. confirmat. n. 31.* Hinojoſa *in direct. deciſ. Regul. verb. confirmatio, fol. 121.* Diana *p. 11. tract. 3. reſol. 5. in fin.* Cruz *lib. 2. cap. 3. dub. 6.* Leandr. de Murcia. *q. 19. ſelecta ſup. cap. 6. regul.* Suarez *4. tom. de relig. tract. 8. cap. 18. n. 18.* Lezana *tom. 2. cap. 15. num. 18. & tom. 3. verb. Clauſura, num. 26.* Hieron. Garcia *in Polit. Regul. tom. 1. trat. 8. dif. 1 dud. 5. ex num. 4.* vbi latè diſputat, Alvitet *vbi ſup. n. 47.*

Ad Bullam Gregorij XIII. reſpondet eodem modo Eman. Rodericus *art. 6. 7. & 8.* nam privilegia contraria Concilio ſunt intelligenda, vbi adiecta eſt clauſula derogatoria privilegiorum, & vbi ſpecificè Religio Hieroſolymitana expreſſa eſt; & ita poſt Gregorium XIII. & Pium V. in Bullis cōfirmatorijs privilegiorum Ordinis literæ Gregorij XIIJ. in ſuo robore permanere decernitur: *In his, quæ ad Curam animarum pertinent, in quibus decreta Concilij Tridentini huiuſmodi omnino ſervari debeant,* vt in Bullis Sixti V. 1586. Gregor XIV. *ann. 1591. die vltim. April.* Clement. VIII. *ann. 1592. die 27. Iulij.* Vrban. VIII. 1624. & Innocentij X. *in d. Bulla, quæ incip. Vniverſalis 1648. in fin.* 27

Ad authoritates autem Doctorū, qui contrariam opinionem tenent, reſpondetur, quod Navarrus, quem omnes ſequuntur, manet dubius in reſolutione, nec notavit *Cap. 11. ſeſſ. 24 eiuſd. Concil.* de Hieroſolymitanis decedens, quando Ordinarius, vt delegatus poſſit eos punire; & vt dicit Decius *conſ. 409.* Doctores plerique aves imitantur, quæ quando vna volat, omnes ſequuntur. Lara *de Capellan. lib. 2. cap. 4. num. 64.* vndè benè inquit textus *in Cap. Ergo ſoli. 9. diſtinct. Non ideo verum putent, quia ita cenſerunt, ſed quia mihi per probabiles rationes, quod à vero non abhorreant, perſuadere potuerunt,* quia vt dixit Imperator, *Poteſt vnius ſenſus, & deterioris ſententia multos, & maiores aliqua in parte ſuperare. l. 1. C. de vet. iur. enucl.* Et omnes pro contraria citati, vno vel altero dēp- 28

to, vt Sperello, rem non diſputant, ſed loquuntur remiſſivè. Vndè verior eſt contraria opinio, quam concludit Lezana. *d. cap. 5. n. 17. & 18.* ita: *Nec etiam comprehenduntur in decreto eiuſdem Concilij ſeſſ. 6. Cap. 3. vbi habetur, quod nemo ſæcularis Clericus, vel Regularis, cuiuſvis privilegij prætextu tutus cenſeatur, quominus ſi deliquerit extra Monaſterium degens, ab Ordinario loci viſitari, puniri, & corrigi valeat; quoniam pœnæ, & odia iure, vel ſtatuto contra religioſos conſtituta non trahuntur ad eos, vnde Pontifices ſæpius illos expreſsè à communibus ſtatutis odioſis excipiendos declararunt.* Et excepta fuit hæc religio in confirmatione actorum Benedict. Papæ, & Gregorij per Concilium Conſtantienſe, vt advertunt Geminianus *conſ. 15. n. 19. in fin.* Sperellus *deciſ. 21. num. 73.* & in terminis quæſtionis Carolus Maranta *vbi ſup. num. 37.* vbi concludit, quod planè Regulares alij non ſunt ita privilegio muniti, vt hæc ſacra Religio, in qua animadvertenda venit diſtinctio ex Gregoriana Conſtitutione ad formam decreti ſacri Concilij *d. Cap. 11. in fin. ſeſſ. 24* videlicet, legitimè profeſſos, poſtquam de profeſsione Ordinarijs loci conſtiterit, omnino exemptos eſſe, nec eis ſubijci, neq; vt ſanctæ Sedis Apoſtolicæ delegatis, *& reſp. 86. nu. 17.*

29 His de intellectu decreti Conciliaris ſcriptis, illęſaque veritate noſtræ opinionis, ſi prima opinio ſequenda videatur, limitanda eſt in Fratribus Hieroſolymitanis occupatis, qui cum licentia Superiorum extra clauſtra degunt. Loquor de conventualibus Sacerdotibus, & de Equitibus, qui Commendas obtinent, vel alia munera Ordinis exercent, vel licentiam habent Magni Magiſtri: Nam Sacerdotes obediętiæ Beneficijs prępoſiti, & Fratres Servientes in Prioratibus recepti nunquam in Convętu, & intra clauſtra degunt, & ita minimè egent licentia, nec poſſunt comprehendi in Concilij decreto; hi omnes ſi delinquant, non ab Ordinario loci, ſed à Prioribus, & Aſſembleis puniendi ſunt. Probatur hæc limitatio, quia Regularis, qui extra Monaſterium degit cum licentia ſui Prælati, dicitur eſſe in Monaſterio, quia Prælatus poteſt dare ei talem licentiam ex Concilio Tridentino *ſeſſ. 25 Capit. 4.* ſicut etiam Milites extra caſtra de licentia Ducis Generalis degentes fori privilegio gaudęt. *l. vnica in fin. C. in quibus cauſis militantes fori præſcript. vti non poſſunt*, vbi Gotofredus *lit. l.* & de Regularibus loquentes tenent Abbas Panormitanus *in cap. illorum, de ſent. excommunicat. & in cap. reſcripto, de iur. iurand.* ex Concilio Tridentino *ſeſſ. 25. cap. 14* docent Navar. *conſ. 2. de Regular. n. 63.* Rodericus *quæſt. Regul. tom. 2. q. 2. art. 7.* Riccius *deciſ. 223.* Barboſa *de Poteſt. Epiſcop. allegat. 105. nu. 16.* Sa *in Aphor. verb. Religio. n. 53.* Peirinis *tom. 1. privileg. Minim. conſt. 2 Sixti V.* § 11 *n. 22.* Thom. Sanch. *tomo 2. conſ. Mor. lib. 6. cap 9. dub. 3. num 4.* Tamburin. *de iur. Abbat. tom. 1. diſp. 15. q. 7. n. 9.* Ceſpedes *de exempt. Regular. dub. 241.* Lezana *tom. 1. Regul. cap. 11. n. 8.* vbi quod dictum decretum ſolùm intelligitur de Regularibus degentibus extra Monaſterium abſque licentia Prælati, nam qui extra Monaſteriũ degit cum licentia ſui Prælati dicitur eſſe in Monaſterio, *& in ſumm. deciſ. verb. Epiſcopus quo ad Regulares, num. 24.* Pellizarius *in Manual. Regul. 2. tom. tract. 8. cap. 6. num. 8.*

Ex

32 Ex quibus Regulares degentes in aliquo membro, seu grangia sui Monasterij pro religionis servitio, si deliquerint, non ab Ordinario loci, sed à Prælato Ordinis debent puniri; quia similia loca, cum sint mẽbra dependentia à suis Monasterijs, censentur eodem iure, & gaudent privilegijs suorum Monasteriorũ. *Cap. Recolentes. §. Cæterum, de statu Monachor.* Riccius *decis.* 281. *nu.* 4 *p.* 4. Barbosa *d. allegat.* 105. *nu.* 17. *& in collect. ad Concil. dict. Cap.* 3 *sess.* 6 *num.* 5. Novar. *in Lucern. Regul. verb. Delinquens. n.* 11. *&* 12. Lezana *in summ. verb. Episcopus quo ad regulares, nu.* 24. Diana *p.* 11 *tract.* 2. *resol.* 23. *vers. Nota etiam.* Garcia *in Polit. Regul. tomo* 1 *trat.* 8. *dif.* 3. *dud.* 1. *punt.* 1. *num.* 4. Thomas Delbene *de Immunit. Eccles. tom.* 2. *capit.* 12. *dub.* 16. *num.* 19.

33 Idem dicẽdũ est de Regularibus, qui inserviunt Beneficio, vel adijciuntur alicui Monasterio Monialium, quia tales non comprehendũtur in isto decreto, cum non degant extra Monasterium propriè, cum non sint extra illud ex speciali licentia, aut privilegio, sed ex instituto. Thomas Hurtado *resol. Moral. tomo* 1 *tract.* 4 *cap.* 4. *resol.* 44. *n.* 427. Lezana *in summ. verb. Causa iudicialis Regul. n.* 5.

34 Quæ omnia adaptantur benè ad Hierosolymitanos, & quoscumque Militares extra claustra degentes, vel ex licentia Superiorum, vel inservientes Beneficijs, & Monasterijs Monialium, aut alijs Muneribus; & de Militaribus loquendo tenent D. Ferdinandus Pizarro *in discurs. Apologet. pro Ordinib. Militarib. n.* 105. Navarr. loquens de novitijs Militiarum *cons.* 45. *nu.* 3. Giurba *cons.* 49. *n.* 1. *& cons.* 77. *per totum*, scriptum favore cuiusdam Capellani Hierosolymitani, pro quo obtinuit, vt refert *num. fin.* D. Thom. Carleval *de iudicijs, lib.* 1. *disp.* 2. *n.* 442.

Nec huic resolutioni obstat de- 35
claratio citata in verbis, ibi: *Etiam si dicti Milites extra locorum suorum Ordinum cum licentia suorum Superiorum degerent.* Nam vltra quod dicta declaratio non est authẽtica, vt animadversum est, responderi potest intelligi in ijs, qui licentia speciali non professi extra Conventum degunt, non in ijs qui ex instituto Ordinis alicui domicilio præficiuntur, vt simili declarationi de Regularibus ex licentia extra claustra degentibus respondet Thomas Hurtado vbi supra *num.* 428. ita: *Sed contra hoc videtur esse declaratio Cardinalium relata à Bellarmino, in qua habetur, Regularis delinquens in domicilio suæ religionis, in quo solus degit, potest ab Episcopo puniri, sed intelligitur, quando habitat speciali privilegio, aut licentia, non verò quando ex instituto Ordinis, quia illi domicilio præficitur.* Lezana vbi supra *num.* 5.

Non potest etiam intelligi decre- 36
tum in Hierosolymitanis, quibus Commendę dantur à Religione, quia istæ petunt residentiam extra Conventum; nec in Capellanis Parochis, qui etiam residere debent in Ecclesijs iuxta declarationem sacrę Congregationis *super sess.* 23. *Cap.* 1. *de reformat. Concil. Trident.* traditam à Farinacio *vol.* 4. *pagin.* 56. Mendo *de Ordinib. Milit. disq.* 11 *q.* 5. *num.* 97. nec in ijs, qui licentia Magistri, aut completi Concilij, & sigillata recedunt iuxta formam statutorum *tit.* 7 *n.* 31. 32. *&* 33. cum hæc absentia à Conventu sit iuxta statuta Ordinis, & secundum regulam, quam profitentur; hi ergo omnes gaudent privigio fori, & non pos-

possunt dici Vagabundi, qui privilegijs non gaudent iuxta Bullam Pij IV. *fol.7.* ex quibus in facto defendebam ego Fr. D. Michaelem Moreno de Aranda Præbiterum Capellanum maiorem Conventus S. Elisabet [nunc dignissimum Vicarium] quia erat servitio Monialium addictus, & per consequens non comprehensus in decreto; & quia non erat conventualis Melitæ, sed acceptus in Assemblea ad serviendum Beneficium Regulare Oidinis in Ecclesia Parochiali Sancti Christophori Salmantinæ vrbis, quod resignavit, & ad Capellaniam maioré Monasterij Monialium huius Hispalensis Civitatis fuit admissus, vbi cum iurisdictionem Ordinis, & præcedentiam strenuè defenderet, intédebat Ordinarius Ecclesiasticus cũ punire vt delinquentem eo pretextu, quod extra claustra degeret.

37 Denique animadvertendum est, quod si Regularis intra claustra Monasterij degat, & extra ea ita notoriè delinquat, vt populo scandalo sit, Episcopo instante, à suo superiore puniri debet, ac de punitione Episcopum certiorem facere: si minus à suo Superiore officio privandus est, & delinquens ab Episcopo puniri potest ex Concilio Tridentino *sess.25. Cap. 14.* Bulla Clement. VIII. *incip. Suscepti muneris, die* 18. *Martij* 1596. Navarr. *comm.2. de Regul.n.63.* Eman. Roderic. *tomo 2 quæst. Regul. q. 2. artic. 6. & q.63. art. 4.* Hieron. Roderic. *resol.62. à num.8. & resol 53. à nu.14.* Fuscus *de visitat. lib.11. capit. 17. num.11.* Cespedes *cap.18. dub.236.* Tamburin. *tom.1. disp.15. q.7. n.23 & tom.3. disp.7. q.11. nu.61. & 62.* Miranda *tom.1. q.61. art. 3.* Diana *p.11 tract.2. resol.23. vers. Quod si Regularis.* Machado *in Perfect. Confess. tom.2. lib.4. p.6. trat.10. dum.3. n.2.* cum multis Barbosa *de iur. Eccles. lib.1. cap.43. n.115.* Vbi 38
decretũ Concilij procedere inquit, etiam si Regularis sit Eques S. Ioannis Hierosolymitani. Roderic. *tomo 2. q.2. art.4. & q.63. art.7. vers. 5.* Navarr. *cons. 21. in antiq. alias 2. in novissi. de Regul.* Sayr. *decis.2.* Azor. *p.1. lib. 13. cap. 4. q. 3.* Campan. *rubr. 12. cap.2. n.22.* Riccius. *p.1. decis.223. nu.6.* Novar *in lucern. Regul. verbo Delinquens, num.2.*

Vndè si Superior ab Ordinario 39
non sit requisitus, nec sit omissus, minimè Regularis ab Ordinario puniri potest, nec in delicto sacrilegij. Bordonus *in consil. Regul. resol.28. q.26 nu.60.* nec etiam si delictum notorium non sit, ita vt vlla tergiversatione non possit celari. *Capit.* 40
fin. de cohabitat. Clericor. cum sit notorietas qualitas requisita in Cõcilio, sicut etiam qualitas alia est, quod Regularis delinquat extra claustra.

Cuius occasione dubitatur in 41
hoc decreto, an Regularis, qui delinquit in Ecclesia, dicatur delinquere extra claustra. Et hæc quæstio contigit de facto in Ordine Hierosolymitano, nam in Ecclesia Monialium S. Elisabet huius citatis occasione præcedentiæ, & agendi officia defunctorum Clerici sæculares cum Priore S. Ioannis de Acre Fr. D. Petro de Peralta & Verdugo, & cum Capellano maiori dictæ Ecclesiæ, & multis Habitu Militari decoratis tixarunt, & cum ex rixa aliqui percussi extrent, dicebat Ordinarius Hispalensis delictum commissum in Ecclesia esse extra claustra, & quod sibi competebat cognitio ex prædicto Concilij decreto, ad cuius probationem retulit Barbosa *in collect. ad cap. fin. num.8. in fin. de Stat. Monach. & in collect. ad cap.14. sess.25.*

de

de Regul. nu 6. vbi refert deciſum, delinquentes intra Eccleſiam cum ſcandalo intelligi extra clauſtra delinquere, vt prędicto decreto comprehendantur; quod etiam ex alia declaratione ſacræ Congregationis firmat Machado *vbi ſupra num.* 3. Diana. *d. reſol.* 23. *in fin.* Sperellus *deciſ.* 38. *nu.* 15.

42 Sed in prædicta cauſa dicebam ego, quod Prior Vicarius S. Ioannis, cum ſit iudex Ordinarius, & in proprio territorio, ipſe ex Concilio erat delegatus ad cognoſcendũ contra Clericos ſęculares delinquentes in ſua Eccleſia, non Ordinarius Hiſpalenſis ad cognoſcendum contra eum, & Capellanos prædictę Eccleſiæ. Et ad declarationem, quæ loquitur de Regularibus, & non de Militaribus dicebam etiam non eſſe authenticam, nec procedere in Eccleſia proprij Monaſterij, qualis eſt dicta Eccleſia reſpectu Capellani maioris, Vicarij, & reliquorum ibi aſſidentium, qui ſi ibi delinquant, intra clauſtra delinquunt. Lezana *in ſumm. verb. Regulares, num.* 6. vbi cum ex Barboſa retuliſſet prædictã declarationem, inquit: *Quod etſi dum videatur, cum religioſus in Eccleſia ſui Monaſterij exiſtens intra clauſtra exiſtere dicatur, acquieſcendum tamen deciſioni ſacræ Congregationis, ſi de ea authenticè conſtet: niſi forté dicatur, & congruentius intelligi de alia Eccleſia ſui Ordinis extra propriam ſui Monaſterij.* Vel de alia Eccleſia ſubiecta Epiſcopo, non tamen de Eccleſia ſui Conventus, vt dictam declarationẽ intelligit Hieron. Garcia *in Polit. Regul. tom.* 1. *trat.* 8. *difficult.* 3. *dud.* 1. *punt.* 1. *num.* 4.

43

*

CAPVT XII.

AN POSSIT EPISCOpus tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatus punire Hieroſolymitanos pro delictis commiſſis ratione Sacramentorũ adminiſtrationis. Et viſitare Eccleſias Hieroſolymitanorum, vbi multa de Sacramentorum adminiſtratione notantur.

SUMMARIVM.

EXempti ſubiiciuntur Ordinario in ijs, quæ ad Curam animarũ, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent. 1.

Bulla Gregorij XV. de exemptorum privilegijs quo ad Sacramentorum adminiſtrationem refertur. 2.

Hieroſolymitani comprehenduntur in Bulla Gregorij XV. & in decretis Concilij Tridentini de Sacramentorum adminiſtratione loquentibus. 3.

Epiſcopus non poteſt Rectores Regulares pro adminiſtratione Sacramentorum corrigere, aut punire niſi in actu viſitationis, & ſecũdum regulas, & ſtatuta Ordinis 4.

Hieroſolymitanas Eccleſias, quæ Curatæ non ſunt, non poteſt Epiſcopus viſitare. 5. *Nec Equites Hieroſolymitanos, quatenus Beneficia Curata non obtinent.* 6.

Viſitare non poteſt Epiſcopus Prioratus Hieroſolymitanorum, qui ſuis capitibus ſubſunt, & debẽt viſitari à Capitulis ſui Ordinis. 7.

Viſi-

Visitare non potest Episcopus vbi Equites Hierosolymitani habent iurisdictionem spiritualem, & temporalem. 8. & 10.

Visitatio circa Sacramentorum administrationem pertinet Prælatis Militaribus, vbi Ordines vtrãque iurisdictionem habent. 9.

Iurisdictio concessa Cap. 11. sess. 25. de Regular. competit etiam Ordinario inferiori habenti iurisdictionem quasi Episcopalem, & habẽti Ecclesiasticam, & temporalem iurisdictionem. 11. Et in Abbatia habente vtramque iurisdictionem, & in Parochia Regulari. 12.

Pius V. subijcit Hierosolymitanos circa administrationem Sacramentorum Ordinario, cum declaratione, vt non fieret præiudicium iuri visitandi Ecclesias Parochiales, & alia Beneficia, Curam animarum habentia, quod antea Religioni, & Militibus competebat. 13.

Visitatio Ecclesiarum, quæ per Hierosolymitanos ante Concilium fieri solebat, post Concilium debuit continuari. 14.

Visitari non possunt Ecclesiæ Hierosolymitanæ ab Episcopo, etiamsi temporalem iurisdictionem non habeat Religio, si contraria sit consuetudo. 15.

Visitandi consuetudo in præiudicium Episcopi præscribitur quadraginta annis. 16.

Visitandi consuetudo probatur ex libris visitationum. 17.

Visitandi facultas concessa Ordinario procedit in exercentes Curam animarum Sæcularium, non Regularium. 18. & 48.

Regulares, qui Sæcularium non auscultant confessiones, non egent Episcopi approbatione. 19.

Confiteri possunt Hierosolymitani cum Sacerdote non approbato ab Ordinario. 20.

Confessarij Hierosolymitani approbantur à suo Ordine. 21.

Confessores Monialium Hierosolymitanarum non indigent Ordinarij approbatione. 22.

Bulla Gregorij XV. in sua constit. inscrutabili 1622. suspensa fuit iussu Vrbani VIII. quo ad Regna Hispaniarum. 23.

Confessores Monialium, quæ degunt sub Cura Regularium ab Ordinario non examinantur ex Bulla Pij V. quæ servatur in Hispania. 24.

Declarationes sacræ Congregationis pro explicatione Bullæ Gregorij XV. de Confessoribus Monialium solum habent vim extra Hispaniam. 25.

Vicarius Hierosolymitanus Sancti Ioannis de Acre in territorio Hispalensi est in consuetudine examinandi, & approbandi Confessores in Ecclesia Parochiali, & in Conventu Monialium S. Elisabet. 26. & 29.

Monasteria exempta per Prælatos, quibus subsunt, annis singulis debent visitari. 30.

Confessores exponere pertinet ad Abbatem, & Præpositum territorij exempti, & nõ ad Episcopũ. 31.

Concilium Tridentinum in Cap. 7. & 8. sess. 7. procedit in locis exẽptis non subiectis alteri Prælato. 32.

Confessarius pro vno loco approbatus virtute Bullæ Cruciatæ potest eligi in alijs. 33. 34.

Confessarius in proprio territorio potest absolvere pœnitentem alterius Diœcesis etiam criminum reservatorum, de quibus habet facultatem absolvendi in proprio territorio. 35.

Festivitatis Ecclesiæ die, vel Iubilei, pœnitenti alterius Diœcesis sine Bulla possunt Sacramenta administrari. 36.

Puni-

Punibile an sit factum debet iudex inspicere ante processum. 37.

Confessarius sequi debet opinionem probabilem pœnitentis. 38.

Iudex sequi debet opinionem reo favorabilem. 39.

Enses accinctos possunt tenere Equites Militares in receptione Sacramenti Eucharistiæ. 40.

Hierosolymitani non sunt adstricti in die Paschatis Sacramentum Eucharistiæ recipere in Parochia, nec alij Militares. 41.

Missam inceptam relinquens non incurrit in excommunicationē. 42.

Missam inceptam ob iustas causas potest Sacerdos relinquere. 43.

Testamenti executionis cognitio est mixti fori. 44.

Excommunicatio est nulla ex defectu iurisdictionis. 45.

Sacramentum Eucharistiæ administrari potest, quando excommunicatio est nulla defectu iurisdictionis. 46.

Absolutio excommunicationis impositæ ab Ordinario Iudice incōpetente non potest ab eo dari, nec sic excommunicati tenentur eam petere. 47.

Excommunicari ab Ordinario non possunt Moniales Militares. 48.

1 ECclesias exemptas, necnon, & Monasteria Regularium, in quibus imminet Cura animarum, personasque Regulares ibidē Curam exercentes, subiectas esse visitationi, iurisdictioni, & correctioni Episcopi, in cuius Diœcesi sita sunt, in ijs, quæ ad dictam Curam pertinent, decisum est in Concilio Tridentino *Cap.* 8. *sess.* 7. & *Cap.* 8. *de reformat. sess.* 21. & *Cap.* 9. *de reformat. sess.* 24. & *Cap.* 11. *sess.* 25. *de Regul.* cuius materiam latè agūt Fuscus *de visitat. lib.* 2. *cap.* 16. Vgolinus *de offic. & Potest. Episcop. capit.* 26. § 4. & *cap.* 21. § 1. Tamburin. *de iur. Abbat. tom.* 3. *disp.* 5. *q.* 11. *num.* 45. Solorzan. *de iur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 17. *n.* 40. *cum seqq.* Novar. *in Lucern. Regul. verb. Cura animarum, num.* 3. Machado *in Perf. Conf. tom.* 2. *lib* 4. *p.* 6. *tr.* 10. *docum.* 5. Barbosa *de Potest. Episcop.* 3 *p. allegat.* 74 *nu.* 18. & *in collect. ad Concil. a Cap.* 8. & 11. & *de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 43. *ex nu.* 134. vbi omnes, qui de hac materia scripserunt, latè refert, & Bullam Gregorij XV. *de exemptor. privileg. incip. Inscrutabili, sub dat. nonis Februarij* 1622. vbi summus Pontifex circa visitationem, iurisdictionem, & correctionem Episcopi in Regulares Curam animarum habentes, sic statuit: *Hac generali, ac perpetua valitura constitutione decernimus, statuimus, & declaramus, vt deinceps, tàm Regulares, quàm Sæculares, quomodolibet exempti, sive animarum Curam personarum Sæcularium Monasterijs, seu domibus Regularibus, aut quibusvis alijs Ecclesijs, vel Beneficijs, sive Regularibus, sive Sæcularibus incumbentem exerceat, sive alias Ecclesiastica Sacramenta, aut vnum ex illis ministrent prævia Episcopi licentia, & approbatione, sive quoquo modo in dictæ Curæ exercitio, aut eorumdem Sacramentorum, vel alicuius ex illis administratione de facto absque vlla auctoritate se ingerant in his, quæ eiusmodi Curam, seu administrationem concernunt, omnimodæ iurisdictioni, visitationi, & correctioni Diœcesani Episcopi tanquam Sedis Apostolicæ delegati plenè in omnibus subijciantur.* 2

In qua Gregorij XV. constitutione comprehensam esse Religionem Hierosolymitanam indubium est ex eadem constitutionis litera 3

in derogatione privilegiorum, ibi: *Militiarum etiam Sancti Ioannis Hierosolymitani.* Necnon in decretis Concilij Tridentini de Sacramẽtorum administratione loquẽtibus ex rescripto Pij V. 139. *incip. Exposcit, sub data 22. Septembr.* 1571. & ex Bullis Gregorij XIII. *ann.* 1578. Sixti V. 1586. Gregorij XIV. 1591. Clementis VIII. 1592. Vrbani VIII. 1624. & Innocentij X. 1648. vt supra *Cap. anteced. nu. 27.* notatur; & docent Chochier *de iurisdict. in exempt. p. 2. q. 45. n. 11.* Piasec. *in prax. Episcop. p. 2. cap. 3. num. 46.* Vgolin. *d. § 4. n. 2.* Riccius *in prax. aur. resol. 176.* Tamburin. *dict. tom. 3. disp. 5. q. 11. n. 49.* Barbosa *dict. allegat. 74. n. 26. & dict. capit. 43. n. 137. & in summ. Apostolicar. collect. 728. n. 1.* Rota apud Farinacium *tom. 1. decis. 396. & tom. 2. decis. 493.* Alex. Sperell. *decis. 21. num. 53.*

4 Quæ quidem licèt certa sint, diversas tamen limitationes, & intellectus habent favore Regularium. Prima limitatio est, vt non possit Episcopus eosdem Rectores Regulares corrigere, aut punire nisi in actu visitationis, & circa ea, quæ spectant ad dictam Curam. Tamburin. *dict. q. 11. n. 59.* Barbosa *d. cap. 43. nu. 137.* Pellizar. *in Manual. Regul. 2. tom. tract. 8. cap. 4. n. 116.* & secũdum regulas, & statuta Ordinis. Bellarmin. *in annotationib. cap. 7. sess. 7. ex Concilio Lateranensi. 3. sub Leone X. sess. 11. fol. mihi 685.* Hieron. Garcia *in Polit. Regul. tom. 1. trat. 8. dif. 3. dud. 1. punt. 1. num. 11. in fine*

5 Secunda limitatio est respectu Ordinis Hierosolymitani, vt non possit Episcopus visitare Ecclesias Hierosolymitanas, quæ Curatæ nõ sunt; nam similes Ecclesiæ exemptæ sunt ab omni iurisdictione, correctione, & visitatione Episcoporum ex privilegio Clementis VII. & Pij IV. & declaravit sacra Congregatio Cardinalium, cuius meminerũt Armendariz *in Addit. ad Recop. leg. Navarræ, lib. 1. tit. 6. de visitat. l. 5. § 2. n. 6.* Lezana *in summ. quæst. Regul. tom. 2. cap. 5. nu. 52.* Barbosa *in summ. decis. Apostolicar. collect. 314. n. 8. & in collect. ad Concil. Trident. sess. 7. cap. 8. n. 23.* Carolus Maranta *resp. 52. p. 5. n. 11.* Nec Equites 6 Hierosolymitanos, quatenus Beneficia Curata non obtinent, ex declaratione Sacræ Congregationis per Farinacium *in declarationibus Concil. Trident. sess. 7. cap. 15. declarat. 16.*

Tertia limitatio est, vt non possit Episcopus visitare Prioratus Hierosolymitanorum, qui suis Capitibus subsunt; vt ferè eisdem verbis declaratione affert Farinacius *sess. 25. de Regularib. cap. 20. declara. 1.* Armendariz. *d. tit. 6. de visitat. numer. 103.* Barbosa *in collect. ad Concil. sess. 7 cap. 8. n. 22.* cum illi sint Præpositores, seu Commendatarij, & visitari debeant à Capitulis sui Ordinis. Armendariz *numer. 101.* Barbosa *num. 21. & de Potest. Episcop. allegat. 74. n. 27.* 7

Quarta limitatio est, vbi Equites 8 Hierosolymitani habent iurisdictionẽ spiritualem, & temporalem, ibi Ordinarij non se interponant ad visitationem; declarationem sacræ Congregationis refert Farinacius *sess. 7. cap. 15. de reformat. declarat. 15.* Armendariz *dict. tit. 6. num. 94.* Barbosa *in d. sess. 7. cap. 8. num. 17. & de Pot. Episcop. allegat. 74. n. 26. in fine.* Quæ est principalis limitatio in hac materia; & fundatur in eo, quod in oppidis in quibus Religio Hierosolymitana habet vtramque iurisdictionem, ibi Priores 9 iurisdictionem habent quasi episcopalem:

palem : vndè viſitatio, & coertio circa Sacramentorum adminiſtrationem pertinet illis, & Superiori Ordinis, vt de omnibus Militaribus latè probat Mendo *de Ordinib Militarib. diſquiſit. 2. q. 1.* & de Religione Hieroſolymitana *ibi num. 19. & diſq. 1. q. 5. n. 118.* Chochier *de iuriſdict. in exemptos. p. 2. q. 45. numer. 11.* Lezana *d. tom. 2. Regul. Milit. cap. 5. n. 49.* Vbi, quod in Prioratibus S. Ioannis Hieroſolymitani vbi Religio habet iuriſdictionem quaſiepiſcopalem cum territorio perſonarum ſæcularium, quamvis Parochi delinquant circa Sacramentorum adminiſtrationem in ſæculares, non poteſt Ordinarius Eccleſiaſticus ſe intromittere ad corrigẽdum, ſed Prælatus Religionis, quia hunc caſum non comprehendit Cõcilium Tridentinum. 10

11 Quod etiam probatur ex eo, quia iuriſdictio conceſſa per decretum Concilij *in Cap. 11. ſeſſ. 25. de Regular.* competit etiam Ordinario inferiori habenti iuriſdictionem quaſiepiſcopalem, & habenti Eccleſiaſticam, & temporalem iuriſdictionem, vt ex multis deciſionibus notat Barboſa *in dict. cap 11. num. 29. & 30.* & in Abbatia habente vtramque iuriſdictionem deciſum refert Aldana *in Compend. Canonic. reſol. lib. 2. tit. 8. nu. 41.* Flores de Mena *variar. quæſt. lib. 2. q. 24. num. 22.*

12 Riccius *in prax. aur. reſol. 303.* Et in Parochia Regulari vbi Superiores Regulares habent iuriſdictionẽ temporalem, quod non poſſit viſitare Epiſcopus, deciſum eſt in Rota apud Seraphin. *deciſ. 1076.* Ceſpedes *de exempt. Regul. dub. 166.* Pellizarius *in Man. Regul. 2. tom. tr. 8. cap. 4. n. 116. verſ. Addo.*

13 Facit etiam declaratio ſuper Cõcilium tradita à Farinacio *in cap. 7. ſeſſ. 7. de reformat. declarat. 24.* ibi: *In Parochialibus autem Militiæ S. Ioannis Hieroſolymitani ſervandum eſt Breve ſanctæ memoriæ Pij V. editum 22. Septembr. 1571. Pontificatus ſui ann. 6. & ead. ſeſſ. Cap. 15.* Quod Breve, ſeu Conſtitutio, in qua Pius V. ſubijcit Hieroſolymitanos circa adminiſtrationem Sacramentorum Ordinario Eccleſiaſtico, & decretis conciliaribus, habet tamen declarationem, vt noluerit Pontifex ſua conſtitutione vllum afferre præiudicium iuri viſitandi Eccleſias Parochiales, & alia Beneficia Curam animarum habentia, quod antea Religioni, & Militibus competebat. Vndè in Eccleſijs vbi ante Concilium viſitatio fiebat per Priores, vel Viſitatores Hieroſolymitanos, poſt Concilium, & declarationem Pij V. fieri, & continuari debet ex eadem cõſtitutione Pij V. ſic declarante Concilium. Rota per Farinacium *d. deciſ. 493.* 14

Ex quo oritur quinta limitatio, 15
nempe, quod in Eccleſijs Hieroſolymitanis, etiam ſi temporalem iuriſdictionem Religio non habeat, Ordinarius Eccleſiaſticus ſe intromittere non poteſt ad viſitandum, ſi contraria ſit conſuetudo; quia ſtante conſuetudine videtur competere Religioni, & ſervanda eſt declaratio Pij V. Aldana *d. tit. 8. nu. 38.* Sellus *in ſelect. Canon. cap. 92. n. 10.* Barboſa *in cap. 11. ſeſſ. 25. de Regular. num. 12. & de iur. Eccleſ. d. cap. 43. n. 137. & in ſumm. deciſ. collect. 314. nu. 8.*

Conſuetudo autem viſitandi in 16
præiudicium Epiſcopi præſcripta dicitur ſpacio quadraginta annorũ. *Cap. de quarta, de præſcriptionibus.* Rota per Farinacium *tom. 1. deciſ. 394.* Et probatur ex libris viſitationum, quibus ſtandum eſt in ijs, quæ concernunt ſtatum Eccleſiæ & officium viſitantis. Rota apud Fari- 17
nacium

naeium *p.2 recenſ. aeciſ. 573. nu 4.* Mar. Antoninus *var. reſol. lib. 1. reſol. 110. nu. 3. & 4.* Caputaq. *deciſ. 229. p. 1.* Poſtius *de manutent. deciſ. 200. num. 4.*

18 Sexta limitatio eſt, vt cognitio Ordinarij, vbi Religio non habet temporalem iuriſdictionẽ, nec præſcriptionem, ſolùm habeat locum in exercentes Curam animarum ſæcularium, non Regularium. Barboſa *dict. collect. 314. n. 8.* etiam poſt Bullam Gregorij XV. ex declaratione confirmata ab Urbano VIII. quam ad literam tradit Barboſa *in. d. cap. 11. ſeſſ. 25. de Regul. num. 6 & 7. & dict. cap. 43. n. 137.* Lezana *tom. 1. cap. 11. n. 7. & in Mare Magno Minorum circa. §. 48. n. 138 & 139.* vbi plures declarationes affert.

19 Ex quibus circa præſentem materiam adminiſtrationis Sacramentorum veniunt decidenda aliqua dubia, vt omni ex parte perfecta, & enucleata appareat. *Primum* eſt, an Hieroſolymitani poſſint confiteri cum Sacerdote non approbato ab Ordinario? In quo conſtanter affirmativam partem veriorem cenſeo; quia Concilium Tridentinum *ſeſſ. 23. Cap. 15. de reformat.* nihil innovavit circa approbationem Confeſſariorum Regularium, & ideo Regulares, qui Sæcularium non auſcultant, confeſsiones non egent Epiſcopi approbatione, vt tenent communiter DD. Suar. *tom. 4. diſp. 28. ſect. 1. n 4. & ſect. 4. n. 5.* Eman. Roderic. *tom. 1. Reg. q. 62. art. 4.* Hieron. Roderic. *in comp. reſol. 31. numer. 21.* Miranda *in direct. tom. 1. q. 45 art. 11. concl. 2.* Henriq. *lib. 3. de pœnit. cap. 6. num. 4.* Molfeſ. *in ſumm. tract. 7. cap. 14. n. 60.* Homobon. de Bonis *de exam. eccl. part. 1. tract. 5. c. 2 q. 12.* Diana *p. 3 tra. 2. reſol. 30.* Ioann. Sanchez *in ſelect. diſp. 44. nu. 6.* Fagund. *in præcept. Eccleſ. lib. 7. cap. 2. n. 3.* Barboſ. *in collect. ad Concil. d. cap. 15. nu. 9. & de iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 43. nu. 204.* Virginius Alviſet. *de privileg. Regul. ſect. 3. cap. 4. n. 38.*

Et in terminis Equitum Hieroſolymitanorum reſolvunt Ioan. Sanchez *in ſelect. cap. 49. nu. 11. & 13.* Riccius *in prax. p. 4. reſol. 170. nu. 2.* Novar. *de elect. for. q. 69. n. 23. ſect. 2. in vlt. impreſſ.* Barboſa *in d. cap. 15. n. 10 & in ſumm. deciſ. Apoſtol. collect. 314. nu. 19. & de iur. Eccleſ. lib. 3. cap. 7. nu. 57.* Sperel. *deciſ. 2. num. 123.* Tamburin. *tom. 2. de iur. Abbat. diſp. 24. n 91. in med.* Thomas Delbene *de immun. Eccleſ. p. 1. cap. 1. dub. 11. ſect. 3. nu. 1.* Mendo *de Ordin. Milit. diſq. 1 q. 5. nu. 121.* Quintana Dueñas *tom. 2 ſingul. tr. 3 ſing. 10. n. 4.* Garcia *in Polit. Reg. tom. 1. trat. 5. dif. 5. dud. 4. punt. 2. num. 15.* Diana *d. reſol. 30 & p. 10. tr. 12. reſol. 1 & p. 6. tr. 7. reſol. 96. & p. 10. tr. 16. reſol. 76.* Bordon. *in conſ. Regul. reſol. 37. q. 26. num. 70.* Pellizar. *in Man. Regul. tom. 2. tr 8. cap. 2 num. 26.* Marcus Vidal *in Arca Theolog. Moral. tit. de indice inſpect 4. n. 39.* Leand. de Sacramẽto *tom. 1. tract. 5. diſp. 11. q. 47.* Martinus de San Ioſeph *in Monit. Confeſſ. tom. 1. lib. 1. tract. 24. de pœnit. nu 4.* Pater Bardi *in Bull. Cruciat. p. 2 tract. 5. cap. 2 ſect. 2. n. 24 & 25* quidquid contrarium voluerit Lezana *tom. 2. Regul. cap. 5. n 45.* Vbi cenſet contrariam in hoc eſſe conſuetudinem; ſed contraria opinio communis eſt, & conſuetudo etiã, vt confiteantur cum Religioſis cuiuſvis Ordinis approbatis à ſuo Superiore extra Conventum, in Conventu tamen cum Fratribus Capellanis Hieroſolymitanis approbatis à ſuo Prælato, quod certius eſt ex ſtatuto *tit. 3. de Eccleſia, nu. 7.* & ex privilegio Pij IV. *in ſua conſtit. Circunſ-*

cumspecta, kalend. Iulij 1560. apud Cherub. tom. 2. pag. 9. fol. 7. ibi: Necnon Capellanis eiusdem Hospitalis, Baiulivorum, Priorum, Præceptorum, Militum, Fratrum, Personarum, Vasallorum, Subditorum, & Familiarium prædictorum confessiones audiendi, & pœnitentiam salutarem eis iniungendi, ac Eucharistiæ, & alia Sacramenta Ecclesiastica ministrandi. Quod privilegium in viridi est observantia, nec sublatum fuit Concilio Tridentino dicto cap. 15. in quo Confessariorũ approbatio solúm requiritur in Cõfessoribus Sæcularium, non Regularium: quod in terminis Hierosolymitanorum tenent Doctores relati, qui affirmant, posse confiteri cum Sacerdote à Superiore tantùm suo approbato, sicut possunt alij Regulares. Nec confessarij Hierosolymitani indigent alia approbatione, vel examine, quam suæ Religionis. Fagundez in præcept. Eccles. lib. 7. capit. 2. n. 56. vbi bene probat, & plures Doctores refert, & loquitur in terminis Prioratus de Ocrato in Lusitania, qui est Religionis Hierosolymitanæ.

22 Extenditur resolutio dicta ad Confessores Monialium etiam Hierosolymitanarum, quod *secundum dubium* est in hac materia; & licèt contrarium expresserit Gregorius XV. in sua Cõstit. inscrutabili 1622. ibi: *Confessores verò sive Regulares, sive Sæculares quomodocumq; exempti, tàm Ordinarij, quàm Extraordinarij, ad confessiones Monialium, etiam Regularibus subiectarum audiendas, nullatenus deputari valeant, nisi prius ab Episcopo Diœcesano idonei iudicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant.* Et praxi receptum affirmet Tamburin. de iur. Abbatiss. 5. disp. 17. quæsit. 2. n. 3. tamen dicta Bulla pro Regnis Hispaniarum suspensa est iussu Vrbani VIII. vt notat Lezana tom. 1. Regul. cap. 19. numer. 35. vers. Similiter, ibi: *Nota etiam huiusmodi constitutionem iussu SS. D. N. Vrbani suspensam fuisse pro Regnis Hispaniarum, vt constat ex Brevi Nuntij Apostolici tũc temporis existentis, nunc verò Eminẽtissimi Card. Sacchetti 21 April. ann. 1625.* Et non fuisse in Hispania receptam Bullam, sed suplicatũ ad Sanctissimum, dicunt idem Lezana cap. 25. n. 45. & late 2. tom. Regul. cap. 1. nu. 19. & in summ. verb. Confessarius. n. 11. & consulto 40. num. 73. & nu. 114. Vbi animadvertit in Hispania standum esse Bullæ Vrbani VIII. & non Gregoriæ, nec aliæ Innocentij X. pro Indijs Occidentalibus, & Episcopatu Angelopolitano, & num. 116. ad literã scribit Breve Vrbani VIII. quo suspensit Bullam Gregorij XV. quo ad Hispaniarum Regna. Mendo de Ordinib. Milit. disq. 14. q. 5. n. 58. Ioãnes Sanchez in selectis disp. 49. n. 27 Thomas Hurtado resol. Moral. tomo 2. tract. 12. cap. 1. dub. 5. n. 2003. Nicolaus Bravus in tract. Monast. cap. 23. nu. 12. Garcia in Polit. Regul. tom. 1. trat. 8. dif 3 dud. 1. 4 unt. 1. n 11. in fin. Vndè circa Confessores Monialium servanda apud nos est Bulla Pij V. ann. 1567. in verbis, ibi: *Confessores verò Monialium, quæ degunt sub Cura Regularium, ab Ordinario examinari nolumus.* Et de Militaribus loquens tenet Mendo, d. disq. 14. q. 5. n. 57. & 58. Et de omnibus Monialibus ex Galliæ auctoribus tenet idem Brunus Chasaing. de privileg. Regul. tr. 5. cap. 5. propositi. 4.

23

24

25 Nèque obstant prædictæ resolutioni declarationes quæ in Sacra Congregatione, qua refert Barbosa in collect. Bullar. verb. Confessarius

rius Monialium. 2. Lezana tom. 1. cap. 25. n. 46. quæ videntur contrariæ huic doctrinæ; quia illis respondet idem Lezana tom. 2. cap. 1. n. 19. quod cùm dictæ declarationes sint factæ pro explicatione dictę constitutionis Gregorij XV. solùm habét vim, sicut ipsa extra Hispaniam, in qua valet declaratio, vel concessio Pij V. quod Confessarij Monialium non debeant ab Episcopo examinari. Et ita sine dubio praxis generalis admisit.

26 Et in Religione Hierosolymitana in Conventu Monialium S. Elisabeth huius Civitatis ab immemorabili tempore Confessores examinantur à Vicario Ordinis, qui solet esse Prior S. Ioannis de Acre, qui etiam facultatem habet approbandi & examinandi Confessores in suo territorio sine dependentia aliqua
27 Ordinarij Ecclesiastici; qua facultate semper vsus est ex tępore, quo territorium concessum fuit Ordini, & illustrissimo Magno Priori Frat. Ferdinando Ruiz à Sancto Rege Ferdinando Tertio, quando Hispalim à Saracenis vi armorum & auxilio Hierosolymitanorum recuperavit, hęreditavitque Ordines Militares, vt refertur in Historia Hispalen-
28 si lib. 5. cap. 1. Et ex tunc prædicta Ecclesia Parochialis fuit exempta, & libera ab omni iurisdictione, correctione, & visitatione Ordinarij Ecclesiastici, necnon Conventus Monialium, & prædictæ domus cõ-
29 tinuo visitatę sunt, vel ab eodem Vicario, vel à Visitatoribus Ordinis à Magno Priore Castellæ designatis, quibus hæc visitatio committi solet.

30 Pro quorum observantia facit: textus in Clement. attendentes. §. Hoc igitur, de statu Monachorum, vbi habetur, quod Monasteria exẽpta à visitatione, & iurisdictione Ordinariorum, & alijs Prælatis subiecta, per illos quibus subsunt, annis singulis debeant visitari. Barbosa in collect. ad Trident. sess 25. de Regular. cap. 11. nu. 13. & 27. Stephanus Gratianus discept. forens. cap. 212. à num. 30. vsque ad 42. tùm etiam quia in Concilio sess. 23. cap. 15. cõprehenduntur Ordinarij habentes iurisdictionem quasiepiscopalem. Fagundez in præcept. Eccles. lib. 7. 31
cap 2. n. 55. atque ita sicut Abbas, & Præpositus territorij exempti potest exponere Confessores, & hoc non pertinet ad Episcopum. Barbosa de Potest. Episcop. allegat. 25. numer. 5 B. filius de Leon de pœnit. disput. 5. dub. 1. vers. Mihi autem probabilius. Thomas Sanchez lib. 3 de Matrim. disput. 28 n. 6. ita Vicarius Hierosolymitanus nominatus á Magno Priore, qui Prælatus est in Prioratu Castellæ, iurisdictione quasiepiscopali fulgẽs, sicut Abbas exemptus in sua Abbatia: vt in terminis resolvit Fagundez. d. nu. 55.

Nec in Concilio Tridentino sess. 32
7. cap. 7. & 8. aufertur ius visitandi Militaribus competens, quia procedit dispositio Concilij in locis exẽptis non subiectis alteri Prælato, qualia sunt territoria Ordinum Militarium. Chochier de iurisdict. in exẽptos, part. 4. q. 23. Barbosa de Potest. Episcop. 3. p. allegat. 74. n. 2. Aldana in Compend. Canonic. lib. 8. tit. 8. numer. 41. vbi ait ita fuisse decisum. De quo infra discept. 14. cap. 1. ex num. 11. cum seqq.

Tertium dubium, de Confessoribus Hierosolymitanis, & quod de facto disputavi, est, vtrùm Hierosolymitani approbati tantũ à suo Prælato possint administrare Sacramenta Pœnitentiæ extra proprium territorium. In quo dubio si pœnitens habet Bullam Cruciatæ, eius virtute potest eligere Confessorem Hie-
33

rosolymitanum

rosolymitanum approbatum in suo territorio. Qui enim pro vno tantũ loco est approbatus, virtute Bullæ potest eligi in alijs, tùm quia Summus Pontifex concedit Confessori virtute Bullę iurisdictionem delegatam; tùm quia Bulla non requirit Sacerdotem approbatum ab Ordinario eius loci, sed simpliciter, & in communi requirit Sacerdotem approbatum: vbi autem lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, & verba generaliter prolata, generaliter intelligenda sunt. Henriq. *lib. 3. de pœnit. cap. 6. n. 7. & lib. 7. cap. 12. n. 4.* Corduba *in summ. q. 10. ad 2. dub.* Suar. *disp. 28 sect 4. n. 18. & sect. 7. n. 6. & 10.* Coninch. *disp. 8. dub. 7. n. 53.* Reginald. *lib. 1. num. 186. & 188.* Roderic. *in Bull. Cruciat. §. 9. dub. 2.* Fagund. *in præc. Eccles. lib. 6. cap. 2. n. 18.* Diana *p. 1. tr. 11. resol. 7.* Machado *in Perfec. Conf. tom. 1. trat. 5. lib. 1. p. 2 docum. 3. n. 7.* Remigius *in summ tr. 5. cap. 5. §. 4. n. 1.* Thomas Delbene *de immunit. Eccles. p. 2. ca. 14. dub. 8. sect.*

34 13. Et Regularis approbatus in vna Diœcesi potest eligi in alia ab habẽte Bullam, vt tenent Theologi Dominicani, & Augustiniani, & Iurisperiti Salmanticenses, & vltra citatos multi relatiá Barbosa *de Potest. Episcop. allegat. 25. nu. 17.* Ioannes Sanchez *in selectis, d. sp. 44. n. 1.* Lezana cum alijs *consulto 40. num. 68.*

35 Etsi Confessarius est in proprio territorio potest absolvere pœnitentẽ alterius Diœcesis, etiam criminum reservatorum, de quibus habet facultatem absolvendi in proprio territorio. Fagundez *lib. 8. cap. 8. n. 18.* & etiam sine privilegio Bullæ in die festivitatis Ecclesiæ, vel in die Iubilei, si venit pœnitens alterius Diœcesis, & vult sibi ministrari Sacramẽta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, pos-

36 sunt, & debent ministrari à Parochis alterius territorij, & Diœcesis, quia iste pœnitẽs habetur quasi viator. Possevinus Mantuanus *de officio Curati, cap. 7. n. 7.*

Ex quibus defendebam Fratres 37
Hierosolymitanos, qui in sua Parochia, & Conventu Monialium, & extra Ordinis territorium Diœcesanis Hispalensibus cum Bulla Cruciatæ Sacramenta Pœnitentiæ ministrarunt, absque approbatione Ordinarij Ecclesiastici; cum enim fuissent approbati à suo Prælato, virtute Bullæ Cruciatę extra territorium possunt eligi Confessarij: in proprio tamen territorio Diœcesanis Hispalensibus possunt benè per eos Sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ ministrari, vt sic pœnitentes indulgentias, quæ in Ecclesijs Hierosolymitanis concessa sunt, consequantur. Dicebamque, non ob casione cuiusvis facti, etiam si alię exẽptiones fori deficerent Militaribus, procedere posse Ecclesiasticum Ordinarium ad correctionem, nã prius debet inspicere, an factum sit punibile, iuxta *l. 1. §. Non alias, verb. Scelere interemptum. ff. ad Silan.* Guazin. *de defens. reor. def. 2.* Actus autem opinabilis non ea punibilis, nam vnusquisq; proprio sensu abundat, quamvis contraria opinio probabilior sit; vt in foro interiori Cõ 38
fessarius sequi debet opinionẽ probabilem pœnitentis relicta etiam probabiliori. Thomas Sanchez *in summ. lib. 1. cap 9. ex num. 27. vsque ad 31.* Fagundez *lib. 3. cap. 4. nu. 4.* Et in foro exteriori iudex sequi debet opinionem reo favorabilem ex vinculo charitatis, sicut ipse vellet salvare proprium factum, si illum faceret virtute opinionis probabilis, etiamsi altera probabilior sit. Fa-
gundez *num. 5.* Zacharias Pasqualigus *decis. 9. n. 6.* quæ omnia allegavi 39
pro innocentia Ludovici Mendez

de

de Medina Præsbiteri, Prioris locumtenentis in Eccleſia Parochiali S. Ioannis de Acre, cui ab Eccleſiaſtico Hiſpalenſi prædicta facta quaſi crimina imputabantur; ſed oppoſita declinatoria, & ſuſcitato iudice conſervatore, controverſia indeciſa fuit.

40 *Quartum dubium*, vertitur circa Euchariſtiæ Sacramentum, in cuius receptione dicunt aliqui, Equites Militares debere habere enſes diſcinctos, ſicut omnes ſæculares ob reverentiam Sacramenti; ſed contrarium, & quod poſſint tenere enſes accinctos, affirmant Ioannes Sãchez *in ſelectis diſp.* 45. *nu.* 3. Diana *part.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 30. Araujo *de obligat. Ordin. Milit. tract.* 2 *cap.* 2 *num.* 21. Thomas Delbene *de immun. Eccleſ.* 1 *p. dub.* 11. *ſect.* 2. Mẽdo *de Ordinib. Milit. diſq.* 12. *q.* 4. *ex num.* 43. *cum ſeqq.* vbi benè diſputat.

41 Nec ſunt adſtricti Euchariſtiam recipere in Parochia, ſed benè poſſunt in quacumque Eccleſia Regulari, cum ſint religioſi, qui ſemper viuunt in aliena Parochia, & quorum reſpectu totus penè orbis terrarum Monaſterij loco eſt, vt ex Gloſſa, Giurba, Anſaldo, & alijs notatur ſupra *Cap.* 11. *n.* 11. *&* 12. & de Militaribus in terminis tenet Quintana Dueñas *tom.* 2. *ſingul. tract.* 8. *ſing.* 6. *ex num.* 7. vbi quod in quacũque Eccleſia Regulari in die Paſchatis poſſunt Euchariſtiam ſuſcipere, & de noſtris Hieroſolymitanis reſolvit Franciſcus Nigrus *in Addit. ad Cæremon.* Ruiz *par.* 7. *Regul.* 7. *num.* 21. ex eo, quod ſunt veri religioſi, qui poſſunt confiteri cum Cõfeſſario non approbato ab Epiſcopo, ſicut cæteri religioſi, & ita à quibuſcumque Regularibus poſſunt recipere Euchariſtiam in die Paſchatis, licèt contrarium velit Diana. *p.* 10. *tract.* 11. *reſol.* 31. ex eo, quod idem dicendum eſſet de Extremaunctione; quod non vrget, quia etiam prædictum Sacramentum à Regularibus, Hieroſolymitanis adminiſtrari poſſe puto, nam *Clement.* 1. *de privilegijs*, quæ hoc prohibet Regularibus, non procedit reſpectu Regularium, ſed Laicorum, & Clericorum Sæcularium. Quæquidem non ſolùm in terminis Militarium, ſed & reſpectu Laicorum concludit noviſſimè Virginius Alviſet *de privileg. Regular. qui ſect.* 3. *cap.* 7. multis probat poſſe Regulares adminiſtrare Euchariſtiam Sæcularibus in die Paſchatis, ad ſatisfaciendum præcepto annuę Communionis, & Viaticum, licèt hoc praxi obſervatum non ſit. Chaſaing. *de privileg. Regul. p.* 2. *tract.* 8. *cap.* 2. & hoc eſt *quintum dubium*.

Sextum dubium, & quod de facto 42
contigit in Religione Hieroſolymitana in Conventu S. Eliſabeth huius Civitatis eſt, an incurrat excommunicationem, qui Miſſam inceptam relinquit, & poſſit puniri ab Ordinario Eccleſiaſtico etiam ſi exemptus ſit, & in Eccleſia exẽpta delinquat; nam cum ratione funeris tumulandi, & præcedentię, & officij Defunctorum agendi, in dicta Eccleſia cõtentio ſuboriretur inter Sæculares Eccleſiaſticos, & Hieroſolymitanos, quidam Clericus miniſter Religionis, qui officio Fiſcalis fungebatur, & erat Capellanus dictæ Eccleſiæ Monialium, poſtquam conſummavit Calicem, Miſſam inceptam reliquit, occaſione tumultus, & vociferationis, vt pro viribus iuvaret ſuum Prælatum Vicarium Hieroſolymitanum, & alios, qui erant ibi dictæ iuriſdictionis. Et reſpondi nõ incurrere in excommunicationem, vt tradunt Navart. *tom.* 3. *in magn. impreſſ. Miſcel.* 86. *de Miſſam incep-*

tam

tam relinquentibus, nu. 2. pag. 504. Bernardus Diaz in pract. crim. Canon. cap. 45. nu. 2. Potest autem Sacerdos ob iustas causis arbitrio iudi
43 cis Missam inceptam relinquere. Navarr. Miscel. 87. de quibus latè Bonacina tom. 3. de censuris, disp. 3. q. 3 punct. 2. eius tamen cognitio, & animadversio Superiori Ordinis, & nó Ecclesiastico competebat; tùm quia intra claustra videtur delinquisse, qui in propria Ecclesia delinquit, vt supra Cap. 11. nu 41. continetur; tùm quia erat subditus Religionis Hierosolymitanæ, & delictum, seu irreverentia cómissa fuit in proprio territorio, vbi nec ratione Sacramé torum administrationis potest Ordinarius Ecclesiasticus se intromittere ad visitandum, nec corrigendum. Cum igitur controversia circa omnes articulos fuisset amicabiliter cópositа, Religio, & eius Capitulum, seu Assemblea in pœnam excessus officium Fiscalis iurisdictionis Hispalensis abstulit Sacerdoti, ne occasione defendédæ iurisdictionis alia vice Missam inceptá relinquat; remotio autem facta fuit sine strepitu iudicij, & sine præiudicio famæ Capellani, qui in Sacra Theologia graduatus est, & virtute, & literis sanè poler.

44 *Septimum denique dubium*, quod etiam contigit in dicto Conventu fuit, quod duæ Moniales fuerunt excommunicatæ ab Ordinario Ecclesiastico, vna ratione cuiusdam testamenti, de quo erat commissaria; altera ratione subsidij cuiusdam Capellaniæ, de qua erat patrona: prima habebat testamentum perfectũ, & tale declaratum per Iudicem Sæcularem, qui prævenerat causam, cum huius cognitio mixti fori sit *ex l. hæreditas. ff. de petit. hæredit. l. nulli C. de Episcop. & Cleric. l. 36. Taur.* Carpio *de executorib. testam. lib. 1. cap. 21 num. 3.* Bobadilla *in Pol. lib. 2. cap. 18. num. 120.* Valenzuela *cons. 35. num. 24.* Fontanella *decis. 288 num. 3.* Secunda non debebat Subsidium, sed Capellanus; & ex privilegio Ordinis non poterant excommunicari; dicebantque excómunicationes nullas esse, vt positas à Iudice incompetenti, qui iurisdictionem contra Moniales non habebat, & minus ad promulgándas censuras, vt supra *Cap 9. ex nu. 26.* probatur. Præceptis igitur Ordinarij Ecclesiastici contemptis, Capellanus Maior dicti Conventus Eucharistiam Monialibus ministravit. Fundamentum fuit, quod ex defe- 45
ctu iurisdictionis excommunicatio fuit ipso iure nulla. *Cap. per tuas, Cap. à nobis, de sentent. excommunicat. Cap. cum ad quorumdam. 7. de excessib. Prælat. Capit. audivimus 24. quæst. 1. Cap. cum inferior, de Maiorit. & obed.* Avila *de censur. 2. part. cap. 3. disp. 1.* Sa *in Aphorism. verb. Excommunicatio, nú 12.* Villalobos *in summ. tract. 16. dif. 10. num. 3.* Marta *de iurisd. 3. part. cap. 14 à num. 11.* Chochier *de iurisd. in exempt. 2. part. quæst. 7. numer. 11. & quæst. 40. num. 1.* Salgado *de retent. Bullar. 2. part. cap. 24. num. 43. & 48.* Et ita fuit licitum administrare illis Sacramentum Eucharistiæ. Gloss. *verb. In officijs, in* 46
Cap. solet, de sentent. excommunic. lib. 6. Navarr. in cap. cum contingat, de rescript remed. 3. vers. Secũda. Lancelot. *de attentat. 2. part. cap 12. ampl 8. num. 7.* Spino *de testam. Gloss. 11. rubr. num. 29. & 44.* Cenedo *ad decret al. collect. 25. numer. 6.* Barbosa *in collect. ad capit. præsentiam, num. 3. & 4. de appellat.* Salgado *dict. cap 24. num. 50. & de Reg. Protect. 2. part. cap. 5. num. 22.* Si *vbi supra num. 4* Valenzuela *cons. 22. nu. 107.* vbi quod

celebrans excommunicatus non efficitur irregularis, quando excommunicatio eſt nulla. Gloſ. *in Cap. præſenti, de ſentent. excom. lib. 6. verb. ad cautelam.* Cenedo *vbiſupra num. 5.* Nec debebant petere abſolutionem, nec poterat eam cõcedere Ordinarius Eccleſiaſticus. *Cap. omnis, de pœnit. & remiſſ. Cap. ſane.* §. *Venerabilis, de ſent. excom. lib. 6.* Abbas *in cap. ſignificaſti, de foro competenti, num. 11. in med.* Anſaldus *de iuriſdict part. 2. tit. 8. capit. 10. num. 35.* Rota apud Tamburinum *deciſ. 118. à nu. 1.*

47

48 Facit etiam, vt minimè potuiſſent ab Ordinario excommunicari prædictę Moniales, doctrina, quam de Militaribus, noviſſimè cum caſus contigit, ediderat Mendo *diſq. 14. num. 41.* ibi: *Sicut Moniales ſubiacent prohibitionibus iure communi latis, ita & pœnis: quæ verò ſunt exemptæ [quales ſunt Militares] nequeunt ab Ordinario, qui non ſit ipſarum Prælatus, excommunicari, niſi ſe habeat tanquã Sedis Apoſtolicæ delegatus: imo nec ſatis eſſe, niſi expreſſè ei concedatur, vt poſſit ferre cenſuras; notat P. Thomas Sanchez lib. 7. de matrim. diſp. 33. num. 23. cæterùm Moniales Militares omnino exemptas eſſe ab Ordinarijs locorum expreſſè pronunciavit Iulius 11. in Bull. quæ incip. Ex debito, expedita anno 1509. & conſtat ex alijs Bullis, in quibus exemptio Ordinum Militarium ſæpe repetitur*

Cognitio autem, & animadverſio in dicto caſu pertinebat Prælato Religionis, tùm quia Conventus exemptus eſt, habetque Prælatum Magnum Priorem, & eius Vicariũ Generalem, & præſcriptionem, ſeu conſuetudinem viſitandi per Regulares Ordinis: tùm denique quia Ordinarius Eccleſiaſticus, nec ex Bulla Gregorij XV. extra Regna Hiſpaniæ iuriſdictionem habet in his, quæ Sacramentorum adminiſtrationem concernunt, niſi cum in Sacramentis perſonis Sęcularibus adminiſtrandis, ijdem Regulares deliquunt, vt declaratum referunt Barboſa *in cap. 11. ſeſſ. 25. de Regul. num. 6. & 7. & de iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 43. num. 137.* Lezan. *tom. 1. c. 11. num. 7.*

49

* * * * *
* * *
*



DISCEP-

DISCEPTATIO XIV.

DE PRIORATIBVS,

ET ECCLESIJS HIEROSOLYMITANORVM,

CONVENTIBVS, COLLEGIIS,

ET MONASTERIJS MONIALIVM.

CAPVT I.

DE PRIORATIBVS Hierosolymitanorum, & iurisdictione Priorum, Visitatorum, & Vicariorum; & de facultate visitandi, & concedèdi Dimissorias: & de Privilegijs circa recipiendos Ordines, & sacra celebrandi.

SUMMARIVM.

Prioratus omnes Religionis Hierosolymitanæ enumerantur. 1.

Priores civilem, & criminalem iurisdictionem habent vnà cum Capitulo Provinciali. 2.

Priores, privationis Habitus, Commendæ, Membri, Beneficij, & aliorum bonorum, vel perpetui carceris sententiam ferre non possunt. 3.

Visitatio Commendarum, & Ecclesiarum Sancti Ioannis pertinet ad Priores sub pœna privationis præeminentiarum, & ad Visitatores in casu impedimenti ab eis nominatos. 4.

Visitatio fit primò de rebus divinis, & quomodo, & deinde de possessionibus, & bonis Ordinis. 5. & 6.

Vicarios Generales ad exercendam iurisdictionem Ecclesiasticam, & spiritualem, & Visitatores nominant Baiulivi, & Commendatarij S. Ioannis in Baiulivatibus, & Commendis. 7.

Vicarijs Generalibus, & Visitatoribus Hierosolymitanis, & Militaribus competit idem, quod Vicarijs Generalibus, & Visitatoribus Episcoporum. 8.

Vicarij Hierosolymitani possunt in denunciationibus matrimonij dispensare. ibidem.

Vicariorum, & Visitatorum munera remissivè. 9.

Priores Militiarum habent iurisdictionem quasi Episcopalem. 10.

Visitare possunt Priores Militiarum Ordinum territoria. 11.

Visitare territoria Militiarum exempta tanquam Apostolicæ Sedis Delegatus non potest Episcopus. 12.

Privilegia concessa ob remunerationem non censentur revocata per Tridentinum, vbi de Ecclesiarum exemptarũ privilegijs agit. 13.

Visitatio Ecclesiarum S. Ioannis competit privativè Hierosolymitanis in Hispania ex longæva possessione. 14.

Dimissorias literas vt á quovis Antistite ordinentur, subditis cõcedere possunt Priores Militiarũ, & Abbates exempti gaudentes iurisdictione quasi Episcopali. 15.

Dimissorias concedere possunt Prælati Hierosolymitani per Vicarios Generales, per quos iurisdictio Ecclesiastica spiritualis exercetur. 16. & 17. *vbi respondetur cuidam declarationi in contrarium relatæ à Farinacio.*

Milites Hierosolymitani dicuntur constituti in Ordine Militari, Fratres verò Capellani in Ordine Clericali. 18.

Beneficia conferri possunt à Vicarijs Hierosolymitanis etiam non subditis, vt ad eorum titulum ordinentur. 19.

Hierosolymitani Fratres á quocumque Catholico Antistite, & extra tempora possunt ordinari, & celebrare Altari portatili. 20.

Regulares virtute privilegiorũ possunt ordinari extra tempora, & á quocumque Antistite. 21. & 22.

Celebrare Altari portatili quando possint Regulares, vel Militares, qui dictum privilegium habent. 23.

Oratoria habere possunt Priores Militares. 24.

Ecclesiæ exemptæ dicuntur nullius Diœcesis. 25. & 28.

Locus exemptus dicitur esse extra territorium. 26.

Territorium vnde dicatur. 27.

1 HAbere Ordinem viginti-quatuor Prioratus in octo Linguis sive Nationibus, Provincia, Alvernia, Francia, Italia, Aragonia, Anglia, Alemania, & Castella, notum est; in Provincia enim duo sunt Prioratus constituti, S. Ægidij, & Tholosæ: in Alvernia vnus, qui eiusdem nominis cognominatus est: in Francia tres, Franciæ, Aquitaniæ, & Campaniæ: in Italia septem, Vrbis per antonomasion Romæ, Lombardiæ, Venetiarum, Pisarum, Barolí, Messinę, Capuæ: in Aragonia tres, Castellaniæ Emposlæ, Cathalonię, & Navarræ: in Anglia duo, Angliæ, & Hiberniæ: in Alemania quatuor, Alemaniæ, Bohemiæ, Vngariæ, & Daciæ: in Castella duo, Castellæ & Legionis, & Portugaliæ; vt omnes enumerantur in statutis Ordinis *tit.* 10. *in fin.* & dictum est supra *discept.* 2. *capit.* 4. & *discept.* 10. *cap.* 1. In his enim Priores civilem, & criminalẽ iurisdictionem, & correctionem habent vnà cum Capitulo Provinciali, seu Assemblea in omnes Fratres Ordinis, qui in limitibus suorum Prioratuum commorantur, aut in eis reperti fuerint, iuxta tenorem statutorum *tit.* 11. *de Prioribus ex num.* 6. *cum seqq.* vbi *num.* 10. coartatur iurisdictio, ne in quemquam Fratrum subditorũ privationis Habitus, Commendę, Membri, Beneficij, aut aliorum bonorum, aut antianitatis, vel perpetui carceris sententiam ferant. Si quis enim in eam pœnam incidisse repertus fuerit, Prior, Castellanus Emposlæ, & Capitulũ Provinciale, vel Assemblea, confecto eius processu, Magistrum, & Concilium de eo certiorem faciant, qui prout iustum fuerit providebunt. 2 3

Ad iurisdictionem quoque, & curam Priorum in suis Prioratibus attinet visitatio Commendarum, & Ecclesiarum Ordinis; statutũ enim est *tit.* 15. *de Visitationibus*, quod Priores, & Castellanus Emposlæ quolibet quinquenio personaliter omnes Baiulivas, Commendas, Domos 4

mos, Membra, Hospitalia, Ecclesias, Oratoria, & alia quęcumque loca sibi subiecta diligenter visitare debeant, & superinutiliter administratis providere teneantur, ne per negligentiam incommoda sequantur: eamque visitationem in scriptis redigant, cuius transsumptum authenticum Magistro, & Conventui mittant, sub pœna privationis omnium pręeminentiarum, quatenus visitare neglexerint. Rota *coram Pirovano decis. 562. part. 2. noviss. apud Paulum Rubeum ex num. 5.* vbi quomodo, & quando purgetur mora, latè tractatur. Si verò Priores legitima causa impediti fuerint, quominus visitare possint, eo casu duos Fratres, vnum Militem Commendatarium, & vnum Fratrem Capellanum ad visitationem faciẽdam eligant.

5 Visitatio autem ante omnia fiat de rebus Divinis in Ecclesijs; inprimis ergo inquirunt Eucharistiã, reliquas, iocalia, ornamenta Ecclesiarum, & Oratoriorum, libros, & cœteram suppellectilem divino Cultui dicatam: insuper inquirunt, & diligenter, si divinum Officium rectè celebratur, & si fuerit Ecclesia Parochialis, si Curatus, aut Capellanus ritè, debitè, diligenter, & cum veneratione Sacramenta ministret, & de eius sufficientia. Et ad hæc sacra visitanda Capellanus pro visitãdis Ecclesijs à Prioribus eligitur *dicto tit. 15. de visitationib. nu. 8.* Dein 6 de quomodo possessiones, & prouẽtus Cõmendæ administrentur, quomodo se gerat Commendatarius, & generaliter de vita eius, & moribus: in ipso quoque visitationis processu singularum possessionum, grangiarum, prędiorum, rusticorum, & vrbanorum titulos, & eorum valorẽ nominatim describent, libros præterea censuales, iurisdictiones, prę-eminentias, facultates, & privilegia notabunt, tàm in capite, quàm in membris: item onera, lites motas, & pendentes, res etiam occupatas (si quæ sint) & á quibus sint occupatæ, quæ alienata, aut deteriorata sunt, defectus corrigant. Quæ reparanda fuerint statim, aut ad certum tempus reparari mandent, prout rei qualitas postulabit; & quidquid cõpererint, in scriptis redigi faciant, quorum transsumptum authenticũ manibus suis subscriptum, & sigillis suis confirmatum Magistro, & Conventui mittatur, vt bonorum Ordinis statum cognoscant, & pro rerum exigentia prouideant.

Ad Priores etiam, Baiulivos, & 7 Commendatarios in locis vbi habent iurisdictionem spiritualẽ pertinet electio, & constitutio Vicariorum Generalium; ad exercendam enim iurisdictionem Ecclesiasticã, & Spiritualem in Capellanos, & Clericos Sæculares, & Laicos, subditos, & vasallos Religionis, Vicarios; & Visitatores constituunt, statuto ita decidente *tit. 11. de Prioribus,* 8 *num. 9.* Et quidquid de Vicarijs Generalibus, & Visitatoribus Episcoporum statuitur, his ipsis à Prioribus Militaribus deputatis est aptandum, siquidem in proprijs territorij, eadem Iurisdictione potiuntur, Mendo *de Ordinib. Militarib. disquisit. 7. q. 19. ex nu. 241. cum seqq.* Et de Vicarijs Hierosolymitanis Fagundez *in præcept. Eccles. l. b. 7. cap. 2. num. 55.* Roderreus *tom. 1. summ. edit. 2. cap. 27. n. 4.* Thomas Sanchez *de matrim. l. b. 3 disp. 7. numer. 11.* Barbosa *in coll. ad Concil. Trident. sess. 24. de reformat. capit. 1. n. 63.* vbi quod Vicarij Hierosolymitani, vt veri ordinarij denũciationes matrimonij possint remittere, & dispensare, *& de Potest. Episcop. allegat. 32. n. 33. in fine.* Basil.

ſil. Port. *de impedim. matrim. ca. 6. § 4. verſ. Debent.* Molfeſ. *in ſumm. tr. 4. c. 8. n. 21. in fin.* Et de Prioribus S. Ioannis, & de Vicarijs Rota *deciſ. 493. n. 5. p. 2. recens* Salgado *de retent. Bullar. 2. p. cap. 4. n. 24.* Barboſa *de appellat. verbo Ordinaries, appellat. 176. nu. 3.* De Vicariorum autem Generalium, & Viſitatorum
9 officijs, & muneribus, agunt DD. *ad tit. de officio Ordinarij, & de officio Vicarij.* Sbroſius *in tract. de Vicar. Epiſcop.* Zerola *in prax. Epiſcop. verb. Vicarius.* Nicol. Garcia *de Beneficijs. 5. p. cap. 8.* Barboſa *de Poteſt. Epiſcop. 3. p. allegat. 54.* D. Solorzano *de iur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 8. & in Polit. indic. lib. 4. ca. 8.*

10 Priores autem Militiarum habere iuriſdictionem quaſi Epiſcopalé communis eſt opinio. Gloſſ. *in Clement. 1. verb. Proprij, de reb. Eccleſ. non alienand.* Ioannes Franciſcus de Ponte de Prioribus Hieroſolymitanis loquens *conſ. 14. num. 36.* & de eiſdem Fagundez *dict. cap. 2. num. 55.* Machado *in Perf. Confeſ. tom. 2. lib 4. p. 5. docum. 2. & 4.* de quo ſupra *diſcept. 2. cap. 4.* actum
11 eſt. Ex quo provenit, quod Priores Militiarum viſitare poſſunt Ordinum territoria. Riccius *in prax. tomo 2. reſol. 301.* Renatus Chopinus *Monaſticon lib. 1. tit. 2. n. 12.* D. Sebaſtian. Zambrana *in allegat. pro Viſitatoribus de Calatrava, num. 94.* Mendo omnes cumulans *de Ordin.*
12 *Milit. diſq. 2. q. 1.* Nec Epiſcopus etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus viſitare valet dicta territoria Militiarum exempta *ex cap. 7 & 8. ſeſſ. 7. Concil.* quia Tridentini deciſio procedit in locis exemptis non ſubiectis alteri Prælato, qualia ſunt territoria Ordinum Militarũ. Chochier *de iuriſdict. in exempt. p. 4. q. 23.* Barboſa *de Poteſt. Epiſcop. 3. p. allegat. 74. n. 2.* Aldana *in compend. Canon. lib. 8. tit. 8. nu. 41.* vbi ait, ita in Rota fuiſſe deciſum. Pereira *de Manu Regia, tom. 2. cap. 58. n. 6.* Reinoſo *obſervat. 54.* Rodericus *tom. 1. quæſt. Regul. q. 36. art. 3. & 4.* Cenedo *quæſt. 26. n. 25.* Solorzano *tom. 2. de iur. Indiar. lib. 3. cap. 17. n. 45.* de quo etiam eſt declaratio Cardinalium, teſte Armendariz *in Addit. ad Recop. leg. Navar. lib. 1. tit. 6. § 2. n. 94.* Chochier *part. 2. q. 45. n. 11.* Qui loquitur in 13
terminis Eccleſiarum Hieroſolymitanarum; quia cum iuriſdictio, & exemptio Ordinibus Militaribus cõceſſa ſit quaſi contractus privilegiatus, & in remunerationem, privilegia conceſſa ob remunerationem nõ cenſentur revocata per Tridentinũ, vbi de Eccleſiarum exemptarum privilegijs agit. Barboſa *in collect. ad Trident. d. ſeſſ. 7. cap. 7. num. 40.* Thomas Sanchez *in præcept. decalog. lib. 7. cap. 29. n. 191.* Flores de Mena *lib. 1. var. q. 10. n. 46.* Mendo *diſq. 1. q. 5. n. 18. & diſq. 2. q. 4. num.* 14
142. Quæ facilius procedunt reſpectu Ordinis Hieroſolymitani in Regnis Hiſpaniarum, nam in omnibus Eccleſijs Parochialibus viſitatio competit privativè Prælatis Ordinis, vel quia in multis habet vtrãque iuriſdictionem ſpiritualem, & temporalem, vel quia ex conſuetudine immemorabili eſt Religio in poſſeſſione viſitandi ex privilegio Clementis VII. & Pij IV. cui iuri minimè derogavit Concilium, vt declaravit Pius V. in ſua conſtitutione, vt ſupra *diſcept. 13. cap. 12.* probatum eſt; & ſcripſit latè Doctor Perlines de Guevara in allegatione iuris in cauſa viſitationis Eccleſiæ pertinentis ad hunc Ordinem Militarem S. Ioannis in D. œceſi Civitatenſi. Et ad hanc poſſeſſionem tuendam habet Ordo Proviſionem Regiam Supremi Hiſpaniarum Senatus

tus datam die 21. Iunij 1594. qua iubetur Episcopis, ne interveniant ad visitanda Ecclesias, Monasteria, Curatos, Rectores, & Clericos Ordinis sub prætextu, quod Concilium Tridentinum permittit eis eiusmodi Visitationem, cum Concilium nõ derogavit iuri quæsito Ordini. Quã literam Regiam exhibuit mihi D. Fr. Petrus de Peralta & Verdugo Prior, & Vicarius Generalis S. Ioannis de Acre huius Civitatis Hispalensis, & eam retuli in Apologetica defensione, quam pro Religione scripsi, & typis dedi anno præterito 1659. nec Archiepiscopus Toletanus accumulativè visitat territoria Ordinis, quamvis pro illo aliquæ exirent Rotæ decisiones, quæ impressæ sunt apud Farinacium *tom.* 1. & 2. *& sunt in numero* 396. *in* 1. & 493. *in* 2. quæ cautè sunt legendæ, cum Religio, illis non obstantibus habeat possessionem ex privilegio Clementis VII. & ex consuetudine immemorabili, cui iuri non derogavit Concilium, vt Pius V. declaravit: maximè quia Consocrus, & cœtera loca Magni Prioratus Castellæ non sunt intra Diœcesim Toletanã sed terminant illam, & sunt confinia. Nec vltima decisio Rotæ circa controversiam Archiepiscopi Toletani cum Religione vsque in diẽ prodijt, & ita lite pendente Religio manutenenda est in sua possessione.

15 Similiter possunt Priores Militiarum iurisdictione quasi Episcopali gaudentes, non obstante Concilio Tridentino *sess.* 23. *de reformat. capit.* 10. literas Dimissorias subditis concedere, vt à quovis Antistite ordinentur, ex iuribus benè ponderatis à P. Thoma Sanchez *tom.* 2. *cons. Moral. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 21. *per totum*, & tenent Aragon 2. 2. *q.* 88. *art.* 12. Sayrus *in clavi Regia lib.* 6. *cap.* 11. *n.* 83. Henriq. *lib.* 10. *cap.* 22. *lit. H.* Ledesma 1. *p. cap.* 8. *post.* 2. *concl.* Eman. Roderic. *tom.* 1. *q.* 36. *art.* 6. Hieron. Roderic. *in compend. resol.* 1. *nu.* 26. Villalobos *in summ.* 1. *p. trat.* 11. *dif.* 9. *n.* 4. Machado *in Perf. Confess. tom.* 2. *lib.* 4. *p.* 6. *trat.* 3. *docum.* 3. *num.* 4. Molfes. *tit.* 2. *de Ordinib. cap.* 2. *n.* 17. Quintana Dueñas *tom.* 1. *singular. tract.* 6. *sing.* 5. *n.* 4. Mendo *de Ordin. Milit. disq.* 7. *q.* 7. *n.* 71. sicut & possunt concedere, & concedunt Dimissorias Abbates exempti, qui eamdem iurisdictionem tenent Tamburinus *de iur. Abbat. tom.* 2. *disp.* 2. *q.* 16. Gratianus *discept. forens. tom.* 2. *capit.* 112. Barbosa *de Potest. Episcop.* 2. *p. allegat.* 7. *nu.* 7. Flores de Mena *lib.* 2. *var. q.* 24. Narbona *in. l.* 59. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recop. glos.* 1. *n.* 64. Diana. 4 *p. tract.* 4. *resol.* 147. Thomas Sanch. *d. dub.* 21. cum alijs Machado. *d. nu.* 4. & Mendo. *d. q.* 7. vbi plures refert. Quæ facultas Dimissorias 16 concedendi competit etiam Prælatis Hierosolymitanis, quia plenaria & omnimoda iurisdictio eis concessa est; qua quidem potiuntur omnes Vicarij Generales in Ordine, per quos iurisdictio Ecclesiastica spiritualis exercetur: licèt enim Commendatarij, & Baiulivi Iudices Ordinarij sint, eas tamen actiones, quę sunt propriè Ordinarij constituti in statu Clericali facere nõ possunt, vt ferre censuras, & Dimissorias cõcedere, ad quarum expeditionem examen, & approbatio necessaria est. Mendo *disquisit.* 10. *q.* 7. *nu.* 52. vbi hæc animadvertens inquit ita: *Vndè scio quemdam Commendatarium eas contulisse, & graviter à Superioribus obiurgatum destitisse.* Licèt enim omnes Regulares sint, 17 distinguuntur tamen ratione Ordinis, vt alij dicantur constituti in Ordine Militari, alij in Ordine Clericali.

cali. Gloſſ. *in Cap. 1. in verb. Perſolvant, de verb. ſignif. in 6.* ita vt qui ſunt Milites dicantur laici in comparatione Fratrum, qui ſunt Clerici. Lotter. *de re Benef. lib. 1. q. 36. num. 29. & quæſt. 4. n. 53.*

18 Nec huic reſolutioni obſtat declaratio ſacræ Congregationis tradita à Farinacio *in Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 11. declarat. 2.* ibi: *Fuit dubitatum, an ex hoc decreto, poſſint Fratres S. Ioannis Hieroſolymitani dare Dimiſſorias Clericis ſervientibus in eorum Eccleſijs, vt poſſint ordinari, & concluſum fuit, quod non.* Sellus *in ſelect. Canon. cap. 71. n. 15.* Barboſa *in collect. ad Concil. d. cap. 11. n. 12.* Nam vltra, quod hæc declaratio nõ invenitur authentica, intelligenda eſt de Fratribus Equitibus, qui ſicut cenſuras non poſſunt ferre, ita nec concedere Dimiſſorias; vel eſt intelligenda literaliter vt loquitur reſpectu ſervientium, qui Beneficia Eccleſiaſtica non obtinent, ad quorum titulum ordinentur: ſi enim velint ordinari abſque alio titulo, quam ſervitio Ordinis, cum res ſit temporalis, & facultativa, meritò denegatur facultas ad dictas Dimiſſorias concedendas; vel etiam poteſt intelligi de ſervientibus Eccleſijs non curatis, vbi Religio, nec ſpiritualem Eccleſiaſticam, nec temporalem iuriſdictionem, & territorij cum ſubditis habet. Vbi verò prædicta iuriſdictione, & territorio potitur cum Cura animarum, ijs qui Beneficia Eccleſiaſtica obtinent, vel ſunt originarij aut domiciliarij in territorijs Ordinis non denegatur facultas Vicarijs Hieroſolymitanis Dimiſſoriales literas concedẽdi, quod ſine difficultate vniformis conſuetudo, & praxis admiſſit; nam cum Dimiſſorijs Vicarij S. Ioannis de Acre Hiſpalenſis territorij multi ordinati ſunt, & Illuſtriſſimus Nuncius in Hiſpaniarum Regnis admittit quotidie has Dimiſſorias, & concedit Breve, ſeu indultum, quod dicunt *exercendi*, vt á quocumque Catholico Antiſtite ſub Romanæ Sedis obedientia conſtituto in quocumque loco Ordines celebrari poſſint, & ordinare eos, qui Dimiſſorialibus prædictis continentur, quarũ literarum virtute etiam in Hiſpali aliqui ordinati ſunt à Domino Doctore Don Ludovico Camargo Epiſcopo Centurienſi. Et vidi etiam Bullam SS. D. N. Alexandri VII. vt ad titulum Capellaniæ ſitę in Eccleſia S. Ioannis de Acre cum Dimiſſorialibus ſui Ordinarij Capellanus extra tempora ad ſacros Diaconatus, Subdiaconatus, & Presbiteratus Ordines promoveretur, vt promotus fuit cum Dimiſſorialibus Vicarij Hieroſolymitani, & indulto exercendi ab Illuſtriſſimo Nuncio conceſſo.

Prædicta autem facultas Dimiſſo- 19
rias concedendi extenditur, ſeu intelligitur, vt poſſint à Vicarijs Hieroſolymitanis Beneficia conferri etiam non ſubditis, vt ad eorum titulum ordinentur cum literis Dimiſſorijs eorum, quia non facit fraudẽ legi, qui vtitur iure ſuo. Diana *parte 10. tract. 11. reſol. 48. & part. 11. tr. 4. reſol. 1.* Leand. de Sacramento *tom. 2. tract. 6. diſp. 8. q. 19.* Vgolinus *de offic. Epiſcop. cap. 26. §. 3.* Martinus de San Ioſeph *in mon. cõfeſſ. tom. 1. lib. 1. tra. 4. de Ordin. numer. 10.* vbi ſic ait: *Quando el Obiſpo da vn Beneficio a Clerigo de otro Obiſpado, ſolamente con fin de ordenarle, puede hazerlo aſſi, porque eſta no es fraude, pues ya tiene Beneficio en ſu Obiſpado.* Et ratione Beneficij ſubditus efficitur, vt poſſit ordinari. *Cap. 3. de tempor. Ordinat. in 6.* latè Thomas Sanchez *di-*

cto

cto libro 7. capit. 1. dub. 22. & 23.

20 Fratres verò Hierosolymitani inter alia privilegia, quæ obtinent, vnum est, quòd à quocumque Catholico Antistite sub Romanæ Sedis obedientia constituto sacros Ordines, etiam extra tempora à iure statuta tribus diebus festivis suscipere, & quibuslibet, tàm Sæcularium, quàm Regularium Ecclesijs absque alicuius licentia, etiam Altari portatili celebrare possint, vt sunt verba Pij IV. *in constit. quæ incip. Circunspecta*, kalend. Iulij 1560. *fol.* 12.

21 Quod privilegium in viridi est observantia non solùm respectu Hierosolymitanorum, sed omnium Regularium, qui virtute privilegiorũ possunt extra tẽpora ordinari. Ioan. de la Cruz *de Stat. Relig. lib.* 2. *cap.* 8 *dub.* 1. Diana *p.* 3. *tra.* 2. *resol.* 31. Barbosa *de Potest. Episcop. p.* 2. *allegat.* 17. *n.* 7. Lezana *tom.* 2. *Regul. cap.* 1. *n.* 58.

22 Et à quocumque Antistite Thomas Sanchez *in Præcept. Decalog. lib* 6. *cap* 10. *in fine* Mendo de Militaribus loquens *disq.* 3. *q* 15. *nu.* 155.

23 Et de privilegio celebrandi Altari portatili, quando & quomodo vti debeant Regulares, qui dictum privilegium habent, & Militares, idem Mendo *disq.* 12. *q.* 11. *nu.* 133. & 134. vbi numero sequenti loquitur de Oratorij, quæ

24 solùm conceduntur Monasterijs, & Prioribus Militaribus iurisdictione quasi Episcopali gaudentibus. *Cap. quoniam, de privileg. in* 6. idé *disq.* 7. *q* 12. *n.* 129. & de privilegijs Regularium quantum ad Oratoria latè differens Thomas Hartado *resol. Moral. tom.* 2. *tract.* 11. *cap.* 1. § 2. *num.* 2226.

25 Visitandi denique facultas, & Dimissorias concedendi, cæteroſque actus iurisdictionis Ecclesiasticæ exercendi, & Sacramenta Baptismatis, Pœnitentiæ, Eucharistiæ, Extremæ vnctionis, & Matrimonij administrandi, competit Prælatis Hierosolymitanis, Parochis Capellanis, & Vicarijs, in omnibus suis Parochijs, & oppidis subditis Ordini, iurisdictionem Ecclesiasticam spiritualem exercentibus sine dependẽtia Episcoporum, etiamsi Ecclesiæ intra Diœceses Episcoporum existant, quia cum sint iurisdictionis ordinariæ exemptæ, loca, & Ecclesiæ dicuntur nullius Diœcesis, vt observant Mendo *disq.* 12. *q.* 10. *nu.* 113. 26
Valenzuela Velazquez *cons.* 74. *numer.* 5. vbi quod exemptus locus dicitur esse extra territorium *Cap. cũ Episcopus, de offic. Ordin. lib.* 6. *Caput gravi.* 19. *de offic. Ordinar. Cap. luminoso.* 18. *q.* 2. Et quod constituit territorium de perse, ac si non existeret in Episcopatu, & Provincia: quia territorium dicitur ab eo, quod Magistratus eius loci intra eos fines terendi, ideſt iudicandi ius habet *l. pupillus. §. Territorium ff.* 27
de verb. signif. Paulus Emilius *decis.* 227. *n.* 3. *p.* 2. Rota sacri Palatij *decis.* 208. *n.* 3. *p.* 2. Cum ergo locus, & personæ à iurisdictione Episcopi sunt exemptæ, non dicitur locus de Diœcesi, quamdiu is est in situ eius loci. Thuscus *verb. Diœcesis, concl.* 45. *n.* 1. Rota per Farinacium 28
decis. 324. *n.* 3. *p.* 1. Tamburinus *de iur. Abbat. disp.* 15. *q* 9. *n.* 4. Chochier *de iurisdict. in exempt. par.* 4. *q.* 55. Mendo *disq.* 1. *q.* 1. *n.* 18. Flores de Mena *lib.* 3. *var. q.* 24. *nu.* 32. vbi quod locus liber, & exemptus intra Diœcesim iudicatur, vt extra Diœcesim, iuxta Gloss. *verbo Et earum parte, in Clement.* 1. *de foro competenti*, & loca, quæ sunt in Diœcesi habentia dominium separatum non dicuntur esse de illa Diœcesi, vt per Abbat. *in Cap. nimis, de iur. iurand.* Cardinal *in Clement.* 2. *§.* 1. *q.* 4 *de privileg.* Gratianus *disc-*

cept. forens. tom. 2. cap. 212. num. 8. Gonçalez in Regul. 8. Chancel. glos. 43. ex num. 180. cum seqq. Sperellus decis. 3. num. 12. Roland. consil. 33. lib. 3. numero 44.

CAPVT II.

DE EXEMPTIONE Ecclesiarum Hierosolymitanarum; vbi de Ecclesijs pollutis reconciliandis, & de Indulgentijs publicandis, & de obligatione Curatorum ad Processiones Generales, & ad alias functiones, & de officio de Sanctis Diœcesis peragendo tractatur.

SVMMARIVM.

ECclesiæ Hierosolymitanorum exemptæ sunt. 1.

Ecclesia exempta, sunt etiam exempti Abbas, Clerici, Canonici, aut Religiosi eius. 2

Exemptio Hierosolymitana, quæ comprehendat. 3.

Fabricæ Ecclesiarum Hierosolymitanarum sunt liberæ. 4.

Ecclesiæ pollutæ Hierosolymitanorum, & aliorum reconciliantur à Prælatis Ordinum, & quomodo fiat reconciliatio. 6. & 7.

Indulgentiarum publicationem sine Episcopi licentia facere possunt Hierosolymitani. 8. & 9. *Vbi respõdetur cuidam declarationi in contrarium traditæ à Farinacio.*

Indulgentiæ antiquæ Ordinis S. Ioannis referuntur. 10.

Votis [terræ sanctæ, & castitatis exceptis) facultas absolvendi ex privilegio Hierosolymitani Ordinis refertur. 11.

Sacerdotes inservientes Ecclesijs Hierosolymitanis possunt vocari ab Ordinarijs, vt intersint processionibus Generalibus. 12. *Sed nõ possunt compelli cum censuris.* 13.

Exemptos non obedientes Episcopo non potest ipse punire, sed agere debet coram Superiore exemptorũ, vt cogat eos ad parendum sibi in casu permisso, & non parentes puniat. 14.

Processionibus non tenentur ire servientes Ecclesijs Hierosolymitanorum, vbi Religio habet vtramq; iurisdictionem temporalem, & spiritualem, & vbi est consuetudo in contrarium. 15.

Curam animarum exercentes in Parochialibus Ordinis S. Ioannis tenentur accedere ad Congregationes, quæ iussu Episcopi ad casus cõscientiæ differendos habentur, & ad assistentiam pro consecrandis oleis, & ad alias functiones. 16. & 17.

Officium divinum de Sanctis Diœcesis recitatur in Ecclesijs S. Ioannis ex vniversali consuetudine. 18.

ECclesias Hierosolymitanorũ exempta fore voluit Clemẽs VII. & confirmavit Pius IV. *in Bulla, quæ incip. Circunspecta, kalend. Julij* 1560 *fol.* 7 quæ exẽptio generalis est respectu personarum, & bonorum. Quando enim Ecclesia est exempta, sunt etiam exempti Abbas, Clerici, Canonici, aut Religiosi eius. *Cap per exemptionem, de privilegijs in* 6. Valenzuela Velazquez *cons.* 74. *ex num.* 8. *& per totum*, & servientes Ecclesiæ Accac. Anton. Ripol. *var. resol. cap.* 1. *n.* 356. *&* 357. sed ne in debiũ caderet,

1

2

3

caderet, quæ comprehenderet exẽptio, latè Summus Pontifex eximit personas Magistri, Baiulivorũ, Castellanæ Emporiæ, Priorum, Præceptorum, Militum, Subditorum, Vasallorum, Colonorum, & Servientium etiam Præbiterorum, Curam animarum exercentium; ac illorum res, animalia, prædia, domos, molendina, & bona quæcumque, quæ obtinebant, & in posterum obtinerent; necnon Ecclesiarum quomodocumque ab Hospitali dependentium fabricas, quas liberas, & exemptas esse voluit Summus Pontifex.

4

5 Ex qua exemptione, & iurisdictione ordinaria concessa Præceptoribus, & eorum Vicarijs, & Parochis, multa iam dicta sunt in capite antecedenti, & tota *discept.* 13. quæ hic non decet repetere. Est enim certum in Ecclesijs Hierosolymitanis integram, & vniversalem iurisdictionem Ecclesiasticam spiritualem exercere per proprios Parochos

6 sine dependentia Episcoporum; nec quo ad reconciliationem Ecclesiæ pollutæ, & violatæ, quæ reconciliatio fit per aquę benedictę aspersionem. Rodericus *tom.* 1. *quæst. Regul. q* 16. *art.* 6. *vers. Scilicet hoc cum aqua per prædictos Prælatos benedicta.* Boracina *tom.* 2. *quæst.* 4. *punct. vltim. n.* 27. & pertinet non Ordinario Ecclesiastico, sed Prælato Religionis, vt de Ecclesijs Regularium pollutis per Bullã Leonis

7 X. defendit Rodericus *dict. art.* 6. Layman *lib.* 5 *tract* 5. *cap.* 5. *nu.* 12. Navarrus *in summ. Bullar. tit. de pollut. Eccles. n.* 7. Lezana *in summ. tom.* 4. *verb. Ecclesia, num.* 15 Pellizarius *in Manuali Regular. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 5. *num.* 69. Virginius Alviset *de privileg. Regul. sect.* 3. *cap.* 2. *n.* 9. Mendo *de Ordinib. Militar. disq.* 14. *n.* 46. Et sic de facto in Ecclesia Hierosolymitana Conventus Monialium S. Elisabeth consultus respondi.

Nec quo ad publicationem indul 8
gentiarum ex privilegio Clementis VII. ibi: *Ipsique Magistro, & Cõventui privilegia, exemptiones, & indulgentias eis, & dicto Hospitali concessa; vbique locorum, etiam absque alicuius Ordinarij licentia sub sigillo tamen Prioris illius Provinciæ, vel eorum Conservatoris in ea degentis publicanda.* Quam quidem indulgentiarum publicationem intelligendam esse censeo de indulgẽtijs antiquis concessis, non de novo concedendis; tùm quia Bulla de cõcessis loquitur; tùm etiam propter declarationem, quam affert Farinacius *in* 4 *p. Concil. Trident. sess.* 24. *de reformat. cap.* 11 *declarat.* 4. ibi: *Equites Hierosolymitani habentes indulgentias à S. D. N. debent literas Apostolicas expedire, & Episcopo Ordinario præsentare: aliter tenetur dictus Ordinarius contra eos, & eorum Clericos procedere, prout cavetur sess.* 6. *cap.* 3. *sess.* 14. *cap.* 4. *& præsenti cap.* Cui declarationi, si inveniatur authentica, standum est, nisi aliter præcriptum sit à Religione, aut habeat in loco iurisdictionem temporalem, & spiritualem sine dependentia Episcoporũ. In indulgentijs autẽ antiquis, si eas publicari conveniat, in Ecclesijs de novo cõstruendis, vel membris, aut Hospitalibus, licencia Ordinarij Ecclesiastici minimè necessaria est ex privilegio expresso in dicta Bulla. Indulgentiæ autem antiquæ con 10
tinentur ibi *fol.* 13. vbi enumerantur indulgentia plenaria concessa à Sixto IV. semel in vita, & in mortis articulo, pro eis, eorumque servitoribus, & ministris pugnantibus; ac Honorij III. alia plenaria pro his, qui eis manus porrexerint adiutrices; ac Clementis VII. & suorum

Prædeceſſorum de quadraginta annis, & totidem Quarentenis, ac ſeptima parte iniũctæ pœnitentię pro viſitantibus eorum Eccleſias, & Oratoria vbique exiſtentia, & manus porrigentibus adiutrices in ſingulis ſecundis, quartis, & ſextis feriis, Quadrageſimæ, & Capitis ieiuniorum, ac feſti Sancti Vocabuli dictarum Eccleſiarum; necnon Clemẽtis V. quo ad facultatem ſuper votis (terræ ſanctæ, & caſtitatis dumtaxat exceptis) ſuper vſuris, rapinis, & malè ablatis, vel acquiſitis, quorũ domini certi non reperiuntur, & indiſtinctè relictis in vltimis voluntatibus pro ſuſtentatione pauperum; ac ſuper diuinis Officijs, & Horis Canonicis omiſſis, compenendi, & abſolvendi: quidquid de votorum irritatione dubitavit Thomas Sanchez *in ſumm. lib. 4. cap. 33. nu. 24.* loquens de eiſdem Religioſis Hierolymitanis. Et vltra prædictas indulgentias, & indulta, Ordines Militares gaudent cõmunicatione indulgentiarum aliarum religionũ. Merlo *diſquiſit. 12. q. 6. n. 48.*

11

12 Verùm licet dicta Eccleſiarum exemptio ita ampla ſit, aliquas limitationes habet: nam Sacerdotes inſervientes Eccleſijs Hierolymitanis poſſunt vocari ab Ordinario, vt interſint proceſſionibus Generalibus, decliuum refert Armendariz *in addit. ad Recop. leg. Navar. lib. 1. tit. 14. cap. 20. §. 31. de proceſſionibus, num. 5.* Barboſa *de Poteſt. Epiſcop. 3. p. allegat. 76. n. 11. & in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 25. de Regular. cap. 13. nu. 23.* Cereco *q. 26. nu. 17.* Salgado *de Reg. Protect. tom. 1. p. 2. cap. 9. n. 103.* Laurẽtius de Franchis *de controverſ. int. Epiſcop. & Regular. q. 2. num. 62. pag. 40.* Sed non compelli cum cenſuris, ſed alciſci, vocari, & alici, vt pluries per ſacram Congregationẽ fuiſſe eciſum refert Quarantа *n. 13 ſumm. Ballar. verb. Præcedentia, in fin. fol. 339.* Thomas Sanchez *de Matrim. lib. 7. diſp. 33. n. 23.* Rodericus *in ſumm. tom. 1. cap. 74. num 4.* Diana *p. 2. tract. 2. reſol. 76.* Lezana *tom. 4. verb. Proceſſiones, num. 2.* Thomas Delbene *de immunit. Eccleſ. p. 2. cap. 14. dub. 3. nu. 4.* Chaſaing. *de privileg. Regul. p. 2. tract. 8. 14 cap. 4. propoſit. 7.* Cum enim exempti ſint, ſi Epiſcopis non obediant, ab eis corrigi non poſſunt; ſed Epiſcopus debet agere coram Superiore exemptorum, vt cogat eos ad parendum ſibi in caſu permiſſo, & non parentes puniat. Alderete *pro omnimod. Regular. exempt. 1. p. cap. 7. nu. 2.* Chochier *de iuriſdict. in exempt. p. 4. q. 33.* Gratianus *diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 467. nu. 46.* vbi obſervandum notat, quod in caſibus, in quibus poteſt Archiepiſcopus, vel Epiſcopus in locis exemptis aliqua facere, ſi de facto præhiberetur, non poteſt contra eos procedere, ſed agere debet coram Superiore exemptorum. Diana *p. 7. tract. 12. reſol. 29.* Brunus Chalarg. *de privileg. Regular. tract. 1. cap. 4. propoſit. 7.* Virginius Alvitet *eod. trac. ſect. 3. cap. 8. § 4. n. 2.*

Quæ dicta de proceſſionibus limita vbi Religio temporalem iuriſdictionem ſimul cum eccleſiaſtica habet: nam tunc territorium propriè eſt nullius Diœceſis; & vbi eſt conſuetudo non eundi ad proceſſiones, cui ſtandum eſt, nec poſſunt Regulares compelli ex declaratione ſacræ Congregationis, teſte Cãpanili, & ab eo Lezana *tom 4 verb. Proceſſiones, num. 3.* Garcia *in Polit. Regul. tom. 1. tra. 8. dif. 3. dud. 2. punt. 3. n. 19. in fine.* 15

Similiter curam animarum exer- 16
centes in Parœchialibus Hierololymitanæ Religionis tenentur accedere

dere ad Congregationes, quę iussu Episcopi ad casus conscientię differendos habentur, resolvit S. Il. *in select. Canon. cap.* 71. *n.* 17. attestãs ita fuisse decisum sub die 4. Martij 1598. Barbosa *in collect. ad Concil. sess.* 24. *de reformat. cap* 11 *num* 13.

97 Et ad omnes functiones præstandas vt ad assistentiam pro consecrandis oleis, sacra Congregatio negotijs Episcoporum, & Regularium præposita sub die 28. Aprilis 1599. idẽ Barbosa *de vniverso iure Ecclesiastico, lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 23. quę cum limitatione tradita intelligenda sunt.

98 In dictis autem Ecclesijs Hierosolymitanis quoad Officiũ Divinũ de Sanctis Diœcesis peragendum, vniversalis consuetudo admissa, vt recitetur de Sanctis propriis cuiusque Diœcesis, & Provinciæ, vt in oppido *de Consuegra*, quod est caput aliorum tredecim locorum, quę Ordini S. Ioannis subijciuntur, & quæ existunt in Provincia, seu Regno Toleti, & confinia sunt Diœcesis Toletanæ, recitatur de Sanctis propriis eius Diœcesis, & idem procedit in Ecclesijs exemptis huius Archiepiscopatus Hispalensis subditis Religioni Hierosolymitanæ, vt in oppidis *de Lora, Tosina, Alcolea, Rovaina*, & in territorio *Sancti Ioannis de Acre*, & *Conventu S. Elisabeth*, intra muros huius Civitatis existentibus. Mendo *disquisit.* 12. *quæst.* 10. *num.* 116.

CAPVT III.

DE CONVENTIBVS, Collegijs, & Monasterijs Monialium S. Ioannis Hierosolymitani, vbi varia dubia de his omnibus enucleantur.

SVMMARIVM.

CONventus Melitensis est caput Ordinis Hierosolymitani. 1.

Xenodochium insigne destinatũ ad curationem infirmorum est in Cõventu Melitensi. 2.

Cultus divinus, & opera Religionis, quæ celebrantur in Conventu Melitensi, referuntur. 3.

Munera, & officia Ordinis S. Ioannis distribuuntur inter Fratres servata graduum differentia. 4.

Conventus Ordinis S. Ioannis est in Castella in Regno Toleti dictus Sancta Maria del Monte, refertur eius fundatio, & regimen. 5. & 8.

Prior Conventualis cuiusvis Monasterij iurisdictionem exercet in Regulares. 6.

Subprior absente Priore iurisdictionem Ordinariam exercet. 7.

Ovis, & Lacticinijs vescuntur in Quadragesima cum Bulla Cruciata Fratres Hierosolymitani Conventuales Conventus Sanctæ Mariæ del Monte. 9.

Beneficia certa in Ecclesijs Ordinis obtinent Hierosolymitani Conventuales S. Mariæ del Monte in Prioratu Castellæ. 10.

Vicariæ, & Beneficia sunt distin-

tincta, & aliquando Frater vnus Hieroſolymitanus obtinet Beneficiũ, & alter Vicariam. 11.

Facultatis, quæ ſunt, non inducunt poſſeſſionem. 12.

Beneficia Ordinis Sancti Ioannis Fratribus aſſignata ab Aſſemblea auferri non poſſunt. 13.

Vicarius Epiſcopi abſque graui cauſa non poteſt ab officio amoueri. 14.

Officia Regularium etiam iuriſdictionalia faciliter à Superioribus poſſunt amoueri. 15.

Collegium Ordinis S. Ioannis extat Salmanticæ. 16.

Magiſter Scholæ Salmantinæ iuriſdictionem nõ habet in Fratres Clericos Militares. 17.

Monaſterium Monialium Ordinis S. Ioannis ſub inuocatione S. Eliſabeth, eſt in vrbe Hiſpalenſi, vbi quando erectum fuit, refertur. 18.

Moniales S. Ioannis potiuntur priuilegio Ordinis 19.

Moniales Militares potiuntur priuilegijs aliorum Ordinum per communicationem. 20.

Moniales Monachorum appellatione continẽtur quo ad ea, quæ ſunt proportionabilia. 21.

Moniales Militares exemptæ ſunt á iuriſdictione Ordinariorum. 22.

Moniales Militares non poſſunt excommunicari ab Ordinario. 23.

Monialibus Militaribus Parochus Sacramenta non miniſtrat, ſed Sacerdos eis deputatus. 24.

Moniales Militares non ſoluunt Parochiæ Quartam Funeralem. 25. Nec Decimas. 26.

Moniales Militares viſitantur à Viſitatoribus ſuorum Ordinum. 27.

Moniales Militares confitentur cum Confeſſarijs approbatis à ſuo Ordine. 28.

Monialium Militarium Clauſuram non cognoſcit Epiſcopus 29.

Moniales Militares poſſunt eligere Iudices Conſeruatores. 30.

Orationes Monialium iuuant Militare inſtitutum. 31.

Hiſtoria Conventus Monialium Sancti Spiritus Salmantinæ vrbis refertur. 32.

Moniales Ordinis Hieroſolymitani fuerunt Sancta Ubaldeſca, Sãcta Teſcana, & Sancta Flora. 33.

Moniali Hieroſolymitanæ Ciuitatis veteris Melitenſis reuelata fuit victoria à Turcis per interceſſionem Sanctæ Agathæ obtenta. 34.

Bullæ fundationis, & regiminis Conventus Sanctæ Mariæ del Monte deſcribuntur. 35. cum ſeqq.

HAbuit Religio Hieroſolymitana initium, & primordium in Hoſpitali Sancti Ioanni Baptiſtæ dicato prope Templum Chriſti reſurgentis in Calvarij Monte in Sancta Ciuitate Hieruſalẽ: vbi Gerardus nobilis Eques de Natione Gallus cõgregatis pijs, & deuotis viris, primo Hoſpitalitatis exercuit opera; & ſucceſſiuè pro tutandis peregrinis Fratres ſic congregati arma ſuſceperunt; vt ſupra diſceptatione prima latè tractatum eſt. Confirmatuſque fuit Ordo ſub nomine Hoſpitalis Hieruſalem, cui exemptionem, protectionem, & priuilegia Summi Pontifices conceſſerunt. Quod quidem Hoſpitale diuerſis locis extitit in Orientis partibus, & tandem in Occidenti in Inſula Melitenſi conſtitutum fuit: ibi eſt Conventus, Caput Religionis, in quo reſident Magnus Magiſter, qui merum, & mixtum Imperium, dominiumque habet in Inſula; Baiulivi Conventuales, qui Pilerij dicuntur, & ſunt Capita, & Præſides Nationum, & de Concilio ſupremo

Or-

Ordinis collaterales Magno Magistro; & Prior Ecclesiæ, qui iurisdictionem habet in Fratres Capellanos; & Episcopus Melitensis Magna Cruce ornatus. Estque ibi insigne Xenodochium ad curationem infirmorum destinatum, vt primum Ordinis institutum de Hospitalitate adimpleatur. Hic Conventus iurisdictionem habet in Ordine simul cum Magistro: vt hęc, & alia supra *discept. 2. cap. 2.* animadversa sunt.

3 In eo divinus Cultus summopere attenditur, ceræ festivitates solemniter celebrantur, fiunt etiam processiones solemnes, sunt constituti dies, in quibus Fratres ieiunare teneantur, & confiteri, & Sacramentum Eucharistiæ recipere; fiunt Preces pro Pace, pro Magistro, & Ordine: celebratur Missa pro defunctis, est etiam ordo constitutus in celebratione Missarum, vt hæc, & alia Religionis opera continentur

4 in statutis *tit. 3. de Ecclesia.* In hoc Conventu, & nobilissima Congregatione, distributa sunt Munera, & Officia inter Fratres, servata graduum differentia; nam Milites Curam habent eorum, quæ ad Militiam, & regimen Ordinis & Conventus spectant: Capellani, eorum, quæ ad Cultum divinum, & Ecclesiam: Officia prima Ordinis Baiulivi Conventuales exercent, & ea scripta sunt supra *discept. 2. cap. 3.* de Conventu Melitensi, & de eius illustratione, & de tota Insula, & Civitate Valletta, Orbis Christiani primo Propugnaculo; authores Historici multa decantant: legat curiosus Iacobum Bosium, Ioannem Antonium Viperanum, & Ioannem Augustinum de Funes, qui latissimè Historiam Ordinis, Insulæ, & Conventus enarrant.

5 In Hispania in Lingua Castellæ vnicus est Conventus Clericorum Fratrum, sive Capellanorum in Regno, & Provincia Toletana constitutus sub nomine *Sanctæ Mariæ del Monte*, qui erectus fuit in Baiulivia Conchori sub obedientia in temporalibus Magni Prioris Castellæ, & in spiritualibus Prioris Ecclesiæ Melitensis, in situ, seu valle dicta Viperarum (Hispanè *Valle de las Vivoras*) ob multitudinem, quæ ibi gignebantur: vbi venerabatur Templum antiquissimum, & imago Sanctissimæ Deiparæ, quæ (vt est in traditione illius Provinciæ) apparuit, tempore quo Hispania à Mauris possidebatur, cuidam mulieri nobili, quæ ex oppido Conchori ob pœnam imputati adulterij exulata fuit; & cùm innocens fuisset, Virgo Sanctissima apparens liberavit eam à venenosis viperarum, ex qua die nullę hactenus ibi vipęræ sunt: sicut & in Insula Melitensi ex adventu B. Pauli Apostoli, cui vipera manum invasit, notatum est. Cum igitur prędicta domus ex tempore Romanorum ibi condita fuisset (vt coniectari licet ex literis antiquissimis in Porticu Templi marmoreo lapide, seu pris, quæ legi pœnitus non possunt, *Mamilij* tamen nomen exprimunt, & possunt denotare ab hac Familia opus hoc publicum erectum fuisse, dicatumque *Cæreri*, vt denotat figura Tauri ibi etiam sculpta) occasione apparitionis, Christicolarum tempore apud Hispanos plurimum devotione crevit, & multiplicatis miraculis venerata fuit. Quę considerans Illustrissimus, & Devotissimus Vir Fr. D. Gundisalvus de Quiroga ex Regno Gallecię oriundus, vt refert Fr. Philippus de la Gádara in libro dicto *Triunfos, y Armas de Galicia, cap. 35. n. 9.* Magnus Prior Castellæ anno Domini 1450. cum consensu Magni Magistri Fr. Ioannis de Lastic instituit, erexit, & de

novo

nov⁹ fundavit Conventum Regularem ſacri ſui Ordinis Hieroſolymitani, vt ibi Fratres Capellani Cultui Diuino, & literarum Studijs vacarent, & ad ſerviendas Eccleſias Magni Prioratus Caſtellæ per antia nitatem promoverentur; vtque inſtitutum primęvum Hoſpitalitatem exercendi adimplerent, fuit etiam erectum Hoſpitale, vbi pauperes recipiantur, alanturque, & piè peregrinantibus, & infirmis ſubveniatur; quod in viridi eſt obſervantia, magniſque ſumptibus continuatur. Eſtque Conventus iſte vna ex domi bus principalibus totius Regni, illuſtris quidem ob eximiam virtutem Regularium, ob Cultus Diuini celebrationem, & ob ſanctam vitam, quam ibi Fratres exercent, imitantes Sanctum Præcurſorem Baptiſtã Ordinis Hieroſolymitani Patronũ, & Protectorem, qui deſertis vitam egit.

6 Habet Conventus iuriſdictionẽ temporalem totius territorij, & merum & mixtum imperium, ad quam iuriſdictionem exercendam Prior illius ſimul cum Capitulo in die Natalis Beatę Mariæ Virginis nominat Iudicem Ordinarium. Dictus autẽ Prior à Regularibus eligitur quolibet triennio, præſidente in Capitulo Magno Priore Caſtellæ, vel eius Locumtenenti ſimul cum Regulari dicti Conventus iam Beneficiato, ſeu actuali Priore alicuius Eccleſiæ. Et hic Prior electus, & confirmatus à Magno Priore Conuentui, & Regularibus præficitur cum bonorum iuriumque adminiſtratione, necnon iuriſdictione in his, quæ Regulam concernunt, & Regulare inſtitutum; hæc enim de iure pertinent ad quemcumque Priorem cõventualem cuiuſque Monaſterij. *Cap. nullum.* 18. *q.* 2. vbi Navar. *numer.* 4. *& in Cap. niſi eſſent, de Præbend. & in Clement.* 1. *§. Cæterùm, de ſtatu Monachor.* Petrus Gregorius *lib.* 18. *ſyntagm. cap.* 18. Rebuffus *in praxi tit. Regulare Beneficiũ.* Gonçalez *in Reg.* 8. *Chancell. gloſſ.* 8. *nu.* 103. Corraſius *de Sacera. p.* 4. *cap.* 3. *n.* 3. Galganetus *de iure publico, lib.* 3 *tit.* 40. *n.* 2. Fr. Ioan. à Sanctiſſimo Sacramento *de officio Prioris Clauſtralis part.* 1. *illat.* 1. *numer.* 217.

Eſt etiam in prædicto Conventu 7
Subprior, ſeu Vicarius, qui in abſentia Prioris vices ſuas gerit. *Cap. cũ ad Monaſterium, de ſtat. Monach.* & Priore abiente iuriſdictionem Ordinariam exercet, & dat Dimiſſorias Regularibus Conuẽtus in ſede vacante. Lezana *tom.* 1. *cap.* 18. *n.* 3. *& tom.* 2. *cap.* 13. *num.* 41. *& tom* 4. *verb. Vicarius.* Garcia *in Polit Regul tom.* 2. *tra.* 10. *dif.* 10 *aud.* 1 Diana *p.* 3 *tra.* 2. *reſol.* 28. Tamburinus *de iur. Abbat tom.* 2. *diſp.* 2. *q.* 18. Sacramento *vbi ſupra. p.* 3 *princip.* 2. *ex num.* 15. *cum ſ. qq.* Et hic Subprior eligitur à Priore dicti Conventus; qui ob excellentiam officij communiter ſpeciali vrbanitatis titulo *de Señoria*, ſalutatur, ſicut Priores Militares Conventuum de Veles, & Sancti Marci Legionenſis in Ordine S. Iacobi. *l.* 16 *tit.* 1. *lib.* 4. *Recopilat.* vbi permittũtur prædicto titulo honorari Priores, & Baiulivi Ordinis S. Ioannis, & prædicti Priores Iacobæi. Et licèt dicta Pragmatica Regia tantùm Magnos Priores Hieroſolymitanos comprehẽdere, poſſet diſputando defendi, tamen Priorem dicti Conventus Hieroſolymitani in deciſione comprehenſum dicunt ſui Regulares, tùm quia titulus Magni in Pragmatica non continetur, & ita non debet reſtringi deciſio ad Magnos Priores, qui in Regno habentur vt Magnates Hiſpanę *Grandes*. Tum quia Prio-

res

res Iacobęi non habent maiorem Dignitatem in ſuo Ordine, & ſunt expreſsi in deciſione, tùm quia iſte Prior eſt in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus, & vt Iudex Ordinarius ſui Conventus exponit Confeſſores ſuos Regulares ad audiendas cõfeſſiones ſæcularium, ſicut Prior Melitenſis ex Bullis Clementis VII. & Pij IV. & Magni Magiſtri Ordinis, & Priores Caſtellæ adeò dictũ Conventum, & illius Priores conventuales honoravere, vt Magnus Magiſter S. R. E. Cardinalis Fr. Petrus Abuſon appellavit illum ſacrã Domum; & Princeps Philibertus anno 1611. devotè viſitavit, & in actibus communitatis ad dexteram ſuam habuit Priorem conventualẽ: quod etiam feciſſe dicitur Sereniſsimum Principem Dominum meum D. Ioannem de Auſtria die 15. Novẽbris anno 1643. Capitulum in prædicto Conventu celebrantem. Cuius nunc meritiſsimum Præſulem Fr. Franciſcum Hidalgo celebrat totus Ordo, & Religioſiſsimum virum integra Provincia decantat.

3 Componitur prædictus Conventus ex numero triginta, & quatuor Regularium; & vltra qualitates puritatis ſanguinis, & legitimationis requiritur, quod admittendus ſit gradu ſaltim Bachalaureatus in vna ex quatuor præcipuis Hiſpaniæ Academijs decoratus in ſacra Theologia, iure Pontificio, vel in Artibus; & cum proviſione Magni Prioris præſentatur in Conventu, vbi examinatur à Priore, & alijs examinatoribus ab eo electis; Priorque nominat Commiſſarios ad faciẽdas informationes, quæ leguntur, & approbantur in Capitulo. Et anno novitiatus tranſacto huiuſmodi Regulares profeſsionẽ emittunt, & quinque annis in Conventu moram trahunt, vt ad Prioratus Ordinis ſive Beneficia promoveantur. In Conventu autem publicè ſacra Theologia Moralis legitur, vt ſic in caſibus conſcientiæ diſſerendis periti inveniantur: cuius Cathedræ nunc doctiſsimus Regens eſt Fr. D. Franciſcus Marſil de Herrera vir ſtudioſus, literatus, & omni virtutum ſtemmate condecoratus.

In hoc Conventu ex indulto Bullæ Cruciatę ineſt conſuetudo veſcendi ovis, & lacticinijs in Quadrageſima; quia Bulla non comprehẽdit Equites tantùm, ſed & Fratres Capellanos, cum vni, & alteri propriè Regulares ſint, & Bulla non diſtinguit, imo Regulares omnes cuiuslibet Militiæ comprehendit, ibi: *Et ſub hoc indulto veſcendi carnibus, ovis, & lacticinijs comprehenduntur omnes cuiuslibet Militiæ Regulares.* Diana *p. 11. tra. 2. Miſcel. reſol. 53.* Magiſter Gallego *in eadem Bulla, dub. 58.* Mendo *ibidẽ diſput. 18. cap. 3. n. 20.* Garcia *in Polit. Regul. tom. 1. tra. 5. dificult. 5. dud. 4. punt. 2. nu. 15.* quidquid contrarium velint Villalobos, Bardi, & Eſcobar impugnati à Diana, Mendo, & Gallego, qui ita concludit: *No obſtante ſe ha de dezir, que los tales Religioſos, aunque ſean Sacerdotes, pueden comer huevos, y lacticinios en la Quareſma, con la Bulla: porque la miſma Bulla, Pumblea, o Latina, ſe lo concede con eſtas palabras: Et ſub hoc indulto veſcendi ovis, & lacticinijs comprehenduntur omnes cuiuslibet Militiæ Regulares. Pues ſi la miſma Bulla Latina habla vniverſalmente con todos los Regulares de las Ordenes Militares, ſiendo los tales Freyles verdaderos Religioſos de las dichas Ordenes Militares, parece claro, que la miſma Bulla les concede a ellos tambien eſte indulto. Y aunque la traduccion Caſtellana dize, Cavalleros*

de las Ordenes Militares, no obsta, porque la traduccion atendio a que semejantes Religiones Militares, es su principal instituto de Cavalleros Militares, a que ayudan los Freyles, que todos juntos componem vna Religion Militar; y assi tomò la traduccion la denominacion de lo mas principal, llamandolos Cavalleros de las Ordenes Militares. Empero la Bula Plumbea, o Latina, hablò vniversalmente, como emos dicho. Esta doctrina se practica en el insigne Convento de Santa Maria del Monte, del Orden Militar de San Iuan en la Diocesis de Toledo, segun me certificò Don Fr. Miguel de la Solana, Sacerdote del dicho Orden.

10 Illius Conventus Fratres obtinent in Magno Prioratu Castellæ certa Beneficia in Ecclesijs Ordinis, ad quæ admittuntur secundum antiquitatem professionis ad presentationem Conventus; dantur enim illis, sicut Commendæ Militibus iure cabimenti, seu antianitatis: & inter Beneficia, quæ optant, numerantur in Bœtica hac Provincia in Regno, & Diœcesi Hispalensi, Beneficium, seu Prioratus oppidi *de Lora, & de Alcolea*, & Prioratus *Sancti Ioannis de Acre*, in hac Civitate, qui est vnus ex quatuor Cameræ Prioralis, cuius nunc meritissimus Prior existit Fr. D. Ferdinãdus de Aguilera vir doctissimus, & in iure Pontificio, & sacra Theologia dissertissimus, virtute clarus, & sanguine nobilis (Germanus enim fuus eiusdem Ordinis in gradu Militum Habitu Hierosolymitano decoratus fuit) & huic Priori Sancti Ioannis de Acre pertinet nominatio alterius Prioris cuiusdam Beneficij simplicis dicti *San Iuan el Verde de Gibraltar*, ratione propinquitatis loci. In Provincia verò Castellæ habet optionem Conventus ad Prioratus, & Beneficia Ecclesiarum, & oppidorum sequẽtiũ: *San Iuan de Sardon de Medina del Campo, Venabente, Fuente la Peña, Vadillo, Castro-Nuño, la Boveda, Santa Maria, y San Iuan de Consuegra, Urda, Madridejos, Camuñas, Villafranca, Arenas, Villaharta, Herencia, Alcaçar, Quero. Villacañas, Tembleque, Tebenes, Mançaneque*; quæ dicta Beneficia sunt curata: simplicia tamen sunt sequẽtia: *San Iuan de los Cavalleros de Toledo, Sieteseñas, Sito en Lora, Nuestra Señora de la Vega en Villa Rubia de los Ojos, el Toboso, Herencia, Villafranca, Consuegra, Tembleque, Vrda.* Succedit Conventus in spoliis suorum Regularium decẽdentium extra claustra in suis Beneficijs, vel Prioratibus, & in spoliis Capellanorum decedentiũ in Prioratu Castellæ ex donatione Magni Prioris, quæ spolia condonare potest ex Bulla Gregorij XIII. de qua supra *discept. 9. cap. 5. n. 11.* Fratres autem Beneficiati, seu Priores nisi suos Prioratus, & Ecclesias meliorarint, non possunt ad alias promoveri: debet autem constare authenticè Conventui de melioramentis, vt sic meliorantes ad alia Beneficia promoveri possint.

Vicariorum autem munera ad 11
exercendam iurisdictionem Ecclesiasticam à Magno Priore, & Commendatarijs in locis Commendarũ ijdem Parochi, qui Beneficia obtinent, & communiter Priores dicuntur, solent obtinere: sed de iure eis non debentur, sunt enim distincta Beneficia, & Vicariatus; vndè aliquando vnus obtinet Beneficium, & alter Vicarij munus exercet; etsi enim multi, & persæpe vnum & alterum obtineant, nõ inducitur obligatio in Magno Priore, & Commẽdatarijs ad talem electionem, seu no

min-

minationem, cum actus sit facultativus, in quo non consideratur possessio, sed fieri soleat ex gratia, & voluntate nominantis. Gratianus *discept. forens. cap. 655. nu. 49.* Postius *de Manutent. observat. 53. per totã*, quod quidem conveniens est regimini Ordinis, nam cum Beneficiũ detur per antianitatem, accidere potest, vt Beneficiatus ne sit idoneus ad munus Vicarij exercendũ, & sic religio de idoneo, & discreto debet providere: materię enim iurisdictionales peragendę requirunt Iudices discretos. *Cap. 1. de consanguinit. & affinit.* & prudentes. *Cap. 3. de divortijs.*

13 Ista tamen Beneficia Fratribus huius Conventus assignata à Magno Priore, & Assembla auferri non possunt, sed à Magno Magistro, & Conventu Melitensi iuxta regulam statuti *tit. 11. num. 10.* exercitium tamen ob causam benè eis poterit suspendi; & Vicarij munus auferri, etiam cum causa levi, licèt enim Vicarius Episcopi absque gravi causa in opinione communi non possit amoveri, vt consulatur eius famæ; 14 & honori. D. Larrea *decis. 2. Boer. decis. 49. n. 23.* Sbrocius *de offic. Vicarij, lib. 3 q. 32.* Gutierr. 3. *pract. cap. 11 nu. 4.* Valenzuela *cons. 101. num. 7. & cons. 138. ex num. 38.* & multi relati à Salgado *de Reg. Protect. 3 p. cap. 8. n. 12 & 13.* licèt contrarium velint Solorzan. *de iur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 8 n. 48.* Diana *p. 10. tr. 15. resol. 24.* Machado *in Perf. Conf. tom. 2. lib. 4. p. 3. tra. 2. doc. 6. n. 4.* In Regularibus militat 15 alia ratio, nam officia etiam iurisdictionalia, vt Prælaturę faciliter à Superioribus possunt removeri. *Cap. cum ad Monasterium, de statu Monachor. § Tales*, ibi: *Sed cum oportuerit amoveri, sine contradictione qualibet revocetur. Cap. qualiter & quando el. 2. de accusationib.* ibi: *Hunc tamen Ordinem contra Regulares personas non credimus vsque quaquam servandum, quæ cum causa requirit, facilius, & liberalius à suis possint administrationibus amoveri.* Barbosa *post tractatum de Pensionibus, voto 4.*

Collegiũ itẽ Ordinis S. Ioannis 16 extat Salmanticę, cum igitur Clerici Fratres literarum indigeant ornamento, vt muneribus ad quæ destinantur, satisfaciant, quippe eis incumbit Sacramentorum administratio, animatum Cura, regimen spirituale populorum, & iurisdictionis Ecclesiasticæ administratio, merito Collegium in prima orbis terrarum Academia constitutum fuit: ibi ad ius Canonicum, & sacram Theologiam addiscendam designãtur collegæ ex Conventu Sanctæ Marię de Monte, Rector autem eiusdem Conventus filius à Magno Priore eligitur. In eos autem Magister S. Ioannis Salmantinus iurisdic- 17 tionem non habet, nec de crimine eorum potest cognoscere, cum de delictis religiosorum non cognoscat, quo nomine Militares Clericos Fratres comprehendi est evidens, & docent. Eman. Rodric. *tomo 2. quæst. Regul. q. 2. art. 9.* Hieron. Rodric. *in compend. resol. 62. num. 6.* Villalobos *in summ. 2. p. tr. 38. dif. 4.* latè Mendo *de Ordin. Milit. disq. 17. q. 1. ex num. 5. cum seqq. & de iure Academico, lib. 1. q. 7. num. 173.* Escobar *de Pontif. & Reg. iurisd. cap. 34. à num. 6.*

Sunt quoque in Hispania in Prio 18 ratu Castellæ in diversis locis Monasteria Monialium S. Ioannis Hierosolymitani constituta, vt in hac Hispalensi vbe Provinciæ Bœticæ Metropoli Monasterium, seu Conventus Monialiũ S. Elisabeth, erectus 27. Maij 1490. per Elisabeth de

Leon & Farfan, ex nobiliſſimo genere natam, & virtutum ſtemmate illuſtratam, ſub obedientia Magni Prioris Caſtellæ; vt referunt Ioannes Auguſtinus de Funes *in Coronica Religionis lib. 5. cap. 7. fol. 461.* Paulus Claſcar *en el Triunfo de la Religion de San Iuan, lib. 4. capit. 1. fol. 257.* ſunt etiam Conventus huiuſmodi in Ciuitate *Zamoræ*, & in oppidis *de Tordeſillas, & in Solinas de Anaia*, in *Valliſoleti* autem vrbe Conventus Monialium S. Ioannis numeratur etiam, ſed licèt Habitum S. Ioannis deferant, audiui à fidedigno, eſſe Moniales Sancti Spiritus in Gallia; quæ quidem Moniales Hieroſolymitanæ potiuntur priuilegijs Ordinis per conceſſionẽ
19 Innocentij VIII. *in Bull. incip. Ad perp. tam. Romæ apud S. Petrum anno 1486. pridie idus Iulij.* Et prędictus Conventus S. Eliſabeth habet Bullam ſpecialem Clementis VIII. *incip. Dilectis filijs apud S. Marcum anno 1593. pridie, kalend. Auguſt.* In qua concedit Monialibus eadem priuilegia, quibus potiũtur Milites Hieroſolymitani, & ad eorum obſeruantiam deſignat Summus Pontifex in Iudices Conſeruatores dicti Conventus Canonicos *de Xerez de la Frontera*; & de illis loquitur ſtatutum Ordinis *tit. 2. ex num. 26. cum ſeqq.* Petrus Gregorius *lib. 15. ſyntagmat. cap. 34. n. 5.* Et de Monialibus Militaribus aliarum Militiarum ſunt Bullæ Vrbani
20 IV. & Leonis X. ex quibus potiri priuilegijs ſuorum Ordinum, quim etiam, & priuilegijs aliorum per communicationem defendit Mendo *de Ordin. Milit. diſq. 14 nu. 41. & 43.* & de Monialibus benè diſſerens Thomas Hurtado *reſol. Moral. tom. 2. tract. 12. cap. 1. §. 3. numer. 2230.* Bonacina *tom. 2. tit. de legibus diſp. 1. q. 3. punct. 7. §. 2. n. 2.* Monachorum quidem appellatione Moniales continentur quo adea, quæ ſunt proportionabilia. Felinus *in cap. de Moniali, de ſent. excommunicat.* Fulgoſius *conſ. 121.* Paulus Fuſcus *de viſitat. lib. 2. cap. 18. n. 62.* Menochius *de Arbitrar. caſ. 21. num. fin.* Flores de Mena *var. lib. 1. q. 10. nu. 25.* Suarez *de legib. lib. 4. cap. 10. n. 3.* Et generaliter philoſophandum eodem modo de Monialibus Ordinum Militarium, ac de alijs, notavit Lezana *tom. 2. Regul.* 22
Milit. cap. 5. n. 51. & tom. 1. cap. 25. vndè exemptæ ſunt à iuriſdictione Ordinariorum ex Bulla Iulij II. *incip. Ex debito, expedita anno 1509.* nec poſſunt ab eis excommunicari, vt ſupra *diſcept. 13. cap. 12. nu. 47.* 23
continetur. Nec Parochus debet eis Sacramenta miniſtrare adhuc in articulo mortis, ſed Sacerdos eis deputatus. Tamburinus *de iure Abbatiſſarum, diſp. 33. q. 4.* nec tenentur ſolvere Parochię quartam funeralem, vt tradit Portel *in Dub. Regul. verbo Canonica portio, num. 8.* nec Decimas, vt cum communi docet ipſe *verbo Decimæ, nu. 3.* & viſitantur à Viſitatoribus Ordinum Militarium Mendo *diſq. 14. q. 4. num. 49.* & confitentur cum Confeſſarijs approbatis à ſuo Ordine, vt ſupra *diſcep. 13. cap. 12. n. 22.* dictũ eſt. Nec Epiſcopus ex vi Concilij Tridentini *ſeſſ. 25. de Regular. ca. 5* poteſt cognoſcere de clauſura Monialium Militarium, vtpote exemptarum. Roderic. *quæſt. Regul. tom. 2 q. 47. art. 10.* Llamas *in methodo curationis in appendice, in fine. §. 5.* Thomas Sanchez *in præcept. Decalog. lib. 6. cap. 15. nu. 21.* Miranda *de Sacr. Monial. q. 2. art. 14. num. 3.* Bonacina *de clauſura q. 1. punct. 6.* Machado *in Perf. Conf. tom. 2. lib. 4 p. 6. tra. 11. doc. 4. nu. 3.* vel ad minus debet procedere vtà cum Superiore

riore Monialium. Gibalin. *in Disquisit. Canon. de claus. Regul. cap.* 1. §. 6. *n.* 15. Mendo *disquisit.* 14. *q.* 7. *n.* 68. Spereilus *decis.* 157. *n.* 23. vbi tradit constitutionem Pij V. *quæ est* 8. *incip. Cura Pastoralis, in Bull.*
30 *tom.* 2. *fol.* 184. §. 2. Et generaliter aptanda sunt Monialibus omnia privilegia eis congruentia, quibus Religiosi Ordinis ipsarum gaudent in quavis materia, & etiam circa indulgentias, quin & ad eligendos Iudices Conservatores, cum subdantur Prælatis Regularibus. Mendo *disq.* 14. *num.* 41. licèt in praxi non esse communiter admissum dicat Pellizarius *in Manuali Regular. tom.* 2. *tract.* 10. *cap* 9. *n.* 37. cum ferè omnes subiectæ sint Ordinario; cuius ratio cessat in Militaribus, quę exẽptæ sunt ab Ordinario, & potiuntur privilegijs suorum Ordinum, vt de Hierosolymitanis loquuntur Innocentius VIII. & Clemens VIII. & de alijs Militaribus Vrbanus IV. Iulius II. & Leo X. & in eis viget etiam ratio concessionis, & instituti Militaris; nam Monialium Ora-
31 tiones vim gratam Deo faciunt, vt Militantibus pro Fide victorias inimicorum concedat, vt ex Tertuliano notavit Pizarro *in Discursu Apologetico pro Ordinibus Militaribus*, vbi tradit Historiam Coventus Monialium S. Annæ, qui hodie dicitur S. Spiritus Salmantinæ vrbis, cui Rex Ferdinandus Magnus dictus Imperator dedit Commendam
32 Ordinis S. Iacobi in gratiam, & remunerationem victorię Compostellæ à Mauris tunc Hispaniam possidentibus obtentæ, quã Deus Christianis miraculosè concessit per intercessiones Monialium dicti Conventus, iubens Regi, & Magistro in quadam apparitione, vt dictam Commendam Sancti Spiritus concederent dicto Conventui Monialium, vt hæc & alia videri possunt in Historia Ordinum Militarium scripta á Pizarro *in Prologo*, & *in multis Capitulis*, & *in Discursu Apologetico*, *num.* 34. & novissimè refert Fr. Philipp. de la Gandara *in libro Triunfos, y Armas de Galicia, cap.* 14. *n.* 4. Et in Religione Hie 33
rosolymitana referuntur Moniales virtutibus clarissimæ: Sancta *Vbaldesca*, Pisana, & Sancta *Toscana*, Veronensis. Funes *in Coronica, lib.* 1. *cap.* 17. Paulus Clascar *in Triunfo. lib.* 2. *cap.* 5. & Sancta *Flora* in Prioratu Sancti Ægidij in Francia. Funes *p.* 2. *lib.* 4. *cap.* 6. & in Bello Me- 34
litensi quædam Monialis Monasterij novi habuit revelationem, vt in obsidione Civitatis veteris per intercessionem Sanctæ Agathæ vrbs liberaretur á Turcis, vt liberata fuit miraculis præcedentibus, vt refert Funes. 2. *p. lib.* 3. *cap.* 12. vbi sanctitatem Monialis laudat.

Denique vt quæ ad Conventum 35
prædictum Sanctę Mariæ del Monte attinent, perpetuò dignoscantur, Bullas fundationis, & regiminis eius adscribere libuit, & sunt sequentes: *Bulla.* 1. ita: Noverint vniversi, & singuli pariter, & futuri, has nostras patentes literas inspecturi, lecturi, & audituri, quod nos Frater Ioannes de Lastico Dei gratia sacræ Domus Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani Magister humilis, pauperũque Iesu Christi custos, & nos Conventus Rodi Domus eiusdem, exacta consideratione pensantes, quoniam de laborioso mundi huius certamine nostrę saluti prꝫter pia opera parum, aut nihil superesse videmus, solicita meditatione curam, studium, & diligentiam, quantum cum Deo possumus, in hoc mortali sæculo adhibere conamur, vt quæ in Ordine nostro salubriter sunt á maioribus nostris constituta, ea non so-

ſolùm curatiſſime conſerventur, verùm etiam noſtris temporibus ſuſcipiant in ſpiritualibus,& temporalibus incrementa. Nam cum inter varios humanæ fragilitatis anfractus difficile multum exiſtat, habitantibus rationabiliter ſuper terram lapſus difugere peccatorum, opera multiformia pietatis ad ſalutis noſtræ remedia ſanctorum conſtitutionibus inventa noſcuntur, quibus præiuditia Chriſtianæ Religionis inſiſtant, neceſſe videtur,ſi Deum propitium, pium, atque miſericordem habere velimus. Cum igitur Venerabiles, ac Religioſi nobis in Chriſto præclariſſimi Fratres,Gonſaluus de Quiroga Prioratus noſtri Caſtellæ,& Legionis Prior, & cœteri Prioratus noſtri eiuſdem Præceptores, & Fratres, zelo pariẽ devotionis inducti, ac prope tantis memores facti, volentes etiam reliquorum Chriſti fidelium devotione erga Religionem noſtram facere proniorem circa reſtaurationem reparationem, commodum, & augmentũ Domus noſtræ *Sanctæ Mariæ de Monte* dicti Prioratus, magna ſollicitudine vacare conſtituerint,& nõ nullis indigeat ſuffragijs, quę à nobis per eorum Nuntium,& Procuratorem Religioſum in Chriſto nobis præclariſsimum Fratrem Ioannem de la Somoza Præceptorem de Olmos, & Peñalueris dicti Prioratus, cum inſtantia, & humilitate poſtulari fecerint. Id circo nos eorum intentionem circa præmiſſa pia opera dedicatam, exauditionis munere in his præſertim, quæ iuſta,& honeſta fore cenſentur,proſequi cupientes: infra eiſdem venerando Priori, Præceptoribus,& Fratribus, præſentibus,& futuris,ratione, & cauſa reſtaurationis,augmentationis,& commodi ipſius Eccleſiæ ſive Domus Noſtræ Glorioſę Virginis Marię de Monte, ſponte invicem deliberati Concilio authoritate duximus præſentium concedenda. *Primo videlicet, quod liceat eidem Venerando Priori, Præceptoribus,& Fratribus dicti noſtri Prioratus in eadem Domo ſive Eccleſia Sanctæ Mariæ de Monte ordinare, & deputare Fratres noſtri Ordinis Capellanos, ſive in ſacris conſtitutos,ſex, qui in eadem Domo reſideant, commorentur,continuoque Divino Cultui vacent, Horaſque Canonicas, & alia divina Officia celebrent, ſecundum ritum, & laudabiles conſuetudines Religionis noſtræ, ſub vera Prioris dicti Prioratus obedientia conſtituti; & de quorum numero idem Venerabilis Prior, & qui pro tempore fuerit, capere debeat pro obſequio, & Cultu Divino Camerarum Prioratuum, non tamen excedendo numerum quatuor Fratrum, prout quatuor ſunt Camera Priorales originaliter, & loco illorum, quos auxerint capiendos, creare totidem poſſint in eadem Domo ſive Eccleſia noſtra Sanctæ Mariæ Fratres; ita quod idem numerus ſex Fratrũ antedictorum in ea Eccleſia, nec minui, nec augeri abſque noſtra licentia poſſit; & de modo atque ordine officiandi prouideatur per dictos Priorem, & Fratres dicti Prioratus, ſalva ſemper reverentia, præheminentia, & ſuperioritate in ſpiritualibus Venerabilis, ac Religioſi in Chriſto nobis præclariſſimi Fratris Iacobi de Guido noſtri Conventus Rodi Prioris, & Venerabilium ſucceſſorum ſuorum. Item attento quod ipſa Eccleſia, quæ eſt ſub Domo ſive Baiuliva noſtra Conſocri conſtituta,nil habet, vndé commode ipſi Fratres vitam ſine Prioris, & elemoſinarum erogationibus, traducere poſſint, quandam Dejeſſam vulgariter nuncupatam de los Fo-*

ios,

ios, cuius annuus redditus decem ducatorum auri de Florencia annis singulis summam nõ excedat, in qua nonnulli dictæ Domus nostræ vasalli de Consocro ratione pascuorum olim iurisdictionem certo anni tempore sibi vendicare solebant, liberã, vacuam, & immunem, eidem Ecclesiæ Sanctæ Mariæ perpetuò concedimus, & donamus: ita tamen quod propter hoc ipsius Domus nostræ de Consocro annuæ responsiones nullatenus minuantur, & dictis vasallis nostris alibi per dictum Venerãdum Priorem, & Fratres, præsentes, aut futuros, de dictis pascuis reſarciantur. Item quod liceat Fratribus Ordinis nostri quavis authoritate, officio ve fungentibus, præsentibus, & futuris, de bonis immobilibus, seu stabilibus ab eorum industria de novo emptis, vel ex eorum proprio patrimonio adquisitis, duas partes cum effectu primo, & ante omnia, nostro communi Thesauro effectualiter consignare, & tertiam partem æquali portione eidem Ecclesiæ in morte, vel in vita legare, & nisi de consignatione dictarum duarum æqualibus portionibus partium fuerit primò ipsi nostro communi Thesauro satisfactum, rectum de tertia præmissa nullius valoris esse decernimus efficaciæ, roboris, vel momenti. Item quod liceat Fratribus dictæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, qui sunt de præsenti, & protẽpore fuerint, eleemosinas quærere, postulare, atque recipere pro reparatione, & augmento Ecclesiæ supradictæ licite, & honeste, secundum seriem, & continentiam regulæ nostræ: & si delinquerint, secundum formam stabilimẽtorum, puniantur, & castiguentur per iustitiam Religionis nostræ. Et quoniam nulla est Ecclesiarum nostrarum in tota Christianitate situata, quæ annuis non subiaceat responsionum solutionibus, statuimus & ordinamus, vt dicta Ecclesia seu Fratres illius, præsentes, & futuri, in signum veræ obedientiæ, & recognitionis perpetuæ superioritatis nostræ annis singulis vsque ad annos viginti quinque a die data præsentium, computandos solemnes de responsione nuos, locis & receptoribus deputatis, ac pro tempore deputandis in scalibilibiter, & sub pœnis sexbilimentorum solvere teneantur; post verò tempus prædictum annos vigintequinque, per eos, qui à nobis, vel successoribus nostris protempore deputabuntur, tanta responsio annua imponatur eidem Ecclesiæ, quãta scilicet commodè poterit supportare secundum communem cursum aliarum Præceptoriarum dicti Prioratus, & facultates Domus sive Ecclesiæ supradictæ Mandantes vniversis, & singulis Domus nostræ Fratribus quavis authoritate, officio ve fungentibus, præsentibus, & futuris in virtute sanctæ obedientiæ, ac Sororibus, Donatis, Vasallis, & Subditis, sub Sacramento fidelitatis, & Homagij, quo nobis, & nostræ Domui sunt astricti, ne contra præmissa, omnia, & singula, dicto vel facto, publicè, vel occultè, venire, quovis quæsito colore præsumant; quinimo eadem perpetuò studeant inviolabiliter observare. In quorum testimonium Bulla nostra communis Plumbea præsentibus est appensa. Datum Rhodi in nostro Convẽtu die vigesimaquinta mẽsis Aprilis ab Incarnato Christo Iesu Domino nostro millesimo quadringẽtesimo quinquagesimo.

Bulla 2. ita: Frater Iacobus de Milli Dei gratia sacræ Domus Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani Magister humilis, pauperumque Iesu Christi custos, & nos Conven- 36

tus

tus Rhodi, & Domus eiusdē Capitulum Generale celebrantes, Venerabili, ac Religioso in Christo nobis præclarissimo Fratri Gonsalvo de Quiroga Prioratus Castellæ, & Legionis Priori, salutem in Domino, & veræ beatitudinis assecutionem.

Cum animadvertimus opera vestra laudabilia, & pietatis plena, quæ sēper zelo suæ Religionis, & magnæ devotionis accensa Hospitalia fundat, Ecclesias diruptas reficit, Monasteria iam derelicta, & quasi desolata restaurat, magnis laudibus, & prēmijs vos ornandum, & laudibus summè prosequendum censemus.

Cum itaque nuperrimè coram nobis, & nostro Capitulo Generali per vos reverenter expositum, & enarratū fuerit redificare quoddam Monasterium vocatum *Sancta Maria de Monte*, situatum in Bayulia de Consuegra, Camera vestra Priorali circa Diœcesim Toletanam, quod est nostræ Religionis, illique dedicasse nonnullos redditus, & introitus annuos, & præsertim quædam territoria Dejessa, sive Pratisa appellata *de los Foios* suis confinibus, & terminis limitata, per Procuratores, vt asseruistis, Villarum de Consuegra, & de Alcaçar, & aliorum locorum propinquorum cum omnibus redditibus, decimis, & emolumentis annuis ipsorum territoriorum dictæ Dejessę de los Foios sub annua responsione duorum florenorum auri Aragoniæ á vobis dicto Priore, & successoribus vestris exsolvendorum cum integrali responsione per vos nobis fienda, sive nostro Thesauro dicta duorum Florenorum responsio includatur: quo circa nobis humiliter supplicastis, vt confirmationem bonorum præmissorum per vos Venerabilem Priorē datorum, & assignatorum, & aliorū bonorū per alias diversas personas Religiosas Ecclesiasticas, & Sæculares ipsi Monasterio datorum, & erogatorum, sive dandorum, & erogandorum adijcere, & adiungere digna remur pro vestra, & illorum, ac colentium dictum Monasterium consolatione, robore, & firmitate. Vestris igitur supplicationibus iustissimis inclinati, & vt vobis, & cæteris devotis personis magis animo crescat de benè in melius perseverandi, ac augmentandi antenotatū Monasterium ad laudem, & honorē omnipotentis Dei, & Beatissimi Præcursoris, & Patroni nostri Sancti Ioannis Baptistæ, & totius nostræ Religionis, tenore præsentium, ac cum deliberatione matura, decreto que, & authoritate præsentis nostri Generalis Capituli omnibus melioribus via, & forma *Donata per vos dictum Priorem, sive donanda per vos, vel successores vestros, quæ non fuerint de proprietate Religionis, sed à vobis, & ipsis, de vestris, & eorum proprijs substantijs empta, & adquisita, sive per alias personas devotas, sive donanda præfato Monasterio, sive mobilia, sive immobilia fuerint, eidem Monasterio nostro in perpetuum confirmamus, approbamus, & ratificamus, & præsentis nostri scripti patrocinio communimus: volumusque etiam, quod omnibus Decimis suarum possessionum in perpetuum vtatur, atque gaudeat.* Et quia decens est, & laudabile, vt bona, & introitus præfato Monasterio ascripti, & ascripta in vanum sive inutiles vsus non convertantur, ideò statuimus, & ordinamus, *Quod per vos Venerabilem Priorem in dicto Monasterio statuantur, & ordinentur vsque ad decem Sacerdotes nostri Ordinis, & sex inter Diaconos, & Subdiaconos, qui in eodem Monasterio die, ac nocte Divina Officia, & necessaria*

ria secundum nostræ Religionis cõ suetudinem celebrent honestè, & religiosè vivant pro nostra nostræq; Religionis conservatione, & manutentione, & pro omnibus benefactoribus incessanter orent, & Deo immortali omnium bonorum datori gratias continuas cum summa devotione exhibeant, & exemplum sint omnibus benè vivendi, & eorũ vita cum sanctimonia, & magna solicitudine Cultus, & Officij Divini exacta vbique reddant odorem suavitatis, & odor nostræ Religionis semper crescat. Insuper quia ignorantes literas quandoque in magnos errores, & in paruam reverentiam Ecclesiasticæ disciplinæ, & Divinorum Officiorũ, incidunt, volentes, vt dictum Monasterium viris doctis, & bonis disciplinis imbutis continuò ornetur, & floreat, statuimus, & ordinamus, *Quod Prior quicumque vir dicti Monasterij pro tempore eligat, & ad stipendium ipsius Monasterij sumat, & habere debeat vnum Magistrum Grammaticum benè scientem, aptumque, seu idoneum ad docendum, qui continuatè Fratres, & Novitios ipsius Monasterij Grammaticam, & literas doceat, vt instructi sanctarum legum, & librorum Ecclesiasticorũ intelligentiam meliùs noscant, quibus animis benè instructis, & dispositis facilimè ad cognitionem sui Creatoris omnipotentis Dei nostri, & vitæ æternæ Creatoris præmia adipiscẽda perveniãt.* Vlteriùs quia mors communis est omnibus, cùm acciderit Priorem dicti Monasterij ex hoc sęculo ad Dominum nostrũ migrare, damus atque concedimus authoritatem, & licentiam *vobis dicto Priori, & successoribus vestris in dicto Prioratu Prioribus, vnà cum Fratribus dicti Monasterij præsentibus, & futuris, eligendi vnũ Priorem Ordinis nostri, & Religionis nostræ tàm de Fratribus dicti Monasterij, quàm aliarum Ecclesiarum prædicti nostri Prioratus, qui Prior eligendus sit bonæ conscientiæ, bonæ vitæ, & laudabilis conversationis, & famæ.* Insuper volumus, quod vos dictus Prior, & successores vestri habeatis curam, potestatem, & facultatem, & onus per vos, & vestrum Locumtenentẽ annuatim, & quando vobis videbitur, *visitandi, & reformandi, corrigendi, & emendandi præfatum Monasterium, & Fratres, ac Donatos, subditos, vasallos nostræ dictæ Domus in dicto Monasterio commorantes, præsentes, & futuros, mandantes, & præcipientes vniversis, & singulis Priori, Fratribus, ac cæteris quibuscumque in dicto Monasterio existentibus, sub virtute sanctæ obedientiæ, ac hominibus, & vasallis dicti nostri Monasterij, & ad servitia, & obsequia ipsius Monasterij deputatis, & deputandis sub sacramento fidelitatis, & homagij, quo nobis, & Religioni nostræ adstricti sunt, præsentibus, & futuris, vt vobis Venerabili Priori, & successoribus vestris in dicto Prioratu tanquam eorum Priori Superiori, & maiori reverẽter parcant, obediãt, & intendant, vobisque præbeant suum consilium, auxilium, & favorem in omnibus concernentibus vtilitatem, & commodum, bonum, & honorem ipsius Monasterij, bonorũque eius augmentationem, & conservationem, tribuantque, & obediant nostræ sacræ Religioni, prout alij Præceptores, & Præceptoriæ, & Fratres nostri dicti Prioratus nobis, & suprædictæ nostræ Religioni, & vobis præfato Priori, & vestris successoribus Prioribus sunt adstricti, & tenentur.* Insuper quia dignum est, qui religiositate vitæ,

moribus, & ſcientia, præcedunt cæteros, ita ante cæteros honoribus, & Beneficijs, cum pro tempore vacant, remunerari, & præmiari, vt alij ad ſimilem vitam, & ſimiles mores attrahantur, ideo etiam earum hanũ ſerie ordinamus, & ſtatuimus, *Quod quotieſcumque, & quandocumque aliquod Beneficium, ſive Prioratum alicuius Eccleſiæ, ſive aliqua Capella, ſive Capellania, quæ Curam, vel non Curam animarum habeat in dicto noſtro Prioratu, videlicét in Cameris Prioralibus vacaverit, conferatur per vos dictum Venerabilem Priorem Fratri, ſeu Fratribus dicti Monaſterij, antiano ſive antianis, ſufficienti, ſive ſufficientibus, idoneis, & benemeritis ſecundum turnum, & antianitatem vniuſcuiuſque.* Item ordinamus, *Quod libri, & lectiſternia, ſive ad lectum neceſſaria præfatorum Priorum Fratrum Capellanorum in dicto Monaſterio conſiſtentium, & eorum, qui Capellas, & Beneficia, vt præmittitur, adepti fuerint, morientium, & antea morituro rum in dictis Cameris Prioralibus, perveniant ad Eccleſiam, & Hoſpitale dicti Monaſterij, de quo inferius patebit.* Itẽ ordinamus, & mandamus, *Quod Prior, & Fratres dicti Monaſterij teneantur, & debeant ordinare, & facere propè dictum Monaſterium, ſive in dicto Monaſterio quoddam Hoſpitale ſulcitum rebus neceſſarijs, in quo infirmi, & pauperes peregrinantes refrigerium, refocillationem, recreationem, & medelam inveniant, ad honorem Omnipotentis Dei, & præfati Beatiſſimi Ioannis Baptiſtæ Patroni noſtri, & ſolatium pauperum, quorum cuſtodes ſumus.* Inſuper quo pateãt omnibus Privilegia indulgẽtiarum noſtræ Religioni conceſſa à Sacroſanctis Romanæ Eccleſiæ Pontificibus, Priori, ac cæteris in dicto Monaſterio conſiſtentibus, alijs quibuſcumque perſonis Eccleſiaſticis Fratribus noſtri Ordinis, & etiam Fratribus aliarum Religionum, *Publicandi, intimandi, ſermocinandi, & manifeſtandi huiuſmodi noſtra Privilegia, & indulgentias, quo citius trahantur populi ad devotionem noſtræ Religionis, illiq;, & præfato noſtro Monaſterio, ac cæteris Eccleſijs præfati Prioratus benefaciendum, & erogandum in ſalutem animarum ſuarum, & peccatorum ſuorum ſolatium, & medelam.* Etiã ordinamus, *Quod per vos dictum Priorem in veſtro Capitulo Provinciali eligere debeatis vnum Sacerdotem Priorem alicuius Capellaniæ, bonæ vitæ, converſationis, & famæ, qui vadat in ſocietate ſecundum conſuetudinem Prioratus Præceptorum, Ordinatorum, Viſitatorum, ad viſitandum Præceptorias, Membra, Eccleſias, Oratoria præfati Prioratus; qui quidem ſic electus inquirat de honeſtate, vita, & moribus Fratrum Sacerdotum, & Eccleſijs Officijs dedicatorum, & errores moneat; qui dictus Prior, ſive Sacerdos Viſitator prædictus relationem de omnibus per eum viſitatis in ſcriptis facere debeat, vobis dicto Priori in dicto Capitulo Provinciali, ad hoc vt valeatis ſuper male regentibus debitas correctiones, & proviſionem, ac punitionem impendere ſecundum formam ſtabilimentorum, bonorumque morum, & conſuetudinum noſtræ Religionis; qui quidem Viſitator ſuis iuribus, & ſalarijs gaudeat, quemadmodum conſueverint alij Viſitatores huiuſmodi viti, & gaudere in antenotato Prioratu.* Mandantes, & præcipientes vniverſis, & ſingulis dictę Domus noſtræ Fratribus, qua cumque authoritate, & dignitate fun-

fungentibus, & præsertim vobis Venerabili Priori, ac cœteris successoribus vestris, & quibuscumque Præceptoribus, & Fratribus dicti Prioratus in virtute sanctæ obedientiæ, & hominibus subditis, & vasallis nostris sub Sacramento fidelitatis, & Homagij, quo nobis, & dictę Religioni sunt astricti, ne contra has nostras, confirmationem, ratificationem, & gratiam, & cœterorum quorumcumque in præsentibus nostris Bullis expressorum, aliquatenus facere, vel venire præsumant, quinimo iuxta præmissorum seriem, & cõtinentiam studeant inviolabiliter observare. In quorum omnium testimonium, robur, & fidem Bulla nostra communis Plumbea præsentibus est appensa. Datum Rhodi in nostro Conventu durante nostro Capitulo Generali *die decimaoctava Novembris milleſſimo quadrigentiſſimo quinquageſſimo quarto.* Insuper *damus vobis Venerabili Priori, & Prioribus futuris in dicto nostro Prioratu authoritatem, & potestatem conferendi Beneficia infra scripta nostræ Religionis, videlicèt Sancti Ioannis de Sevilla, Sancti Ioannis Militum de Toledo, Sancti Ioannis de Sardon de Medina, & Sancti Ioannis de Benavente, cum vacabunt de tempore in tempus Fratribus de Sancta Maria de Monte, eo modo, & forma, sicut superius dictum est de Prioratibus, seu Beneficijs Camerarum Prioralium.* Datum vt supra.

37 *Bulla* 3. ita: Frater Ioannes de Homedes Dei gratia sacrę Domus Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani Magister humilis, pauperumq; Iesu Christi custos, & nos Baiulivi, Priores, Præceptores, & Fratres Domus eiusdem Concilium completum retentionum in vim Generalis Capituli Melitę in Domino celebrantes. Vniversis, & singulis præsentes nostras literas visuris, lecturis, & audituris, salutem in Domino, & prosperos ad vota successus. Exacta consideratione pensantes, quoniam de laborioso Mundi huius certamine nostræ saluti præter pia opera parùm aut nihil super esse videmus, solicita meditatione, curam, studium, & diligentiam quantum cum Deo possumus in hoc mortali sæculo adhibere conamur; vt quæ in Ordine nostro salubriter sunt à nostris maioribus constituta, ea non solum accuratissimè conserventur, verum etiam nostris temporibus suscipiant incrementa in spiritualibus, & temporalibus, nam cum inter varios humanæ fragilitatis anfractus difficile multum existat habitantibus rationabiliter super terram lapsus difugere peccatorum, opera multiformia pietatis ad salutis nostræ remedia, sanctorum constitutionibus inventa noscuntur, quibus præiudicia Christianæ Religionis insistant, necesse videtur, si Deũ propitium, pium, atque misericordem habere velimus. Cum igitur religiosus in Christo nobis charissimus Frater Bartholomęus Fernandez nostræ Domus Prioratus Castellæ, & Legionis Capellanus, ac nostrę Cancellariæ Secretarius, Cõventusque nostri Sanctę Marię Mõtis professus, & Procurator per supplicationem nobis, & nostro Generali Capitulo porrectam exposuisset, quod Venerandus, & Illustrissimus Religiosus in Christo nobis præclarissimus Frater Don Didacus de Toledo, Prioratus nostri Castellæ, & Legionis Prior, & nobiles, & Illustrissimos Fratres Don Bernardinus de Toledo, Don Antonius de Toledo, eius in præfatis Prioratibus Castellæ, & Legionis successores, ac cœteri Prioratus nostri

eiuſdem Præceptores, & Fratres Capitulum Prouinciale celebrãtes, zelo puræ deuotionis inducti, ac propriæ ſaluti memores facti, volentes ſumptibus, & expenſis dicti noſtri Conventus, quãtum in ipſis eſt, ſubvenire, in perpetuum donaviſſent, & conceſſiſſent dictæ Domui noſtræ Sanctæ Mariæ Montis omnia bona, & ſpolia Fratrũ, & Priorum dicti Conventus pro tempore decedentium, dicto Venerando, & Illuſtriſſimo Priori, & ſuis in dicto Prioratu ſucceſſoribus ſpectantia, & pertinentia, ſicut alijs literis authenticis Prioris, & Capituli nobis cõſtare fecit, ſupplicaviſſetque, vt dictam donationem, ſive conceſſionem, vt firma, & illibata permaneſſet, authoritate noſtri Generalis Capituli confirmare, & de novo concedere dignaremur. Nos verò ob temporis brevitatem huiuſmodi negotium retentionibus noſtri Capituli Generalis remiſimus, cuiuſquidem donationis, ſive conceſſionis tenor ſequitur, & eſt talis: *Don Fray Diego de Toledo, de la ſancta Caſa, y Hoſpital de San Iuan de Ieruſalem, humilde Prior en eſtos Reynos de Caſtilla, y Leon, del Conſejo de ſu Mageſtad, Teniente Generaal por el Iluſtriſſimo ſeñor nueſtro Gran Maeſtre, e Convento de Rodas, è del ſu comun Teſoro Governador en los dichos Reynos, teniendo y celebrando Capitulo Provincial en la nueſtra Villa de Caſtro Nuño, en vno, y juntamente con el muy Reverendo ſeñor Baylio de la Boveda, è Nobles ſeñores Comendadores, Cavalleros, y Perſonas de la dicha Religion que en el dicho Capitulo ſe hallaron preſentes, fue dada, é preſentada en el dicho nueſtro Capitulo por el Venerable Bachiller Fray Franciſco Diaz Guerrero, Prior de la nueſtra Caſa y Convento de Santa Maria del Monte, vna Peticion eſcrita en papel, el tenor de la qual es eſte que ſe ſigue. Muy Iluſtre ſeñor, è Sacro Capitulo. El Prior de ſu Convento de Santa Maria del Monte, ſuplica a V.S. que la merced que V.S. hizo al Convento de Santa Maria del Monte, de las Diſpullas de los Priores, y Freyles que dexaren quando falleſcen, que las aya el Convento, ſegun ſe contiene en la merced que V.S. hizo por algunas cauſas juſtas, y piadoſas que a V.S. movio, y por acrecentar la honra de aquel Convento, y ſuſtentar lo que ſus anteceſſores dexaron. Y porque eſto tenga perpetuidad, V.S. y Capitulo lo aprueben, y ſupliquen a nueſtro Gran Maeſtre, y Convento, lo aprueben, y favorezcan: y pues en eſta Caſa ſe ſirve a Nueſtro Señor, y ſe han de proveer della las perſonas que han de tener a cargo las animas de los vaſallos de los Pueblos, Nueſtro Señor ſea dello ſervido, y con el favor de V.S. en ſu tiẽpo acrecentado el Convento. Guarde, y proſpere Nueſtro Señor la muy Iluſtre perſona de V.S. en tanto acrecentamiento de Eſtado como deſea. E la dicha Peticion aſſi preſentada, preſentò aſſimiſmo en nombre del dicho Convento ante Nos dos Proviſiones de cierta gracia, è merced hecha por nos el Prior, è conſentida para deſpues de nueſtros dias por los ſeñores Don Fray Bernardino de Toledo, è Don Fray Antonio de Toledo, de las Diſpullas q̃ nos pertenecen, è bienes que quedaren, è fincaren de los Priores, è Capellanes de nueſtra Orden que fallecieren en eſta preſente vida, a la dicha Caſa y Convento de Santa Maria del Monte, de que en la dicha Peticion ſe haze mencion, el tenor de las quales dichas Proviſiones, ſucceſſiva vna en pos de otra, ſon eſtas*

estas que se siguen. Don Fray Diego de Toledo, de la santa Casa, è Hospital de San Iuan de Ierusalem, humilde Prior en estos Reynos de Castilla, y Leon, del Consejo de su Magestad, Teniente General por el Reverendissimo señor nuestro Gran Maestre, è Convento de Rodas, del su comun Tesoro, Governador en los dichos Reynos. Por quanto Nos tenemos deseo, é voluntad de ver muy acrecentada la nuestra Casa, è Monasterio, è Iglesia de Santa Maria del Monte de nuestra Orden de San Iuan, ê queriendo efectuarlo en alguna parte, emos pensado en la manera que podriamos tener para aprovecharla, y hazelle alguna merced que fuesse perpetua, por parecer que en aquella Casa, è Iglesia se sirve a Nuestro Señor, è donde los Freyles, è Religiosos que alli residê, o residieren han de ser proveydos Priores, è Curas de animas de las Iglesias, y Pueblos de nuestro Priorato. Porende, teniendo consideracion a lo susodicho, è a que Nos teniendo fin a que los tales Religiosos Conventuales, quando de alli salieren, é vinieren a ser proveidos de los tales Beneficios, y Iglesias tengã la habilidad, è letras que se requieren para mejor poder exercitar su oficio, è cargo emos proveido, que ordinariamente estén, y residan cierta parte dellos en estudios, adonde se les dè lo necessario a costa de la dicha Casa, demas de lo que emos mandado, que les dèn este efecto en cada vn año a los Priores de las Iglesias, è Pueblos de el dicho nuestro Priorazgo, è assimismo para el estudio que ordinariamente tienê en el dicho Monasterio. E porque para todo lo susodicho el Monasterio no se podria sustentar, si no fuesse favoreciendo, è ayudando lo: es nuestra voluntad de hazelle merced de las Dispullas, è hazienda que quedare, é fincare de los Freyles, Priores, è Capellanes de nuestra Religion del señor San Iuan al tiempo de su fin, y muerte, que a Nos, como a tales Priores de San Iuan, nos pertenecen, è pertenecer pueden, è deven en estos Reynos, que se entiende, que de la hazienda, y Dispullas que quedaren de los tales Religiosos, o les perteneciere por qualquier titulo, se haga inventario, donde ante todas cosas se paguen las deudas, è servicios que justamente pareciere quedar a deber los tales Religiosos difuntos, è sacado el estado que ha de quedar para el Prior, que le sucediere, el que han acostumbrado llevar; de todo lo demas poco, o mucho que quedare, hazemos la dicha merced a al dicho Monasterio, è Convento, é Freyles Religiosos dél, para que los ayan, è cobren por suyo è como suyo dende agora para siempre jamas. E por la presente damos poder, è facultad al Prior, o Administrador, o Subprior que es, o fuere de la dicha Casa, é Convento de Santa Maria del Monte, para que ellos mesmos, o las personas que substituyeren, puedan por su propria autoridad entrarse en los tales bienes, è Dispullas que assi quedaren de los tales Religiosos: ô sacadas las partes arriba declaradas, las puedan llevar, aver, y cobrar para el dicho Monasterio, como cosa suya propria, è que les pertenece sin impedimento alguno, ca dende agora traspassamos, è cedemos en el dicho Monasterio, è Convento todo el derecho, accion, è proprieaad, è señorio que auemos, y tenemos, è podemos aver, y tener a las dichas Dispullas, è haziẽda, cumpliendo todo lo que arriba va declarado, en lo que toca a las deudas, servicio, y estado, que como dicho es queremos que quede exceptuado

tuado para quien lo deba aver, conforme a los Establecimiẽtos de nuestra Orden, é Bulas concedidas a la dicha Casa, e loables costumbres della. Por la presente mandamos al nuestro Governador, o Governadores, que son, o fueren en las Villas, e Lugares del dicho nuestro Priorazgo, e Orden, so pena de cada diez mil maravedis para nuestra Camara, e de pagar el interese al dicho Convento. E exortamos, e encomẽdamos, e de parte de la Iusticia pedimos a qualesquiera Regidores, e Iusticias destos Reynos, que siendo con la presente requerido, o requeridos de parte de la dicha Casa, e Convento, les den, e hagan dar todo el favor, e ayuda que fuere necessario, e se les pidiere para execucion, e cumplimiento de la dicha cobrança de Dispullas perteneciente al dicho Convento, e Monasterio por esta nuestra Provision, para que la ayan, e cobren bien, e cumplidamente. E por la presente ruego, y pido por merced a los señores Priores q̃ sucedieren despues de Nos en este nuestro Priorazgo, y Estado, que tengan por bien esta merced, e gracia por nos fecha de las dichas Dispullas al dicho nuestro Monasterio, e Convento, pues es obra de caridad ayudar a sustentar aquella Casa, e Convento donde se sirve Nuestro Señor, y lo que perpetuamente ha de durar para el descanso, e salvacion de las animas, e porque tengan cuydado de rogar a Dios Nuestro Señor por ellos, e por nos. E pedimos, y suplicamos al dicho Reverendissimo señor Gran Maestre, e a su muy Reverendo Consejo, Convento, e sacro Capitulo, que confirmen, e aprueben esta gracia, e traspassacion que assi hazemos en el dicho Convento, para que sea valida, e de entero efecto, perpetua, y para siempre jamas, como Nos se la concedemos con todas aquellas clausulas, e vinculos que son necessarios para que sea firme, estable, e valedera, e de entera perpetuidad. E por quanto Nos tenemos hecha gratia, e merced a Pedro de la Fuente nuestro Camarero, de las dichas Dispullas, que a Nos pertenecen de los dichos Priores, e Religiosos, dende algunos dias, e años a esta parte, para que las goze, segũ que a Nos pertenecen por todos los dias de su vida: entiendese, que esta merced, e gracia que assi hazemos al dicho Monasterio, e Convento, sea sin perjuyzio del dicho nuestro Camarero, que ha de gozar de las dichas Dispullas libremente por todos los dias de su vida [como dicho ès) sin que aya ninguna cosa que lo impida, porque esta es nuestra volũtad, teniendo consideracion al cargo en que le somos, é à los muchos servicios que del avemos recibido. En firmeza de lo qual mandamos dar, y damos la presente, firmada de nuestro nõbre, sellada con el Sello de nuestras Armas, e refrendada de nuestro Secretario. Dada en la villa de Consuegra á quinze de Iulio año de mil quinientos y treinta y tres. El Prior de San Iuan. Por mandado del Prior de San Iuan, mi señor. Gaspar Sanchez su Secretario. Nos Don Fray Bernardino de Toledo, é Fray Don Antonio de Toledo, dezimos, que por quãto somos informado, y nos consta, que el muy Ilustre señor Don Fray Diego de Toledo, Prior de San Iuan en estos Reynos de Castilla, y Leon, nuestro señor, hizo merced, è gracia á su Monasterio, è Convento de Santa Maria del Monte, de las Dispullas, y bienes que quedaren, é fincaren de los Priores, e Capellanes de su Orden, e fallecieren desta presente vida, que pertenecen à su Señoria,

Dig

Dignidad Prioral, para que las goze perpetuamente para siempre jamas de aquella parte que a su Señoria le pertenece derechamẽte dellas conforme a los Establecimientos de la Orden, è loables costumbres de ella, con tal aditamento, que Pedro de la Fuente, su Camarero, gozasse de cierta merced que dellas le tiene hecha, como mas largamente en la dicha Provision se contiene, a que nos referimos. E porque en la dicha Provision, queriendo su Señoria q̃ sea esta merced perpetua, è de toda validacion, pide, è ruega a los Priores, que despues de su Señoria sucedieren, que tengan por bien la dicha gracia, è merced, que assi les ha hecho, la aprueben, e les dè facultad para que las puedã confirmar. Por ende, porque nosotros tenemos regresso al dicho Priorazgo de Castilla, y Leon, despues de los dias de su Señoria, que sean largos, por Provisiones patentes del Gran Maestre, è Convento de Rodas, confirmadas por la Santidad del Papa nuestro señor: dende aora dezimos, en la mejor forma, y manera que podemos, è devemos, è consentimos en la dicha gracia, ê merced por su Señoria hecha de las dichas Dissullas al dicho Monasterio, è Convento de Santa Maria del Monte, è si necessario es, de nuevo le damos, e hazemos la dicha merced, è tenemos por bien que venga en efecto en todo, e por todo la dicha Provision, è merced hecha por su Señoria al dicho Monasterio, è Convẽto. E de lo susodicho dimos la presente firmada de nuestros nombres, è refrendada de Gaspar Sanchez, Secretario de su Señoria, la qual queremes que valga, è sea de tanta fuerza como si la dieramos estando ya puestos, e constituidos en la dicha Dignidad Prioral. Fecha en la Villa de Consuegra a diez y seis de Iulio de mil y quinientos y treinta y tres años. Fr. Don Bernardino de Toledo. Fr. Don Antonio de Toledo. Por mandado de sus Señorias, Gaspar Sanchez, Notario. E las dichas Provisiones de suso incorporadas, è Peticion assi presentado, e por Nos mandado vea, e visto el tenor, e forma dellas, paresciẽdonos cosa justa, è razonable, que en todo tiempo sea por Nos, e por los Superiores, e personas de la dicha Orden favorecida, è acrecentada la dicha nuestra Casa de Santa Maria del Monte, en la mejor manera que podemos, ô devemos: aprobamos, è loamos las dichas Provisiones, è queremos que aora, e en todo tiempo sean firmes, è valederas, è se guarden, è cumplan en todo, è por todo lo en ellas contenido, como si fueran hechas en este nuestro Capitulo, interponemos a ellas nuestra autoridad Capitular, para que valga, e sea firme lo en las dichas Provisiones contenido perpetuamente, è para siempre jamas. E pedimos, é suplicamos al dicho Reverendissimo Gran Maestre, è su muy Reverendo Convento, è Consejo, e sacro Capitulo, que pues todo lo susodicho es encaminado al servicio de Nuestro Señor, e acrecentamiento de la dicha Casa, que mande aprobar, e confirmar las dichas Provisiones in todo, e por todo, e manden dar al dicho Convento sus Bulas dello, para que quede mas firme, e de entera valiacion. E de lo susodicho mandamos dar, y dimos la presente firmada de nuestres nombres, sellada con nuestro Sello Capitular, e refrendada de nuestro Secretario. Dada en el dicho nuestro Capitulo a tres dias del mes de Iulio año de mil y quinientos y treinta y cinco. El Prior de San Iuan. El Comendador Fr. Lope de Paz. El Comendador Fr. Gonça

lo

lo de Monroy. Fr. Don Luis de Lara. Fr. Hernando de Ribadeneira, Comendador de Reynoſo. Fr. Pedro Nuñez del Aguila, Comendador de la Iunta. Diego Ordoñez. Por mãdado del Prior mi ſeñor, è Capitulo, Gregorio Macias, ſu Secretario. E yo Gregorio Macias, vezino de Zamora, Secretario del muy Iluſtre ſeñor Prior de Caſtilla, y Leon, mi ſeñor, e de ſus Capitulos, e Aſſimbleas, preſente fui en el dicho Capitulo a todo lo que paſsò. E de pedimiento de Fr. Franciſco Diaz Guerrero Prior del Convento de Santa Maria del Monte, lo fize ſacar de mi regiſtro, ſegun que paſsò. E para mayor firmeza fize aqui mi ſigno, que es tal. En teſtimonio de verdad. Gregorio Macias.

Nos verò cupientes ea, quæ pro augmento, & decore Cultus Divini, manutentione, & ſuſtentatione dictæ Domus, & Conventus noſtri S. Mariæ de Monte, & Religioſorum eius conceſſa ſunt, *firma, & illibata permaneant authoritate, & decreto dicti noſtri Venerandi Concilij completi retentionum in vim Generalis Capituli dictam conceſſionem, ſive donationem, vt præmiſſum eſt cum ſcrutinio ballotarum nemine diſcrepante, confirmamus, approbamus, & ratificamus, præſentiſque ſcripti patrocinio communimus, ac pro maiori cautela de novo in perpetuum, quatenus opus eſt, confirmamus, laudamus, cõcedimus, donamus, & ratificamus ſupplentes omnes, & ſingulos defectus tàm iuris, quàm facti, ſi qui forſan in dicta donatione, ſive conceſſione intervenerint.* Mandantes dicto Venerando, & Illuſtriſſimo Priori, moderno, & ſuis in dicto Prioratu ſucceſſoribus in virtute ſanctæ obedientiæ ne vllo vnquam tempore dictæ donationi, ſive conceſſioni contraveniant, imo ipſam inviolabiliter obſervent, & ab alijs obſervari faciant; mandantes etiam, & præcipientes vniverſis, & ſingulis dictæ Domus noſtræ Fratribus quacunq; authoritate, dignitate, officioque fungentibus, præſentibus, & futuris in vim dictæ obedientiæ, ne contra præſentes noſtras confirmationis, & donationis literas aliquatenus facere, vel venire præſumant, quinimo ipſas inviolabiliter obſervent: mandantes, & tenorem præſentiũ vniverſis, & ſingulis Gubernatoribus, Iuſtitijs, Iuratis, Concilijs, & Vniverſitatibus, ac ſingularibus perſonis, vicinis, & habitatoribus, vaſallis noſtris, & dictæ noſtræ Religionis, vaſallarem, locorum, vbi talia Beneficia conſtituta ſunt, quatenus ſub Sacramento fidelitatis, & Homagij nobis, & Religioni noſtræ debitæ, ac ſub pœna in dicta donatione eis impoſita, vt in recuperatione dictorum bonorum Procuratori dicti Conventus noſtri Sanctæ Mariæ de Monte, cum ab eodem inſtanti, ac requiſiti fuerint, omne auxilium, conſilium, favorem, dent, præbeant, & præſtent, exhortantes, & inſtanter requirentes, quoſcunq; Prætores, & eorum Iudices, vel quoſlibet alios officiarios in Regno Caſtellæ, & Legionis conſtitutos, vt pro iuſtitia, cum nomine dicti Conventus, & Domus requiſiti fuerint, ſibi omnem neceſſarium favorem ad ſupradicta conſequendum præſtent, & præbeant. In cuius rei teſtimonium Bulla noſtra communis Plumbea præſentibus eſt appenſa. Datum Melitæ in Conventu noſtro durantibus retentionibus noſtri Capituli Generalis die 20. menſis Martij milleſſimo quingenteſſimo trigeſſimo nono ab Incarnatione Dominica.

Bulla 4. ita: Frater Hugo de 38
Lou-

Loubenx Verdala Dei gratia Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Tituli Sanctę Mariæ in Porticu Diaconus Cardinalis, ac sacræ Domus Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani Magister humilis pauperumq; Iesu Christi custos Illustrissimo, ac venerando religioso in Christo nobis præclarissimo Fratri Don Ferdinando â Toleto Prioratus nostri Castellę, & Legionis Priori salutem in Domino, & diligentiam in Commissis.

Cum aliás per nos nostrumque venerandum Concilium provisum fuisset, tibique pariter iniunctum, vt omni mora, & contradictione postposita, tu vna cum Fratribus Domus, seu Conventus Ordinis nostri Sanctæ Mariæ in Monte intrà limites istius Prioratus, prout hactenus obseruatum fuerat, Priorem eiusdem Domus, & Conventus, de quo per annos ferè duodecim caruerat, eligeretis, sed nonnullis de causis moti voluimus, quod Prior eligendus de triennio in triennium eligeretur vsque ad celebrationem Capituli Generalis proximè præteriti, prout ex literis è Cancellaria desuper expeditis sub die vltima mensis Augusti anno millesimo quingentesimo octuagesimo quinto, ad quas relatio habeatur, latius constat, & apparet: postea verò per alias similes literas supradictarum executionem, & effectum suspendimus negotium ad Capitulum Generale præfatum remittentes, & mandandantes, vt procuratores instructos, tàm tu, quàm Fratres ipsius Conventus ad ipsum Generale Capitulum mitteretis, & vnà copiam authenticam, siue transumptum fundationis, vt partibus auditis, quod pro meliori regimine dicti Monasterij facere videretur, prouideri posset, prout ex literis ipsis sub die decimaquinta mensis Iunij millesimo quingentesimo octuagesimo septimo è Cancellaria expeditis, ad quas similis relatio habeatur, latius constat. Cumque nihil horum dicta celebratione Capituli Generalis durante effectum fuerit, nobisque, ac dicto venerando Concilio pro parte maioris partis Fratrum dicti Monasterij, vt asserimur, supplicatum fuerit, vt de remedio oportuno prouidere dignaremur, dictumque Monasterium Priore amplius carere non pateremur. Ea propter huic malo, atque quieti, & tranquilitati religiosorũ prædictorum ex officio nobis iniuncto quantum possumus succurrere cupientes, literas super sessorias secundo loco sub die decimaquinta mensis Iunij millesimo quingentesimo octuagesimo septimo expeditas abrogantes, eisdemque non obstantibus cum deliberatione dicti nostri venerandi Concilij, tenore præsentium tibi in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, & mandamus, vt cum primum præsentes nostræ tibi præsentatæ fuerint iuxta tenorem dictarum literarum sub die vltima mensis Augusti millesimo quinquagesimo quinto *Priorem dicti Monasterij ad triennium vnà cum Fratribus eiusdem Monasterij, prout hactenus obseruatũ fuit, & iuxta fundationem præfatam eligas, seu eligi cures, ex antianoribus, magisque benemeritis, & sufficientibus Fratribus Conventualibus, tàm intra, quàm extra dictum Monasterium degentibus, & similiter de triennio in triennium vsque ad aliam nostram prouisionem, & mandatum, reddita prius ratione administrationis gestæ per Priorẽ officio functum coram Procuratore tuo, quem ad id deputare te teneri, volumus, & mandamus, & deputatis à Fratribus supradicti Monasterij:*

terij: taliter autem in præmiſsis te geras, vt de vera obedientia apud nos commendari valeas. In cuius rei teſtimonium Bulla noſtra Magiſtralis in cera nigra præſentibus eſt impreſſa. Datum Melitæ in Conventu noſtro die decimaquinta menſis Iulij milleſsimo quingenteſsimo octuageſsimo octavo.

39 *Bulla 5.* it: Frater Aloſius de Vignacourt Dei gratia ſacræ Domus Hoſpitalis S. Ioan. Hieroſolymitani, & Militaris Ordinis ſancti Sepulchri Dominici Magiſter humilis, pauperumque Ieſu Chriſti cuſtos, vniverſis, & ſingulis præſentes noſtras literas viſuris, lecturis, & audituris, ſalutem: notum facimus, & in verbo veritatis atteſtamur, quod infraſcriptum decretum extractum fuit ex libro, ſeu regiſtro Conciliorum noſtræ Cancellariæ, in quo ſimilia decreta annotari, & regiſtrari ſolent, quod quidem decretum in hanc publicam formam extrahi, & redigi iuſsimus, vt vbiq; tâm in iuditio, quàm extra ſemper eidem adhibeatur plena, & indubitata fides, cuius tenor eſt, qui ſequitur: *Die vigeſſima tertia menſis Maij milleſſimo ſexenteſſimo decimo nono ſuper appellatione interpoſita per procuratorem Prioris, & Fratrum Conventus Sanctæ Mariæ de Monte Ordinis noſtri á deliberatione, quatenus contra, emanata in veneranda Camera computorum ſub die vigeſſima ſexta Septembris anno milleſſimo ſexenteſſimo decimo quinto occaſione ſpoliorum Fratrum, qui ſunt proviſi de Beneficijs dicti Conventus, & præcipuè ſpolij cuiuſdam Fratris Ioannis de Avila Beneficij Sancti Ioannis de Acre Civitatis Hiſpalenſis Beneficiati, ſeu Prioris. Audito Don Fr. Antonio Pontremol ipſius Conventus procuratore iuxta formam Bullæ ſacri Generalis Capituli in favorem dominorum Prioris, & Fratrum eius principalium ſub die vigeſſima Martij milleſſimo quingentiſſimo trigentiſſimo nono ab Incarnatione expeditæ, & eorũ inveteratam poſſeſſionem, in qua ſunt percipiendi huiuſmodi ſpolia, eiſdem reſtitui, & relaxari debere ſpolium præfati cuiuſdam de Avila, & quidquid ad illud ſpectans á communi Ærario, ſive illius receptore in Prioratu Caſtellæ hactenus fuerit exactum, nam integré ita diſponente dicta Bulla, & privilegio Capitulari pervenire debet ad ipſum Conventum, etiam ex tenore ſupradictæ deliberationis venerandæ Cameræ computorum, cum per atteſtationem authenticè productã clarè liqueat, præfatum Fratrem Ioannem de Avila obijſſe aliquibus diebus antequam quidam Fr. Don Bernardinus de Toledo Commendæ de Toſsina Commendatarius vita functus eſſet; & propterea minimè dici poteſt ipſum fuiſſe defunctum tempore Vacantis, & Mortuarij dictæ Commendæ, vt præſuppoſitum fuit in veneranda Camera computorum ex vna, & intellecto D. Fr. Gabriele Roſſet procuratore cauſarum communis Ærarij poſtulante dictam deliberationem confirmandam foré, eo vel maximè, quod prætenſa atteſtatio ex adverſo exhibita circa diem obitus prædicti de Avila non eſt in forma probante, cum ſigillo, & legalitate careat, ita vt ei nulla fides adhiberi poſsit, partibus ex altera. Illuſtriſsimus, & Reverendiſsimus Dominus Magnus Magiſter, & venerandum Concilium cum ſcrutinio ballotarum nemine diſcrepante omnibus benè perpenſis, habitaque inſuper relatione comiſſariorum ad audiendum, & referendum deputatorum, prædictum*

dictum ſpolium cuiuſdam Fr. Ioannis de Avila adiudicaverunt præfatis Priori, & Fratribus, ſeu Conventui Sanctæ Mariæ de Monte, ad quos ſpectare declaraverunt, eiſque relaxari mandaverũt. Et quia ita ſe habet veritas, factaque fideli cum originali collatione concordare comperimus, ideo in huius rei teſtimonium Bulla noſtra Magiſtralis in cera nigra præſentibus eſt impreſſa. Datum Melitæ in Conventu noſtro die vigeſima ſeptima mẽſis Maij milleſimo ſexcenteſimo decimo nono.

CAPVT IV.

DE INTERDICTO Poſito ab Epiſcopo in Eccleſijs Hieroſolymitanis non ſervando. Et quid in Monaſterijs Monialium.

SVMMARIVM.

INterdicti tempore Miſſas, & Divina Officia celebrandi privilegium obtinet Ordo S. Ioannis. 1. & 5.

Interdicti non ſervandi privilegia Regularium revocata ſunt per Concilium. 2. contra. 3. & 4.

Interdicti tempore celebrantur Divina ianuis apertis, & pulſatis campanis in aliquibus diebus de iure, & de conſuetudine. 6.

Interdictum an ſervari debeat in Monaſterijs Monialium S. Ioannis. 7. & 8.

Privilegium interdicti conceſſum Regularibus competit Monialibus. 8.

Privilegia Hieroſolymitana confirmata ſunt exceptis decretis Concilij Tridentini, in quibus ſpecifice eadem religio exprimitur. 9.

Ordinarius debet examinare mulieres volentes habitum religioſum aſſumere ante ingreſſũ, & ante profeſſionem ex Concilio Tridentino, quod in Hiſpania non eſt in vſu quantum ad primum examen, ſed ſolùm quantum ad ſecundum; quod in Monaſterijs Monialium S. Ioannis fit per Vicarium Ordinis. 10.

Cap. 15. ſeſſ. 25. de Regul. non comprehendit Milites Regulares. 11.

Viſitatio Eccleſiarum Hieroſolymitanarum quantum ad Sacramentorum adminiſtrationem fit à Prælatis Ordinis. 12.

Conſuetudo immemorabilis non ſervandi interdicta poſita ab Ordinario Eccleſiaſtico ſervanda eſt. 13.

Conſuetudo eſt interpres legum, & ſtatutorum, quæ ex decennij lapſu interpretantur. 14.

Poſſeſſio quadraginta annorum cum titulo ſufficit ad præſcriptionẽ exemptionis. 15.

Epiſcopus agere debet coram Superiore exemptorum, vt cogat Regulares ad parendum ei in caſu permiſſo, & non parentes puniat. 16.

INter alia privilegia, quæ Clemens VII. Religioni Hieroſolymitanæ, & eius Eccleſijs conceſſit, & confirmavit Pius IV. in Bull. quæ incip. Circunſpecta, kalend. Iulij 1560. apud Laert. Cherub. tom. 2. pag. 9. vnum eſt, tempore interdicti (dummodo illi cauſam non dediſſent) excommunicatis, & interdictis excluſis, clauſis ianuis, & ſubmiſſa voce, Miſſas, & alia Divina Officia celebrandi. Sed an revocatum ſit per Concilium Tridentinum Cap. 12. ſeſſ. 25. de Regulari-

larib. vbi decernitur, cenſuras, & interdicta ab Ordinario fulminata in Eccleſij Regularium exemptis
2 debere obſervari, eſt dub. ū, & quod privilegia Regularium in dicto capite ſint ablata, tenent Navarr. *in Man. cap. 27. n. 190. & conſ. 7. de privileg. in nov.* Nicol. Garcia *de Beneficijs. p. 3. cap. 2. n. 280. & 5. p. cap. 8. nn. 87 verſ. Ad* 8. Armendariz *ad Recop. leg. Navar. lib. 2. tit. 18. l. 7. de Religione, num. 73.* Barboſa *de Poteſt. Epiſcop. allegat. 105. nu 44. & de iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 43. n. 121.* Tamburin. *de iur. Abbat. tom. 2. diſp. 16 q. 4. n 9.* qui pro ſua opinione declarationes ſacræ Congregationis referunt.

3 Sed nihilominus contraria opinio communior eſt, & revocata nó eſſe privilegia Regularium, cum in dicto decreto nulla ſpecialis revocatio privilegiorū fiat, nec clauſula derogatoria detur. Tenent Hériquez *in ſumm. lib. 13. cap. 48. §. 1.* Rodericus *in Bull. Cruciat. §. 5. num. 15. & in addit. nu. 13. & 35. & quæſt. Regul. tom. 2. q. 112. art. 3.* Sayr. *de cenſur. lib. 5. cap. 13. n. 24. & 25.* Ioan. à Cruce *de ſtat. Relig. cap. 7. dub. 2. concl. 2.* Miranda *in Man. Prælat. tom. 2. q. 37. art. 12.* Medina *in ſumm. lib. 1. §. 13.* Ludovicus Lopez *inſtruct. conſ. 2. tom. 2. p. c. cap. 21.* Sorbus *in compend. privileg. verb. Interdictum. 3. in princip.* Barboſa *in collect. ad dict. cap. 12. nu. 4.* Peirinis *tom. 1. privileg. Minim. conſt. 2. nu. 51.* Diana. *3. p. trac. 2. de dub. Regul. reſol. 133.* Bonacina *tom. 3. de cenſuris, diſput. 2. q. 8. punct. 14. n. 11.* vbi reſpondet ad declarationes Concilij, & benè ſatisfacit Lezana *tom. 2. cap. 21. numer. 19.* vbi tradit omnia ferè privilegia Regularium, & probat non eſſe derogata per Concilium, *& in ſumm. verb. Interdictum, num. 28.* vbi refert plures Authores, & inquit declarationes ſacræ Congregationis, quas referunt Barboſa, & Navarrus, nó eſſe authenticas, nec illis credendum. Machado *in Perfect. Confeſſ. tom. 1. lib. 4. p. 6. tr. 10. docum. 4. nu 4.* Pellizarius *in Man. Regul. 2. tom. tract. 8. cap. 5. ex numer. 97. cum ſeqq.* Hieron. Garcia *in Polit. Regul. tom. 1. tr 8. dif. 3. dud. 1. punt. 2. n. 5.* vbi refert privilegium Pauli V. conceſſum Ordini Ciſtel. Mendo *de Ordin. Militar. diſq. 12. n. 138.* vbi tradit Bullam Leonis X. conceſſam Religioni S. Iacobi de Spatha de privilegio interdicti. Cum alijs Virginius Alviſet *de privilegijs Regular. ſect. 4. dub. 24. per totum.*

Neque obſtant declarationes à 4
Doctoribus contrariæ opinionis relatæ, quia non ſunt authenticæ, & ſunt innixę doctrina Navarri, qui communiter reiectus eſt; nec faciūt legem, vt inquit Bonacina, & alibi notamus; tùm quia cenſentur ſolùm revocata generalia quædam privilegia, ſeu potius explicata privilegia, quibus religioſi putabant, ſe immunes eſſe ab interdictis generaliter latis ab Ordinario, cum id in ipſorum privilegij non eſſet ſufficienter expreſſum: nos autem loquimur de privilegijs hoc exprimẽtibus conceſsis ante Tridentinum, & à fortiori de conceſsis poſt Tridentinum, vt ſunt privilegia Pij IV. Clementis VIII. Sixti V. Urbani VIII. & Innocentij X. confirmatoria privilegiorum Ordinis S. Ioannis, conceſſa in maiori parte à Clemente VII. quod quidem privilegium interdicti non ſervandi in Eccleſijs Hieroſolymitanis in viridi eſt obſeruantia in hac Civitate Hiſpalenſi in territorio Ordinis; & 5
cum anno præterito 1602 Ordinarius Eccleſiaſticus procederet contra

tra Fr. Ioannem de Avila Priorem Eccleſiæ S. Ioannis de Acre, vt interdictum ſervaret, Prior ſuſcitavit conſervatorem Fr. Hieronymum de Merlo Priorem Eccleſię Sancti Benedicti Ordinis Militaris Calatravæ, qui inhibuit Ordinarium, & cenſuras contra eum promulgavit, & cum cauſa deferreretur per viam violentiæ ad Senatum Regium Hiſpalenſem, non facere vim conſervatorem decretũ fuit 7. Septembr. 1602. vt conſtat ex cauſa, & decretum ad literam ſcripſi in defenſorio Apologetico 1659. *num.* 167. & in hac conſuetudine immemorabili ſtat Religio: cum enim interdicta in his temporibus frequentiora ſint, nunquam ea ſervavit Religio, vt anno præterito 1657. in quo interdictum generale fuit in toto Archiepiſcopatu ad immunitatem Eccleſiaſticam tuendam, quod quidẽ interdictum non fuit ſervatum in Eccleſijs Ordinis, iubente ita Domino Fr. D. Martino de Villalva Baiulivo de Lora Commendatario de Ievenes, & Calaſparra Locumtenenti Sereniſsimi Principis Domini mei D. Ioannis de Auſtria Magni Prioris in epiſtola 24. Iulij 1657. Priori S. Ioannis de Acre miſſa.

6 Non ſolùm autem ianuis clauſis, ſed cum omni ſolemnitate ianuis apertis, & pulſatis campanis Divina debent celebrari tempore interdicti in aliquibus diebus contentis *in Cap. alma mater, de ſentent. excommunicat.* & ex conſuetudine immemorabili in feſtivitate S. Ioannis Baptiſtæ, ad quam ſe extendit diſpoſitio prædicti textus, vt cum alijs affirmat Lezana *tom.* 1. *cap.* 21. *numer.* 19 *& in ſumm verb. Interdictum quo ad Regulares, num.* 28. vbi extendi, inquit, hoc privilegium ſolemniter celebrandi Divina, dummodo interdicto cauſam non dederint, aut eſſent ſpecialiter interdicti, pro feſtis Sanctorum Ordinis; & poſſunt etiam eodem tempore interdicti celebrari Divina ianuis apertis, & pulſatis campanis in feſto SS. Sacramenti, & per totam Octavam illius per vnam Extravag. Martin. V. quod extenditur etiam probabiliter quo ad aliquos Regulares, & alios, qui cum ipſis habent communicationem privilegiorum ad feſta Conceptionis, Viſitationis, & Nativitatis Beatę Marię, & Nativitatis S. Ioannis Baptiſtæ, & ad feſta Sanctorum reſpectivè ſuarum Religionum, necnon aliorum Sanctorum, & Sanctarum, ſub quorum invocationibus Eccleſię Regularũ dedicatæ, & conſtructæ ſunt, ſeu quorum corpora in ipſis Eccleſijs recondita exiſtunt: necnon hebdomadarum Sanctæ, & Reſurrectionis Domini noſtri feſtivitatibus, & per Octavas earumdem omnium feſtivitatum: necnon quoties religioſi profeſsionem emiſſerint, vel primã Miſſam celebraverint, ſeu in ſuis Eccleſijs humana cadavera Eccleſiaſticæ ſepulturę tradi contingerit, vt per Lezanam *dicto num.* 19. Virginius Alviſet *de privileg. Regul. ſect.* 3. *cap.* 14. *n.* 21. Peirinis *ſupra conſtit.* 2. *Sixti IV. §.* 11. *nu.* 51. *&* 52. Caſarub. *in compend. verbo. Interdictum. n. n.* 10.

7 Maior autem difficultas verſatur reſpectu Conventuum Monialium S. Ioannis Hieroſolymitani; nam *in Cap.* 22. *eiuſdem ſeſſionis* 25. *de Regular.* deciſum eſt, vt omnia, & ſingula in ſuperioribus decretis contenta, obſervenţur in omnibus Cœnobijs, ac Monaſterijs, Collegijs, ac domibus quorumcumq; Monachorum, ac Regularium, necnon quarumcumque Sancti Monialium Virginum, ac viduarum, *etiam ſi illa ſub gubernio Militiarum etiã Hieroſo-*

roſolymitarum viuant. Vndè interdictum, quod ſeruari præcipitur *Cap.* 12. *eiuſd. ſeſſ.* 25. *de Regul.* videtur ex decreto *Cap.* 22. ſeruandũ in Eccleſijs Monialium S. Ioannis. Ex quo fundamento ſeruari debere interdictum ab Ordinario Eccleſiaſtico poſitum in Dœceſi in Conuẽtu Monialium S. Eliſabeth huius Ciuitatis prætendebatur.

8 Sed nihilominus contrarium ſeruatum fuit, & ſeruari poſſe defenditur, primò; quia priuilegium interdicti non ſeruandi conceſſum Religioni competit etiam Monaſterijs Monialium, quæ ijſdem priuilegijs potiuntur ex Bulla Innocẽtij VIII. & alijs traditis ſupra *Cap. anteced. ex num.* 19. Secundò, quia *in dicto*

9 *Cap.* 12. de cenſuris, & interdictis non exprimitur Religio Hieroſolymitana, & ſecundum Bullam Innocentij X. *quæ incip. Vniverſalis.* 18. *Iulij* 1648. priuilegia omnia Ordinis confirmata ſunt exceptis decretis Concilij Tridentini, & Conſtitutionibus Apoſtolicis, necnó alijs, in quibus ſpecificè eadem Religio exprimitur, & comprehendi diſponitur, & ita cum expreſſa non ſit Religio, videtur in dicto decreto non comprehendi; vt nec comprehendantur priuilegia Regularium, quæ non reuocantur *dicto Cap.* 12. vt communis eſt opinio. Tertio,

10 quia *in eadem ſeſſione Cap.* 17. diſponitur, vt mulieres volentes Habitum Religionis aſſumere, examinentur ab Ordinario ante ingreſſũ, & ante profeſſionem: in Hiſpania autem non ſeruatur dictum decretum, nec bis examinantur, ſed ſemel tantùm ante profeſsionem, vt ex multis notat Barboſa *ibi num.* 4. & in prædicto Conventu hoc examen fit à Vicario Ordinis, nec vnquã Ordinarius Eccleſiaſticus hanc fecit explorationem. Quarto *ex Capit.* 15. *eiuſd. ſeſſ.* quo diſponitur, 11
quod profeſsio non fiat ante decimum ſextum annum expletum, quo decreto Milites Regulares non cõprehendi, deciſum, & declaratum eſt, vt ex multis notat quoque Barboſa *ibi num.* 2. Quinto *ex Cap.* 11. *eiuſd. ſeſſ.* de viſitatione Eccleſiarũ 12
Regularium quantum ad Sacramẽtorum adminiſtrationem, quod etiã non obſeruatur in Eccleſijs Hieroſolymitanis, *vt ſupra Diſcept.* 13. *cap.* 12. *& Diſcept.* 14. *cap.* 1. *n.* 14. 13
continetur. Sexto, denique pro inobſeruantia facit conſuetudo immemorabilis, quæ viget in dicto Monaſterio non ſeruandi interdicta poſita ab Ordinario Eccleſiaſtico, quæ nunquam ſeruauit; cui conſuetudini legitimè præſcriptæ videtur ſtandum, ea vtendo excluſo ſcandalo, vt tenet Lezana *tom.* 2. *cap.* 1. *nu.* 21. 14
Conſuetudo enim interpres eſt quarumcumque legum, & ſtatutorum, quæ ex decennij lapſu interpretantur. *Cap. cum dilectus, de conſuetud.* & ad præſcriptionem exemptionis ſufficit poſſeſsio quadraginta annorum cum titulo. *Cap.* 15
cum perſonæ. §. Quod ſi tales, de priuileg. lib. 6. hìc autem Conventus Monialium habet poſſeſſionem immemorabilem, & titulum priuilegij Clementis VII. & aliorum pro interdicti in obſeruantia, in cuius poſſeſſione manutenẽdus eſt, prout de facto manutenetur.

Verùm ſi Ordinarius Eccleſiaſti 26
cus ratione huius inobſeruantiæ procedere vult contra Hieroſolymitanos, vel contra Moniales eius Ordinis, animadvertendũ eſt, quod *in dicto Cap.* 12. *nec in tota ſeſſ.* 25. conceditur talis iuriſdictio Ordinario; & quamvis generaliter Barboſa *in dict. cap.* 22. *n.* 7. inquat, quod delinquentes religioſos in caſibus, in quibus ex Concilio Tridentino

iuriſ-

iurisdictioni Episcoporum subduntur, excommunicari, & alijs pœnis puniri posse arbitrio ipsius Episcopi: vbi id decretis non exprimitur, contrarium verius est; sed debet agere coram Superiore Ordinis, vt eos cogat ad parendum, & non parentes puniat, ad notata *in Cap. nolentes §. Ineos, de privileg. in 6.* Alderete, Checchier, Gratianus, & alij relati *supra cap. 2. n. 14.* & nullo modo potest eos excommunicare, ex relatis *Discept. 13. cap. 9. ex num. 26. cum seqq.*

CAPVT V.

DE TVMVLANDIS Defunctis in Ecclesijs Hierosolymitanis, & de varijs quæstionibus circa Funus Levandum ex Parrochijs Diœcesanorum; & de Officio Defunctorum peragendo, & Præcedentia in Ecclesijs Regularium.

SUMMARIVM.

SEpeliendi Hierosolymitanos forma describitur. 1.

Funera Hierosolymitanorũ nullus pullatus debet comitari. 2.

Morientes, & viventes Domini sumus. 3.

Mors religiosorum non est lugenda. 4.

Lugere nimis super mortuis non licet. 5.

Cadavera sepeliri cum sonis, & cantibus licet. 6.

Sepeliendi quæcumque fidelium cadavera in suis Ecclesijs habet Religio Hierosolymitana privilegium. 7.

Sepultura liberè, & absque impedimento concedenda est. 8.

Finis cui conceditur, concessa videntur ea, per quæ pervenitur ad finem. 9.

Aquæ haustu concesso, concessum est iter ad illum. 10.

Horreo relicto, ad quod per domum non legatam transitus erat, relictus videtur transitus per domum. 11.

Legato fundi vsufructu, legatũ videtur iter per alium fundum, ex quo aliunde ad fundum cuius vsufructus legatus est, iri nõ potest. 12.

Transvectio rei, vt sit licita, non attenditur locus per quem, sed ad rem, quæ transferenda est. 13.

Sepeliendi ius habenti competit quoque ius per aliena territoria funera deferendi. 14.

Deportatione concessa videtur etiam concessa qualitas, & forma, quà res deferri consuevit. 15.

Finis si sit permissus, licet fundum, & domum alienam invito domino intrare. 16.

Regularibus licet Processionaliter, & cum Cruce intrare Parochias, & deferre funera ad sepeliẽda in eorum Ecclesijs. 17. *contra* 25.

Consuetudo contradicens liberæ sepulturæ non valet. 18.

Privilegia Regularium sepeliẽdi in suis Ecclesijs revocata à Leone X. postea fuerunt restituta. 19.

Parochiam alienam non debet quis ingredi ad aliquod Officium Divinum exercendum contra voluntatem Parochi. 20.

Transire per agrum alienum ius nõ est, vbi transitus domino noxius est. 21.

Venatori non licet fundum alienum ingredi pro aucupatione. 22.

Immittere in fundum alienum non licèt, quamvis in ſuo poſsit quis facere. 23.

Funus portare ad quamcumque Eccleſiam Rectori Parochiali cõpetit. 24.

Parocho monito, & expectato venireque recuſante poſſunt Regulares cadavera ad ſuas Eccleſias tranſportare, niſi pro Fratribus adſit conſuetudo 26.

Conſuetudine immemorabili cõtra Regulares allegata in funeribus defunctorum, interim decretũ ſacræ Congregationis ſervari mãdatur. 27.

Cadaver levandum eſt ſecretè, & ſine ſolemnitate, quando in aliena Parochia repente quis moritur, & quando ſuper funeris ſolemnitate poteſt eſſe contentio. 28.

Cadaverum tumulatio, ſepultura, proceſsio, & alia ſimilia nõ ſunt differenda. 29.

Prohibitio omnis, ſive perpetua, ſive ad tempus contradicit libertati ſepulturæ. 30.

Concordia ſervatur cum Ordine S. Ioannis circa funera, quæ deferuntur ex Parochijs Hiſpalenſibus ad Parochiam Ordinis, & ijs, quæ ex territorio Ordinis extrahũtur ad Parochias Civitatis. 31.

Conſuetudo immemorabilis agẽdi officium defunctorum Parochũ Sæcularem in Eccleſijs Regulariũ valet, & Parochus manutenendus eſt in poßeſsione. 32.

Officia mortuorum non à Clero, ſed à Regularibus Eccleſiæ vbi cadaver ſepelitur, peragi debent, non obſtante in contrarium immemorabili conſuetudine. 33.

Parochus aſsiſtentiam non habeno, nec titulum ad celebrandum in Altari in Eccleſijs vnitis Regularibus, etiam ſi Eccleſiæ ſint intra limites Parochiæ. 34.

Rector in propria Eccleſia dicitur Prælatus, & in domo propria dicitur quis Imperator, & Rex 35.

Renunciatio ſui iuris non præſumitur. 36.

Prælationis ius, nec expreſſe, nec tacitè in præiudicium ſucceſſorum poteſt renuntiari. 37.

Præcedentiam deperditã à Prædeceſſoribus poſſunt recuperare ſucceſſores in Dignitate. 38.

Reſiſtere licèt manu armata cõtra eum, qui ius præcedentiæ infringit. 39.

Maior debet cedere minori dũ eſt in domo minoris. 40.

Archiepiſcopus cedere debet Epiſcopo in ſua Diœceſi. 41.

Minor debet præcedere maiores in concernentibus ipſius minoris officium, ibid.

Nobilitas cauſa eſt prælationis. 42.

Conſuetudo etiam immemorabilis non obſtat Religioni Hieroſolymitanæ. 43.

Clerus Sæcularis præcedit Regulares etiam in Eccleſijs Regularium. 44.

Hieroſolymitani Fratres Capellani privilegijs Clericorum Sæculariumgaudent, & non differunt ab eis niſi ingeſtatione Crucis. 45.

Præcedentia eſt defendenda. 46.

Delicta in contentione præcedẽtiarum commiſſa inter exemptos, & ſæculares puniuntur à proprijs Iudicibus delinquentium. 47.

Præcedentiarum differentias in Proceſſionibus inter Regulares cõponit Ordinarius, quanco ex controverſijs ſequitur ſcandalum, ſecus ſi non ſequatur. 48.

Præcedentiæ lites inter ſaculares Clericos, & Hieroſolymitanos in propria cauſa non poſſunt decidi ab Ordinario. 49. & 53.

Cauſæ funerum ſunt Parochiales,

les, & ante Ordinarium diſputandæ. 50.

Cauſæ præcedentiarum in funeribus, & Proceſsionibus ſpectant ad Ordinarium. 51.

Priores Hieroſolymitani propriis ſumptibus defendere debent iuriſdictionem, & privilegia Ordinis. 54.

1 QVomodo Fratres defuncti ſepeliantur conſtitutum eſt in ſtatutis Ordinis *tit.* 4. *de Hoſpitalitate, nu.* 20. ibi: *Laudabile cenſeri debet, vt quo Habitu Fratres noſtri in ingreſſu Religionis, & in vita fuerunt redimiti, eodem in ſepultura, & funeris pompa ornentur. Igitur ſancimus, vt omnes Fratres Hoſpitalis, cum è vita deceſſerint, mantellis ad noſtra, id eſt cum punctis, & Cruce alva ſepeliantur.* Quinimo & Equitibus Militaribus, qui ad ſepulchrũ efferuntur, enſes, & calcaria addi, quibus in ſuſceptione Habitus ornantur, conſuetudine eſt introductum, quam proſequi laudabile eſt cenſendum. Mendo *de Ordin. Militar. diſq.* 16 *q.* 1. *num.* 3. ſtatutum etiam eſt *eod. tit. n.* 21. quod nullus pullatus funera Fratrum comitetur, 2 ibi: *Corpora Fratrum noſtrorum honeſtiſſimè etiam ſepeliri volumus, verùm prohibemus ne poſt hac vllus omnino, ſive ſit Frater, ſive Sæcularis, pullatus, id eſt veſte lugubri indutus, funera ipſorum Fratrum comitetur, neque etiam ipſius Magiſtri, vbicumque mortem obierit.* 3 Et pro ratione ſtatuti facit, quod iuxta D. Paulum *ad Rom. cap.* 14. *ſive viuimus, ſive morimur Domini ſumus:* vndè eadem veſte ornati in morte ſepulturam, qua viventes in vita corpora ornabant, conſonũ fuit rationi. Sic etiam non lugere 4 mortem decens eſt, quia Religioſorum mortem non lugenda, ſed inuidenda eſt, cum eos ſupponatur, diſciplinę Regularis nexibus obſtrictos vitam cumulaſſe meritis, quibus ſibi tutius parent Regnum Cœleſte: præciola quidem eſt in conſpectu Domini mors Sanctorum eius *Pſalm.* 115. nec ſuper mortuis lugere nimis permiſſum *Levit. cap.* 19. *Deuteron. cap.* 14. cur ergo lachrimis, & fletibus decorandum eſt funus, cuius ex morte ſequitur immortalitas, dicebat Doctor Patauinus apud Menochiũ *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 45. *nu.* 43. vbi proſequitur, ij ergo me lugeant ſuperuiuentes, quibus charus fui, & qui ex mei morte incommoda patientur. Ego enim lætus iuſtitiam ſeruans, in qua verſatus ſum, quod terreum eſt, terræ relinquo, & ad cœtum diuinorum, vndè diſceſſi reuerti cogor gratulando. Vndè iure 6 permiſſum eſt cadavera ſepeliri cũ ſonis, & cantibus pſalentium. *Cap. qui diuina, & Cap. vbicumque.* 13. *quæſt.* 2.

His de funeribus Fratrum ſcriptis, venit nunc de privilegio Ordinis ad ſepeliendum in Eccleſijs, diſputare. Habent enim Eccleſiæ Hieroſolymitanæ privilegium conceſſum de hac re à Clemente VII. & Pio IV. ita: *Necnon cœmeteria in eorum Parochialibus Eccleſijs habendi, ac quorumcumque Chriſti fidelium cadavera, etiam ſi excommunicati, vel interdicti forent, dummodo interdicto cauſam non dediſſent, ſalvo iure Rectori Parochiano debito abſque alio onere, & ſolutione Epiſcopo facienda, recipiendi, & ſepeliendi.* Quod privilegium incluſum eſt in corpore iuris in *Cap. in noſtra præſentia* 10. *de ſepulturis*, vbi circa hoc privilegium tunc randi contentio fuit inter Epiſcopum Claramontenſem, & procura- 7

torem Hoſpitalis cuiuſdam Hieroſolymitanorum familię apud Innocentium III notant Stephanus Durantus *quæſtionũ iuris q. 6. fol. 41.* Renatus Chopinus *de ſacra Politia, lib. 2. tit. 8. num. 11.* Barboſa *in ſumm. deciſ. Apoſtolic. collect. 341. num. 6.* Machado *in Perf. Conf. tomo. 2. lib. 5. p. 4. tr. 3. docum. 6. nu. 5. in fin.* circa cuius intellectum aliqua ſe offerunt dubia, quæ de facto diſputavi in duplici funere, vno in Eccleſia Parochiali S. Ioannis de Acre, & alio in Conventu Monialium S. Eliſabeth huius Civitatis.

8 Primum dubium eſt, vtrùm ad Eccleſias Hieroſolymitanas earum Parochi poſſint deferre cadavera ab ædibus defunctorum proprio Parocho defuncti invito? Et pars affirmativa probatur primo, ex libertate ſepulturæ, quæ liberè, & abſq; impedimento fidelibus concedenda eſt. *Cap. cum liberum. Cap præſentia, de ſepultur. Clement. dudum eod. tit.* dicta Bulla Clement. VII. ibi: *Abſque alio onere.*

9 Secundo, quia cui conceditur finis, conceſſa videntur ea, per quæ pervenitur ad finem. *l. ad rem ff. de Procuratorib. Cap. prudentiam. Cap. præterea, de officio Delegati.* Sicut conceſſo hauſtu aquæ, conceſſum eſt iter ad illum. *l. 3 §. penult. ff. de ſervitut. ruſtic.* Et cui relictũ 10 eſt horreum, ad quod per domum non legatam tranſitus erat, relictus videtur trãſitus per domũ. *l. Olympico ff. de ſervitut. vrban. præd.* Et 11 ſi legatus ſit fundi vſusfructus, legatum videtur iter per aliũ fundum, ex quo aliunde ad fundum, cuius vſusfructus legatus eſt, iri non poteſt, etiam ſi teſtator prohibuerit. *l. 1 §. Vſusfructus ff. vſufruct. quẽadmodum. l. damnas. 6. ff. de vſufruct.*

12 Tertiò, quia vt ſit licita tranſvectio rei, non attenditur locus per quem, ſed ad rem ipſam, quæ tranſferenda eſt. *l. ſi quis. C. de ædif. priv.* 14 vndè hi, qui ſepeliendi ius habent, competit quoque ius per alienos vicos, & territoria funera ipſa deferẽdi. *l. 3. §. Non perpetuò ff. de ſepulchro violato*, etiã proceſſionaliter, & cum Cruce: quia cum deportatio conceſſa videtur, videtur etiam conceſſa qualitas, & forma, qua deferri conſueverũt. *l. ſi prius.* 15 *§. Placet ff. de aqua pluvia arcenda. l. quod ſi nollit. §. Si quid affidua ff. de ædilit. edict. l. ſi fundus ff. de evict. l. ſi pignore. §. fin ff. de pignorat. act.* quamvis enim invito domino non liceat prædia eius ingredi. *l. Divus. ff. de ſervitut. ruſtic. præd. §. Feræ inſtit. de rer. diviſ. l per agrum. C. de ſervit. & aqua.* 16 Tamen ſi finis eſt permiſſus, & aliter haberi nõ poteſt, licet fundum, & domum alienam invito domino intrare. *l. 1. §. Ait Prætor. ff. de cloacis. l. 1. & 2. ff. de glande legenda.*

Ex quibus de Regularibus loquẽ- 17 tes, quod poſſunt proceſſionaliter, & cum Cruce intrare Parochias, & deferre funera ad ſepelienda in eorum Eccleſijs, tenent Geminianus *in cap. vt animarum, de conſtit. libro 6.* Petrus de Ancharran. *in. d. Clement. dudum, de ſepulturis*, & ibi Ioannes de Ligna, Silveſter *in ſumm. verb. Sepultura, nu. 4.* Oldradus *conſ. 225. n. 13. & 14.* vbi contrarijs fundamentis ſatisfacit, Anchar. *conſ. 56.* Eman. Roderic. *tom. 3 quæſt. Regul. q. 58. ar. 3.* Hieron. Roderic. *in compend. reſol. 128. ex cap. in noſtra, de ſepultur. nu. 3.* Lezana *in Maremagn. Prædicat. circa § 28. & in Maremagn. Minor. circa § 30. & 31. n. 78.* vbi tradit declarationem ſacræ Congregationis 19. Iunij 1643. pro Religionibus

bus Regni, & Insulæ Maioricæ. Fr. Ioannes de la Virgen Carmelita Discalceatus in responsione ad hãc quæstionem typis data favore Regularium huius Provinciæ Bœticæ. Et pulchrè Cevallos *quæst.* 505. *numer.* 15. vbi probat, quod illi, qui habent ius sepeliendi in aliena Parochia possunt illud exercere processionaliter, & cum Cruce.

18 Cui opinioni obstare non potest contraria consuetudo, vtpote contradicens liberę sepulturę. Oldradus *num.* 12. Sivetter *dict. num.* 4. *vers. Nec tenetur etiam prætextu consuetudinis.* Geminianus *in dict. cap. vt animarum, num* 40. nec cóstitutio Leonis X in Concilio Lateranensi, qui revocavit quantum ad hoc privilegia Regularium, quia postea fuerunt restituta in pristinũ statum præter illa, quæ sunt contraria Concilio Tridentino, Rodericus *d. q.* 58 *art.* 3.

19

20 Verùm contraria opinio probatur primò, quia non debet quis alienam Parochiam ingredi ad aliquod Officium Divinum exercendum, competens Episcopo, seu Rectori, vel ibi aliquid disponendum contra voluntatem eorum. *Cap. scriptum.* 6 *q.* 1. *Cap. Episcopi, & Cap. seq.* 7 *q.* 1. *Cap. nullus.* 9 *q.* 2.

21 Secũdo, quia cum sint Parochiæ distinctę, & singulis commissę Rectoribus, licitè potest Rector volentes suam Parochiam ingredi, ibique Divina exercere, prohibere; transire namque per agrum alienum ius non est. *Cap.* 1. *dist.* 1. maximè vbi transitus domino noxius est. *Cap. vlt. ead. dist. §. Ferę, instit. de rer. divis. l. per agrum. C. de servitut. & aqua*, vbi probatur nulli venatori licere alienum fundum ingredi pro

22 aucupatione, vel pro venatione, vel pro ave ibi existente capienda invito, & prohibente domino fundi, licèt alàs cuilibet sit licita, l. bereque permissa earum aucupatio. *l.* 3. *l. naturalem §. Capium quoque. ff. de adquir. rer. dom.*

Tertiò, quia licèt permissum sit 23
Monachis sepelire cadaver eius, qui apud eos elegit sepulturam, non debet censeri permissum id ferre cum Cruce, & Capa processionaliter per alterius Parochiam, & in eius præiudicium; nam licèt quis in suo solo possit facere, non tamen in alieno immittere. *l. licèt secuti. §. Aristo ff. si servitus vendicetur. l.* 1. *§. Idem ait. ff. de aqua pluvia arcẽda.* Quod maximè procedit, cum portare funus ad Ecclesiam etiam 24
aliam Rectori eidem proprio Parochiali competit. *Capitulum liberum, de sepulturis.*

Ex quibus, & alijs hanc opinionẽ 25
tenent Oldradus sibi cõtrarius *consil.* 82. Valenzuela *cons.* 84. *num.* 20. *cum seqq.* Gratianus *Discept. for. tom.* 2. *cap* 298. *n.* 18. 78. *&* 88. *& tom.* 3. *cap.* 492 *ex nu.* 33. *cum seqq.* vbi refert pro hac opinione Rebuffum, Everardum, Fuscum, Mariscotum, & Quaranta. Barbosa *de potest. Paroch. p.* 3. *cap.* 26. *à nu.* 66. Salgado *de Reg. Protect p.* 2 *cap.* 9. *num.* 71. Villalobos *in summ. p.* 2. *trat* 31. *dis.* 5. *num.* 5. Bordenus *tomo* 2. *resol.* 51. *n.* 43.

Ex his opinionibus vtraque com 26
munis est, sed fœdere distinctionis conciliantur; nam aut admonetur Parochus, & requiritur, & expectatur, & tunc eo admonito possunt Regulares intrare in Parochiam, & processionaliter funus levare: aut non admonetur, nec requiritur, & tunc illis est prohibitum, nisi pro Fratribus adsit contraria consuetudo, vt in Regno Maioricę. Ita disposuit Leo X. in Concilio Lateranensi, & declaratum fuit à sacra Cõgregatione 12. Iunij 1604.

apud Gratianum *dict. cap. 492. numer. 43. & 45. cum seqq.* & aliam declarationem 11. Decembr. 1615. tradit Barbosa *in collect. ad Concil. sess. 25. cap. 13. num. 16. & in summ. decis. collect. 245. n. 13.* vbi refert aliam 1613. Bonacina *tom. 2. de contract. disp. 3. q. 21. punct. 5. n. 2.* Lezana *in summ. verb. Defunctus, num. 8.* vbi ad literam describit decretum Congregationis, quod etiã tradit Barbosa *dicti n. 13.* & secundum illum quæstio resoluta est favore Regularium non obstante consuetudine immemorabili in contrarium, vt patet in verbis, ibi: *Monitoprius, & spectato eorum Parocho, quo venire recusante possunt Fratres eo invito dicta cadavera ad suas Ecclesias transportare. Si quæ verò immemorabilis consuetudo in contrarium super præmissis existere prætendatur, legitimè probetur, interim præsens decretum ad vnguem seruari mandatur.* Ex quibus si Parochus admonitus recusaverit funus levari ad Monasteria Regularium, poterunt sine dubio Regulares processionaliter deferre, & sepelire, licèt vniversalis Hispaniæ consuetudo sit in contrariũ, vt refert Salgado *d. cap. 9. num. 78.* quia hæc consuetudo etiam si vniformis sit, interim quod super dicta consuetudine decidatur, decretum Congregationis servandum est, vt in ipso expressè deciditur. 27

28 Ex quibus in casu de facto cum Sebastiana de Estremera Diœcesis Hispalensis in Parochiã S. Laurentij disposuisset in suo testamento corpus suum sepeliri in Ecclesia S. Ioannis de Acre, quam hæredem instituit, consultus de funere Vicarius Generalis Ecclesiasticus distulit pronunciare, cumque cadaver fœtidum fuisset, cum hæc contingerent tempore caniculæ anno 1658. ex parte Religionis media nocte corpus secretè extractum à propria domo, & altera die manè solemniter in Ecclesia officium factum fuit, & data sepultura cadaveri: cuius occasione magna lis, & contentio fuit orta, quam pro Religione defendi, dicebamque ex prædicto decreto, & decisionibus processionaliter posse funus leuari, quanto magis sine solemnitate, secretè puta, vt in simili casu, quãdo in aliena Parochia repente quis moritur, notavit Salgado *d. cap. 9. n. 94.* nec fuit spectãda pronunciatio Ordinarij, tùm quia ipse monitus fuit, vel certioratus de vrbanitate, tùm quia non potuit differri; processio enim, vmbellæ delatio, cadaverum mortuorum tumulatio, & sepultura non sunt differenda, nec suspendenda Salgado *num. 14.* & omnis prohibitio, sive perpetua, sive ad tempus contradicit libertati simpliciter cõsideratæ, & sola illa sepultura dicitur libera, quæ nullius est potestati subiecta; & verbum liberè omnem conditionem, & moram excludit Oldradus *d. cons. 225. n. 11. & 12.* nec funus impedire Regularibus habet interesse, & ita dicebat Oldradus, quod oculus invidiæ in his impedimentis movet Ecclesiasticũ, non interesse, quod non datur, cum privilegium sepeliendi sit *salvo iure Parochiali debito.* Ecclesia autem S. Ioannis de Acre habet executoriales literas die 7. Maij 1582. discussas cum dicta Parochia Sancti Laurentij, quibus decisum est, vt Hierosolymitani Fratres possint dare Viaticum illis, qui se volunt in cœmenterijs Ordinis sepeliri, & deferre eorum corpora ad eorum cœmenteria sine quocumque impedimento; quæ exhibitę, & præsentatę fuerunt in causa; licèt verum sit, quod à multis annis concordia 29 30 31

facta

facta eſt, vt funera trahantur à Parochis proprijs vſque ad ſitum territorij, & ibi Hieroſolymitani recipiunt, & idem procedit in funeribus eorum, qui ex territorio Ordinis dicto *el Compas de San Iuan de Acre* extra ad Parochias Ciuitatis feruntur, vt de vno, & altero ſunt exemplaria, quæ ſeruanda eſſe in poſterum conuenit vni, & alteri iuriſdictioni, vt ceſſent controverſiæ, & ſcandala, quæ vitare debent iudices Eccleſiaſtici, nec novitates inducendæ.

32 Secundum dubium eſt, vtrùm in Eccleſia Monialium S. Eliſabeth huius Ciuitatis, quę eſt Religionis Hieroſolymitanæ, & in ſimilibus, Parochi Hiſpalenſes, quoties cadavera defunctorum ibidem deferuntur, poſſint officia mortuorum agere? Quæ quæſtio contigit de facto anno 1658. in funere Franciſci Carrillo, nam cum Clerici Sæculares Parochię S. Marci vellent prædicta officia agere, & præſidere in Altari, à Priore S Ioannis de Acre Vicario dicti Conventus, & ſuæ Parochiæ, & Capellanis Hieroſolymitanis impeditum fuit. Et Ordinarius Hiſpalenſis allegabat conſuetudinem, eo quod in vno, vel altero funere tempore contagij peracto in dicta Eccleſia ſine ſcientia Prælati Hieroſolymitani Clerici Sæculares officium perageruntę eo quod tunc temporis prædicta Eccleſia ſine Capellano Religionis aderat, & Clerici Sæculares, qui ibi degebant in ſeruitio Eccleſiæ, Altare, & Præcedentiam permiſerunt Parocho, & Clero Sæculari, qui funus, vel funera comitabatur, ex quibus actibus poſſeſſionem immemorabilem allegabat, ex qua ſibi, ſeu Clero Sæculari pertinere huiuſmodi officia per agere dicebat ex congeſtis à Gratiano *dict. cap. 492. per totum*, vbi quod talis conſuetudo habet vim legis, & privilegij, & non intelligitur revocata in revocatione conſuetudinis, & quod Parochus Sęcularis manutenendus eſt in ſua poſſeſſione, vt concludit *num.* 27. Lezana *tom. 3. verb. Defunctus, num.* 6. Bordonus *tom. 2. reſol. 51. n.* 64.

Verùm contraria reſolutio certa 33
eſt; officia enim mortuorum non à Clero, ſed à Regularibus Eccleſiæ, vbi cadaver ſepelitur, peragi debent, multis firmatur declarationibus ſacræ Congregationis: vnam Nicoteren. 6. Iulij 1615. affert Barboſa *de Poteſt. Parochi, cap.* 26. *numer.* 80. aliam Turritan. 24. Novembr. 1617. tradit *in collect. ad Concil. cap.* 13. *ſeſſ.* 25. *nu.* 32. & alteram 22. Aprilis 1625. commemorat *in ſumm. deciſ. Apoſtolic. collect.* 245. *n.* 12. Sell. *in ſelect. canon. cap.* 92. Aldana *in compend. canonic. reſolut. lib. 4. tit.* 17. *n.* 45. Navar. *in ſumm. Bullar. tit. de officio ſuper cadavera defunctorum ad Eccleſias Mendicantium delatorum faciendo.* Peirinis *de privileg. Regul. in addit. ad conſtit. Iulij* 11. *cap.* 3. *numer.* 19. *& in ead. conſt. §.* 21. *n.* 57. Zerola *in prax. Epiſcop.* 1. *p. verb. Funus, verſ.* 9. Tamburinus *de iur. Abbat. tom.* 1. *diſp.* 15. *n.* 21. *& tom.* 3. *deciſ.* 87. Salgado *d. cap* 9. *nu.* 79. Poſtius *de manuten. deciſ.* 260. Carolus Maranta *reſp.* 21. *p.* 4. *nu.* 37. Bordonus *d. tom.* 2. *reſol.* 51. *nu. fin.* Genuenſis *in praxi Neapol. cap.* 16. *num.* 13. Bonacina *tom.* 2. *de contractib. diſp.* 3. *q.* 21. *punct.* 5. *nu.* 4. Pellizar. *in Man. Regul.* 2. *tom. tr.* 8. *cap.* 5. *n.* 154. Lezana *tom.* 1. *cap.* 12. *num.* 38. *& tom.* 2. *cap.* 1. *num.* 47. *& tom.* 3. *verb. Sepultura, num.* 18. *& verb. Defunctus, num.* 8. vbi tradit decretum Illuſtriſsimi D. Auditoris Cameræ 6. Iunij 1640. circa funera defunctorum á Regularibus

ex

ex decreto S. Congregationis obſervanda ſub magnis cenſuris, & pœnis contra inobedientes deſignatis: quo inter alia præcipitur, vt officia mortuorum non à Clero, ſed à Regularibus in ſuis Eccleſijs peragantur, non obſtante quavis contraria conſuetudine: ſi verò immemorabilis ſuper præmiſſis exiſtere prætendatur, interim decretum ad vnguem ſervari præcipitur.

34 Et non ſolùm in Eccleſijs Regularium non habet Parochus titulum ad celebrandum in Altari, & ad præcedentiam, verùm nec in Eccleſijs vnitis Regularibus habet aſſiſtentiam aliquam Parochus, Abbas *in cap. dilectus, nu. 2. & 11. de Capell. Monach. & in cap. ad audientiam, num. 8 de Eccleſ. ædificand. & in cap. cum venerabilis, num. 46. de except.* Calderinus *conſ. 6. n. 1. verſ. Item ſicut de Relig. Dom.* Rota per Tamburinum *de iur. Abbat. tom. 3. deciſ. 87. n. 3. & 4.* quamvis Conventus, vel Eccleſia Regularium ſit intra limites Parochiæ eiuſdem Parochi Rota *in dict. deciſ.* Seraphin. *deciſ. 312. num. 1.* Lezana *in Mare Magn. circa. §. 3. n. 9. in Mar. Mag. Ordi. S. Auguſt.* Rota per Poſtium *dict. deciſ. 260. nu. 3.* Maranta *vbi ſup. nu. 38.*

35 Et ratio horum eſt, quia Rector in propria Eccleſia dicitur Prælatus *Cap. apibus. 7 q. 1.* veluti in domo propria dicitur quis Imperator, & Rex. *Cap. duo ſunt. 23 q. 4.* vndè intra propriam Eccleſiam debet præcedere omnes alios maiores, & ſuperiores in dicendis Miſsis ſolemnibus, & alijs quibuſcumque præeminentijs concernentibus ipſius Rectoris officium, vt eſt Miſſa, & Officium Defunctorum. Gonçalez *in regul. 8. Chancell. gloſſ. 6. num. 102. cum ſeqq.* Caſaneus *in catal. glor. mund. p. 4. conſid. 81.* Peirinis *tom. 3 privileg. in additam. ad conſt. Pauli V. cap. 10. n. 19.*

Nec circa hanc præcedentiam, & officium conſuetudo contraria alicuius momenti eſt, nam vt actus inducant conſuetudinem, debet probari, quod fuerint facti ea intentione, vt conſuetudo inducatur, cũ aliàs ex gratia potuiſſent fieri, ne detur iuris ſui renunciatio, quæ in dubio non præſumitur. Decius *in cap. cum acceſſiſſent, col penult. ante fin. verſ. Et hoc comprobatur, de conſtit. per Gloſſ. notab. in cap. conſuetudo dist. 1.* 36 Maximè quia non 37 amittitur ius prælationis illa non vtendo, aut patiendo alios præcedere, cum enim non poſſit expreſſè tali iuri renuntiari in præiudicium Eccleſiæ, & ſucceſſorum, neque poterit etiam tacitè. Decianus *conſil. 21. n. 74. lib. 1.* proſequitur latè Gratianus *dict. cap. 298. nu. 9.* Salgado *d. cap. 9. n. 89.* Et poſſunt abſ 38 que dubio ſucceſſores in Dignitate contravenire de facto invalido anteceſſoris, & recuperare præcedentiam deperditam à prædeceſſoribus, cum res de facili revertatur ad ſuam naturam, vt in ſpecie præcedentiæ concludit Baldus *conſ. 387. col. 2. in princip. lib. 2.* Purpuratus *conſ. 540. in fin. nu. 19. lib. 2.* Menochius *conſ. 902. n 78. lib. 10.* Gratianus *num. 11.* Salgado *num. 91.* Et 39 licitum eſt reſiſtere etiam manu armata contra eum; qui tale ius præcedentiæ infringit, ex Baldo, & Menochio Gratianus *vbi ſupra.* Hermoſilla *in Prolog. Partitæ. 5 gloſſ. 2. n. 114.* Avendaño *de exeq mand. 2. p. cap. 10. nu. 20.* Apicela *allegat. 13. n. 6.* Surdus *deciſ. 59. nu. 2. & 5.* Valenzuela *conſ. 92. n. 1.*

Procedit hoc maximè reſpectu 40 Hieroſolymitanorum in ſuis Eccleſijs, quia cum Parochi earum ſolcãt eſſe Iudices Ordinarij in ſuis territorijs,

torij, vt est Vicarius S. Ioannis de Acon Compos, & in dicto Conventu Monialium, insania est, velle, Clerum Sæcularem præcedere eum, ex traditis á Gratiano *nu.* 89. et am si Parochus Sæcularis, & Ordinarius Ecclesiasticus ibi essent, & fuissent maiores in iurisdictione, & non pares, quia maior debet cedere minori, dum est in domo minoris. Lucas de Pena, & Ioannes de Platea *in l. nihil. C. de Palat. libro* 12. Gonçalez *vbi sup. nu.* 107. Decianus *cons.* 67. *n.* 11. *lib.* 2. Gratianus *n.* 89. & 90. vt Archiepiscopus, qui cedere debet Episcopo in
41 sua Diœcesi. Zerola *in praxi, verb. Episcopus*, cum multis Hermosilla *in Prologo Patriæ. 5. gloss. 2. n.* 59. Et similiter minor debet præcedere maiores in concernentibus ipsius minoris officium. Gratianus *tomo* 1. *discept. forens. cap.* 111. *nu.* 41. Peirinis *vbi sup. nu.* 19. facit etiam pro præcedentia nobilitas Religionis, quæ causa prælationis est Her-
42 mosilla *num.* 1. nec consuetudo potest obstare Religioni, etiam immemorabilis, tùm ex decreto sacræ Congregationis 1640. pro Regularibus, tùm ex speciali Bulla Vrbani
43 VIII. *de præscriptione.* 15. *Martij* 1629. quæ impressa est in volumine Privilegiorum S. Ioannis Hierosolymitani, qua vult Summus Pontifex nullo tempore etiam immemorabili currere, nec dari præscriptionem contra Religionem Hierosolymitanam: vndè si Parochus Sæcularis, & Clerus Sæcularis in Ecclesijs Hierosolimitanis assistere volunt officijs defunctorum, præcedere debet Crux Ordinis, & Vicarius Hierosolymitanus, vt dominus in propria Ecclesia, & territorio.

44 Nec huic resolutioni obstat, quod Clerus Sæcularis debeat semper, & in omni loco habere præcedentiam supra Regulares, etiam in ipsorum Regularium Ecclesijs, & Monasterijs ex vniversali consuetudine approbata à Clemente VIII. *in Brevi sub annull. Piscato.* 20. *Februar.* 1601. & 5 *Novemb.* 1603. & à Gregorio XV. 3. *Augusti.* 1625 notant Bartola *de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 43. *n.* 191. & *in sum. Apostol. decis. collect.* 557. *n.* 2 & *de Potest. Paroch.* 1. *p. cap* 9. *n.* 14 & 15. Lezana *in summ. tom.* 3. *verb. Præcedentia quo ad Regulares fol.* 474. *nu.* 3. Valenzuela Velazquez *cons.* 84. *num.* 12. nam vltra quod in dictis Brevibus non dicitur, quod officia defunctorum debeant peragi à Clericis in Ecclesijs Regularium, & quod Regularibus ibi præcedãt, sed quod dicitur est, quod in omni 45
concurrentia processionum, funerum, & aliarum functionum Clerus Sæcularis præcedat: horum litera non loquitur de Regularibus Militaribus, qui nomine Regularium in odiosis non comprehendũtur; & multo minus Fratres Hierosolymitani, qui à Clericis Sæcularibus non differunt, nisi quo ad gestationem Crucis, imo privilegijs Clericorum Sæcularium gaudent, vt voluit Pius IV. *in Bull. quæ incip. Circunspecta, kalend. Iulij* 1560 *apud Cherub. tom.* 2. *fol.* 9. Giurba *cons.* 21. *num.* 3. Sperellus *decis.* 21. *num.* 32. Azor *instit. Moral.* 1. *p. lib.* 13. *cap* 3. *q.* 3. Et ita Parochus S. Ioannis in sua Parochia, & Ecclesia, quo ad officia Parochię, & cœteras functiones, pro Clerico Sęculari reputatur, qui cum exemptus sit, & in proprio territorio Iudex Ordinarius, non vt Regularis censendus est, vt præcedatur à Clero Sæculari, sed vt Sęcularis Cruce 46
ornatus, & ex hoc dignior, & privilegiatus, & á nemine pręcedendus in dedecus sui Ordinis ex Apostolo

lo dicente *expedit magis mori, quã vt gloriam meam quis evacuet, & cap.* 11. *ad Roman.* ibi : *Ministerium meum honorificabo. l. observãdum in fine ff. de offi. Præsid. l.* 1 *ff. de Postulando.* Baldus *in. l. observare. § Antequam in fin. ff. de offic. Proconsul. & Lega.* Riccius *in prax. resol.* 317. Azevedus *cons.* 29. *à numer.* 29. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 5. *ca.* 3. *n.* 29. D. Larrea *allegat.* 51. *num.* 1. Hermosilla *d. nu.* 114.

47 Circa prædicta tamen alia se obtulerunt dubia, nam cum in Ecclesia Monialium S. Elisabeth occasione prædictæ præcedentię ad rixam, & manus perveniſſent Clerici Sæculares, & Hierosolymitani, Ecclesiasticus Iudex cognitionem, & punitionem sibi spectare dicebat; sed contra habuit doctrinam, quam in terminis tradit Salgado *dict. cap.* 9. *num.* 100. vbi inquit, quod licet Ordinario compositio sit concessa super controversia in processionibus, aliud est dicendum de maleficijs, vulneribus, & delictis ibi commissis, puta inter exemptos, vel laicos, quia tunc Iudex, qui aliàs debet de eis cognoscere, & animadversio pertinet, punitio competit, vt in simili docet Oldradus in suis consilijs *in Repertorio verbo Compositio facta, de controversia*, quem tamen consilium, nec Salgado invenit, nec ego reperire potui, licet Oldradum sæpe perlegerim.

48 Nec etiam animadversio, seu cõpositio pertinet Ecclesiastico in casu præcedentiarum in processionibus inter ipsos Regulares *in cap.* 13. *sess.* 25. *de Regul.* nisi quando ex ipsis controversijs sequitur scandalum, non ita si illud non sequatur. Decian *lib.* 2. *cons.* 63. *nu.* 10 Cenedo *canon. lib.* 1. *q.* 27. *n.* 17. Salgado *dict. cap.* 9. *nu.* 102. Barbosa *in dicto cap.* 13. *n.* 17. ex quo dicebã, quod in extractione cadaveris á Domo Sebastianæ de Estremera, quæ prima occasio fuit litium, nullam iurisdictionem habere Ecclesiasticum Ordinarium, quia ibi nullum scandalum fuit, cum secretè fieret; & quia in Concilio facultas componendi in his actibus concessa Ordinario loquitur, quando inter ipsos Regulares est contentio, qui casus dissimilis est: nam hic contentio est inter 49
Clericos Sęculares Ecclesiasticos, & inter Clericos exemptos S. Ioannis; & ita Ecclesiasticus Ordinarius in sua causa nõ potest iudicare, nec privilegia Ordinis interpretari, sed præcisè recurrendum est ad Superiorem exemptorum, vel ad Iudicẽ Conservatorem, si causa civilis sit. Sicut si fuisset contentio cum Abbate, vel alio Episcopo, nam in iurisdictione Priores Militares, & eorum Vicarij æquales sunt, & iurisdictione quasi Episcopali potiuntur.

Contra quam resolutionem duo 50
in contrarium allegabantur, primũ, quod causæ funerum sunt Parochiales, & ante Ordinarium disputandæ, & decidendæ. *Cap. vbicumq;* 6. 13 *q.* 2. Bordonus *in suis Miscellan. decis* 459. ibi: *Quando Regulares arripiunt cadavera inter se causa restitutionis agitur coram Ordinario Episcopo, vel Capitulo eo mortuo, non coram conservatore.* Secundum, quod causa præcedentiarum in funeribus, & processionibus spectat ad Ordinarium *ex dicto* 51
Cap. 13. Salgado *dict. cap.* 9. *nu.* 17. *& 18. & per totum capitulum.* Hermosilla *vbi sup. n.* 80.

Sed ad primum respondebam, 52
quod Vicarius S. Ioannis Iudex Ordinarius est in suo territorio, vndè ad ipsum spectabat cognitio causæ funeris, vt Parochialis; nec Bordoni locus adaptatur casui, quia ibi nõ

con-

conceditur Ordinario Ecclesiastico punitio Regularium, sed quod causa restitutionis ventiletur ante Ordinarium, & procedit resolutio inter partes Regulares, & ad interesse partis, vt restituat sibi cadaver. At in casu nostro non aderat pars interesata, nam Parochia defunctæ nihil petebat Religioni, quia erat soluta iure Parochiali, nec poterat intendere sibi funus restituere contra libertatem sepulturæ, & voluntatem defunctæ; nec cognitio, quam susceperat Ordinarius Ecclesiasticus erat civilis, sed criminalis; vndè in termmis nullâ habebat authoritatem pro sua iurisdictione, cum tamen Hierosolymitani haberent pro se regulam exemptionis, & iurisdictionem Ordinariam in Superiore, qui eos puniret, si fortè in illa extractione delinquerent.

53 Ad secundum respondebam etiam, quòd cognitio ad componendum procedit respectu Regularium inter se, non respectu Hierosolymitanorum, qui in hoc non Regulares censentur, sed Sæculares cum æquali iurisdictione, quam suppeditare totis viribus conatur Ecclesiasticus, & eisdem debet defendere Religio; vt semper in Magno Prioratu Castellę à Magnis Prioribus observatum est, & maximè Principibus Austriacis, qui Religionis privilegia, & immunitates magnis sumptibus, & litibus protexerunt: & esse obligationem Priorum iurisdictionem, & privilegia defendere, & expensas Procuratoribus, & stipendia Advocatis solvere, decisum est á Rota *in Melevitana veneris 13. Ianuarij 1631. coram Ghislerio impressa novissime apud Rubeum, decis. 10. in novissim. part. 1. & decis. 342. apud eumd.* 54

* * * * * * *
* * * * * *
* * * * *
* * * *
* * *
* *
*

DISCEPTATIO XV.

DE CONSERVATORIBVS IVDICIBVS.

CAPVT I.

DE PRIVILEGIO nominandi Conservatorē concesso Religioni Hierosolymitanæ; & de quibus causis possit cognoscere.

SVMMARIVM.

CConservatorem eligendi facultas competens Ordini Hierosolymitano describitur. 1.

Conservator non potest procedere nisi pro iniuria, & violentia notoria. 2.

Conservator Ordinis Hierosolymitani potest procedere adea, quæ iudicialem exigunt indaginem. 3.

Conservaturiæ Regularium reservatæ sunt in Concilio Capit. 5. sess. 14. *nec fuerunt sublatæ cap.* 20. *sess.* 24. 4. *&* 5.

Bulla Clementis VIII. & Concilium Tridentinum procedunt in cōservatoribus ad certas, & singulares causas. 6.

Conservatores Regularium, & Militiarum cognoscunt iudicialiter, & plenariè, & reputantur vt Iudices Ordinarij. 7. 8. *&* 9.

Conservatores Regularium officium perpetuum habere dignoscuntur, & non expirat eorum iurisdictio morte concedentis etiam quo ad negotia non cœpta, licèt Regulariter conservatoria morte Pontificis concedentis expiret. 10. 11. *&* 12.

Conservatores Militiarum de quibus causis possint cognoscere. 13.

Conservator Hierosolymitanus potest procedere in causis seruitorum. 14. *&* 15.

Conservator Regularium an possit procedere contra Sæcularem in causa ciuili. 16. *&* 17.

Conservator potest procedere contra laicos in casu iniuriæ, vel damnorum. 18. *& in casu spolij, nisi fructus Commendæ conducti sint.* 19. *& in casu alienationis bonorum Ordinis.* 20.

Conservator potest procedere ad inhibendum Iudicem Sæcularē, vel Ordinarium Ecclesiasticum, quoties Hierosolymitanos ad suum tribunal citauerint, & de eorum causis cognoscere intenderint. 21.

Violentiam committit Ordinarius volens cognoscere de exemptis. 22.

INter alia privilegia, quæ potitur sacra, & nobilissima Religio Militaris S. Ioannis Hierosolymitani, vnum est, facultas nominandi Iudicem Conservatorem, vt defendat, conservet, & protegat eius Fratres, & Ordinem in suis privilegijs; & continetur in Bulla P. j 1

IV. *quæ incip. Circunspecta*, kalendas Iulij 1560. *apud Cherub. tom. 2. fol. 9.* vbi primò refertur concessio facta à Clemente VII. ibi: *Ac quod quæcumque personæ in Dignitate Ecclesiastica, & vbilibet constituta, per eosdem Baiulivas, Priores, Præceptores, & Fratres, ac eorum singulos pro tempore eligendæ sub excommunicationis latæ sententiæ pœna ipsos adversus inferentes eis iniurias, seu gravamina, vel damna, in personis, rebus, & bonis; manu tenere, conservare, & quamcumque iurisdictionem exercere: nec non omnibus facultatibus, & concessionibus quibusvis Conservatoribus eis per quascumque literas Apostolicas eatenus deputatis quomodolibet concessis, vti, potiri, & gaudere deberent in omnibus, & per omnia, perinde ac si per easdem literas Cõservatores, & Iudices deputati fuissent.* Et in alia clausula conceditur eis facultas resumendi causas, decidendi, & inhibendi, ibi: *Resumendas, & decidendas committimus, eosque, quorum interest citandi, & quoties opus fuerit inhibendi.* Et in confirmatione Pij IV. *fol. 12.* ibi: *Necnon personas in Dignitate Ecclesiastica vbilibet constitutas, & quoscumque locorũ Ordinarios, ac eorum Vicarios, & Officiales, necnon Canonicos Metropolitanarum, & Cathedralium, aliarumque Ecclesiarum Prælatos, & Rectores, per eosdem Baiulivos, Priores, Præceptores, & Fratres, ac eorum singulos pro tempore eligendos in Conservatores, qui quandiu exercuerint dictum officium à nemine quominus illud exerceant sub aliquo prætextu impediri, vel molestari posse deputamus. Ita quod ipsi sic electi sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, eosdem Priores, Baiulivos, Præceptores, & Fratres, ac eorum singulos aduersus inferentes eis, aut eorum seruitoribus, & familiaribus, iniurias, seu gravamina, vel damna, in personis, rebus, & bonis, seu exigentes ab eis Vectigalia, Datia, Pedagia, Gabellas, Collectas, aut alia onera, defendere, & præservare, ac omnem eorum iurisdictionem exercere: necnõ sententias, censuras, pœnas ecclesiasticas contra rebelles, & inobediẽtes cum effectu promulgare, ac omnibus facultatibus Conservatoribus dicti Hospitalis, & illius personarũ per quascumque literas Apostolicas quomodolibet concessis vti, ac privilegia Prioribus, Baiulivis, Præceptoribus, & Fratribus præfatis pro tempore concessa, eis observari facere debeant.* Idemque concessit Gregor. XIII. *in Bull. incip. Quo magis* 23. *Martij* 1580. Et Vrban. VIII. *in Bull. incip. Exponi* 27. *Februarij* 1628. *apud Cherub. tom. 3. pag. 92.* & docent Alvar. Valasc. *consult.* 152. Barbosa *in summ. Apostol. decis. collect.* 314. *num.* 13. & *collect.* 226. *verbo, Conservator, num.* 2 *vsq; ad* 9. Laurent. de Franchis *de controvers. inter Episcop. & Regular. pag.* 178. Sperellus *decis.* 21. *n.* 59. Mendo *de Ordinib. Militar. disq.* 1. *q.* 5. *nu.* 120. & *disq.* 2. *q* 4. *n.* 125. Carleval *de iudicijs, tom.* 1. *disput.* 2. *n* 451. Bobadilla *in Polit. lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 15. Lezana *tomo* 2. *Regul. Milit. cap.* 5. *n.* 52. & *capit.* 10. *nu.* 65. *in fine.* Riccius *in collect. decis. collect.* 314. *n.* 13. Gutierrez *lib.* 4. *pract. q* 63. *nu.* 6. Moneta *de Conservatoribus Iudicibus, cap.* 6. *num.* 20 & 35. Carolus Maranta *resp* 53. *n.* 20 *p.* 5.

Hæc facultas, & privilegium nominandi Conservatorem amplissimum est, vt patet ex verbis concessionis; vndè licét in Conservatoribus Ordinarijs præcisum sit quod 2

iniuria, & violentia ſit notoria ad procedendum. *Cap.1. & vltim. de offic. Delegat. in 6. l.1. tit.8 lib.1. Recop. Concil. Trident. ſeſſ.14. c.5.* in Ordine Hieroſolymitano iniuria, & violentia notoria præciſa nõ eſt, vt Conſervator procedere poſſit: prędicta enim iura violentiam requirentia intelliguntur in Conſervatorij, ſtrictis, non in gratioſis, & amplis, vt eſt Conſervatoria Sancti Ioannis. Moneta *dict. cap.20 numer.35.* vbi inquit, quod ex forma privilegiorum huius religionis Cõſervatorum facultas non eſt limitata ad manifeſtas iniurias, & violentias, ſed imo ad ea extenditur, quæ iudicialem exigunt indaginem; *& num.60.* quod poſt Concilium Tridentinum, & non obſtante eius decreto, Summi Pontifices Sixtus V. Gregorius XIV. & Clemens VIII. confirmarunt integrè privilegia S. Ioannis, ex quibus vnum eſt facultas nominandi Conſervatorem. Gutierrez *dict. q.63. num.6.7.8. & 9.* Mendo *diſquiſit.2.q.4 n.138.* vbi quod Pontifices Ordinibus Militaribus cõcedunt Conſervatores ſimpliciter, & Iudices ſuarum cauſarũ Pontifici immediatos conſtituunt. 3

Et Concilium *in dict cap.5. ſeſſ.* 14. expreſſè reſervavit Conſervatorias Regularium, quas ſalvas eſſe voluit; & nec fuiſſe ſublatas ex decreto. *Cap.20. ſeſſ.24* tenent Aldana *in compend. canon. reſol. lib.4. tit.8. n.10.* vbi refert, ſic deciſum fuiſſe ſub die 18. Ianuarij 1594 Barboſa *in collect. ad Concil. d. cap.5. num.3.* Salgado *de retent. Bullar. 2.p.cap.11.n.5. & 10.* vbi refert, ſic declararum fuiſſe à ſacra Congregatione. Chochier *de iuriſd. in exẽpt. p.5.q.36* Acac. Anton. Ripol. *variar. reſol. cap.1. n.58.* Thom. Sanchez *conſ. Moral tom.2. lib.6. cap.9 dub.6.n.11.* Narbona *in l.59. gloſſ. 1.n.206. lib.2. tit.4. Recop.* Machado *in Perf. Conf. tom.2. lib.4. p.3. trat.1. docum.1. nu.3.* Cruz *de ſtat. Relig. lib.2. cap.10. dub.5.* Lezana *tom.2. cap.10. nu.6. & in deciſ. Oſcenſ poſt Conſultum 40. num.4 fol. 243. in impreſſ. ann.1656.* Concilij enim Tridentinum, & Conſtitutio Clementis VIII. *expedita anno* 6 *1592. quæ incip. Sanctiſſimus*, non procedunt in Conſervatoribus Regularium, ſed in Conſervatoribus ad certas, & ſingulares cauſas, vt ſic declaratum eſt â ſacra Congregatione Rota *4.p. diverſ. cum deciſ. declarat. Concilij pag.41. ad cap.5. de reformat. ſeſſ.14.* Seraphin. *in ſchol. ad Bullam Gregorij XV. de Conſervatorib.* Farinacius *deciſ.616. p.2. recenſ.* Tondutus *de prævent. iudi.2.p.cap.59.n.17.* vndé cognoſcere poſſunt iudicialiter, & etiam ſi cauſæ plenariam cognitionem requirant. Salgado *dict. cap.11.n.103.* 7 Chochier. *tom.2.p.2. q.1.* Farinac. *dict. deciſ.216.n.2.* Freitas *in Bullar. B M. de Mercede in ſchol. ad Bull. Benedicti XIII.* Peirinis *tom.1. ſuor. privileg. conſ.5. Greg. XV. §.6.n.34. & 48.* Tamburinus *de iure Abbat. tom.3. diſp.17. q.2. n.13. & 20.* Lezana *dict. cap.10. num.22. & 23. & in dict. deciſ. n.3.* Heron. Garcia *in Polit. Regul. tom.2. tr.9. dud.6. punt.3. n.14.* Et reputantur 8 vt Iudices Ordinarij cum Farinacio vbi ſupra Peirinis *dicto tomo 2. Privileg. conſt.5. Greg. XV. §.6. num.48.* Salgado videndus *dicto cap.11. ex nu.89. cum ſeqq.* Alvar. 9 Valaſc. *conſult.152. n.4.* Qui loquitur de Conſervatoribus Militaribus, qui Iudices Ordinarij ſunt. Pereira *de Manu Regia 2.p.ca.22. num.21.*

Ex quo etiam ſequitur, quod cũ 10 hi Iudices ſint ad vniverſitatem cauſarum à Principe Vniverſalis

Eccle-

Ecclesiæ constituti Religionibus, vt perpetuo de earum causis cognoscant, perpetuum officium habere dignoscuntur. Salgado *num.* 93. & non expirat iurisdictio Conservatorum morte concedentis, etiam
11 quo ad negotia non cœpta, cũ enim eligũtur virtute concessionis factæ Religioni, quæ est perpetua, privilegium reale est, non personale. Eman. Roderic. *tom.* 1. *quæst. Regul q.* 65. *art.* 6. Moneta *de Conservator. Iudicib. cap.* 10. *nu.* 327. Miranda *in direct. Prælat. Regul. tomo* 2. *q.* 47. *art.* 6. Lezana *tomo* 2. *cap.* 11. *n.* 20. vbi animadvertit procedere etiam post Bullam Gregorij XV. quia Bulla procedit in conservatorijs personalibus concessis privatis personis, non de realibus concessis Religionibus, hæc enim censentur perpetuę, licèt regulariter
12 conservatoria morte Pontificis concedentis expiret. *Cap. fin. de offic. Deleg. in* 6. Alvar. Valasc. *consult.* 152. *n.* 4. Azor *instit. Moral. p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 32. *q.* 14. Moneta *cap.* 16. *num.* 109.

13 Hi autem Conservatores Militiarum possunt cognoscere de quacumque causa, sive possessionis, sive proprietatis, circa Ecclesiarum visitationem, iurisdictionem, Decimas, Collectas, Gabellas, & quęcumque pertinentia ad Conventus, Collegia, Prioratus, Commendas, Beneficia, Vicarias, Capellanias, & personas Ordinum, & generaliter circa omnia privilegia tuenda, vt in Bulla Pij IV. de Ordine S. Ioannis cõtinetur Mendo *de Ordinib. Milit. disq.* 2. *num.* 143.

14 An autem in Ordine Hierosolymitano possit Conservator procedere in causis servitorum est dubium; & pars negativa inducitur ex Concilio Tridentino *sess.* 24. *de reformat. cap.* 11. vbi privilegia, & exemptiones servientium Militaribus, etiam Hierosolymitanis revocata fuerunt, ex cuius decisione dubitat articulum Lezana *dict. cap.* 10. *num.* 65. & Garcia *vbi sup. n.* 15. sed Bulla Pij IV. id expresse concedit in verbis, ibi: *Adversus inferentes eis, aut eorum servitoribus, & familiaribus iniurias, seu grauamina, vel damna in personis, rebus, & bonis.* Et tenet Rodericus *dict. q.* 65. *artic.* 17. vbi tradit literã Concilij *in dict. cap.* 11. in exceptione, ibi: *Exceptis his, qui prædictis locis actu seruiunt, & intra eorum sæpta, ac domos residẽt, subque eorum obedientia viuunt, siue ijs, qui legitimè, & secundum regulam earumdem Militiarum professionem fecerint, de qua Ordinario constare debeat.* Ex quibus verbis colligitur, inquit Rodericus, solùm pro servitoribus, qui actu inserviũt prædictis pijs locis, & intra eorum sæpta, ac domos residẽt, subque eorum obedientia viuunt, possunt Conservatores creari, quando in bonis, & rebus ipsorum aliquam iniuriam, & damnum patiuntur iuxta terminos iuris communis, & privilegiorum. Pellizarius *in Manuali Regular. tom.* 2. *tr.* 8. *cap.* 8. *nu.* 129. pro qua resolutione facit, quod dicti servitores privilegijs Regularium potiuntur adeo, vt nec ab Episcopis possint excommunicari, vt ex multis constitutionibus notat Peirinis *const.* 1. *Iulij II.* §. 15. *n.* 13.

Dubium etiam vertitur in eo, 16
vtrùm Hierosolymitanus, vel alius Regularis possit convenire sæcularem ante Conservatorem in causa civili; & partem affirmativam tenent Rodericus *dict. q.* 65. *artic.* 12. Portel *in Dub. Regul verb. Conservatores, nu.* 7. Guido Papa *quæst.* 18. *num.* 3. Cruz *de stat. Relig. lib.* 2. *capit.* 10. *dub.* 5. *concl.* Hieron. Rede-

15

ric.

ric. *in compend. resol. 33. num. 11. &* 22. Diana *part. 3. tract. 1. resol. 20.* Fragoso *de Repub. Christ. tom. 2. lib. 4 disp. 12 § 2. num. 30.* Thomas Delbene *de immunit. Eccles. 1. p. cap. 7. dub. 2 sect. 2. nu. 1.* Narbona *in l. 59. tit 4. lib. 2. Recop glos. 1. numer. 227. ex cap. fin. de offic. iud. Deleg.* ibi: *Conservatores non præsumant trahere vltra vnam dietam.* Ergo à contrario sensu intra illam
17 possunt trahere. Sed contrariam vt veriorem tenent Gutierrez *lib. 3. pract. q. 8 nu. 8. & lib. 4. q. 63.* Cevallos *de cognit. per viam viol. p. 2. q. 20. n. 16. & comm. tom. 4. q. 297. num. 711.* Barbosa *de Potest. Epis. allegat. 16. n. 40.* Cabedo *diverf. lib. 3. cap. 18 n. 4.* Fuscus *de vsufruct. lib. 2. cap. 23. n. 5.* Thomas Sanchez *2. tom. consil. lib. 6. cap. 9. dub. 6.* Lezana *tom. 1. cap. 3. nu. 11.* tùm quia actor sequi debet forum rei. *Cap. si Clericus. 5. de foro competenti,* tùm ex Bulla Gregorij XV. ann. 1621. qui ita expressit, & in praxi servatur hæc opinio.

18 Sed ab hac regula excipiuntur casus iniuriæ, vel damnorum. Peirinis *tom. 2. const. 3. Greg. XV. à numer. 50.* Hieron. Garcia *in Polit. Regul. tom. 1. trat 8. dific. 2. dud. 2. punt. 1. n. 2. & tom. 2. tra. 10. dific 9. dud. 6. punt. 1. n. 6.* qui citat Tamburinum, Cespedes, & Lugo; ad quam limitationem adducunt Authores Declarationem sacræ Congregationis anni 1624. posteriorem constitutioni Gregorianæ. Vt si sæcularis spoliaverit Conventum, vel Regulares eorum bonis, poterunt enim adire Iudicem Conservatorem; & in hoc casu intelligendi sunt Portel, Rodericus, & alij, & probant Salcedo, Sperellus, Thomas Sanchez, Larrea, Castillo, Barbosa, Peirinis, & Garcia relati supra *Discept. 9. cap. 6.* vbi agitur de spoliis Hierosolymitanorum à Sæcularibus occupatis, contra quos meritò procedit Conservator, nisi fructus Prioratus 19 vel Commendæ conducti sint, nam ad conductorem pertinent spolia, & successiones curatorum Parochialium subiectorum illi Prioratui, vel Commendæ, quæ spolia fructuum appellatione continentur, vt consuluit Bertrandus *cons. 202. lib. 3.* Barbosa *in l. divortio 8 § quod in alieno, num. 6 ff solut. Matrim.* Escobar *de Ratiocinijs, cap. 29. nu. 19.* Et eiusdem generis est casus alienationis bonorum immobilium Hierosolymitanorum, nam alienationes, & locationes ad longum tempus factas potest Conservator revocare, Gratianus, Rodericus, Barbosa, & alij relati *Discept. 9. cap. 1. numer. 23.* nisi prædicta bona cum licentia alienata sint, iuxta relata *ibi cap. 3. n. 30. 31. & 32.* 20

Casus autem quotidianus Con 21
servatorē adeundi est, quoties Frater Hierosolymitanus, & qui Ordinis privilegio potitur, citatur, & cōvenitur, vel per Iudicem laicum, vel per Episcopum: tunc enim rectè adimplendum procedit Conservator. Thomas Delbene *de immunit. Eccles. p. 1. c. 1. dub. 11. sect. 1. n. 14.* Peteira *de Manu Regia. 1. p. cap 7. n. 8. vers. In aliquo casu,* vbi quod Conservator procedere potest, quando Monasterium sua possessione, aut circa sua privilegia, aut iurisdictionem perturbatur. Gutierrez *dict. lib. 3. pract. q. 10. num. 1. vers. 2.* ibi: *Secundò, quia quando huiusmodi religiosi sunt rei, satis manifestè iniuria eis fieri videtur, si coram alio Iudice, quàm suo conveniantur.* Moneta *de Conservat. Iud. cap. 7. nu. 312.* Rodericus *dicta quæst. 65. art. 11. vers. Tunc autem.* Thomas Sanchez *cons. lib. 4. cap 9. dub. 6. nu. 3. in fin.* Lezana *tom. 2. capit.*

pit. 10. n. 68. & in summ. verb. Exẽtio Regularium, num. 14. vbi quod possunt, casu quo ab Ordinarijs citentur, recurrere ad Conservatorẽ, vt dictos Ordinarios inhibeat. Tãburinus de iur. Abbat. tom. 1. disp. 15. q. 6. Mendo de Ordin Militar.
22 disquisit. 2. n. 143. Et ratio est, quia Ordinarius intendens cognoscere de exemptis violentiam committit. Cap. conquestus, de foro competenti, ibi: Per violentiam vsurpare præsumunt. Cap. Christianis. 11. q. 1. vbi Gloss. singularis.

CAPVT II.

QVIS POSSIT NOMInari Conservator Hierosolymitanorum; & intra quod tempus debeat nominari; & de alijs requisitis expressis in Bulla Gregorij XV. 1621.

SVMMARIVM.

COnservatorum qualitates, & eos eligendi forma, tàm ex Cõcilio, quàm ex Bullis Clementis VIII. Gregorij XV. & Innocentij X. referuntur. 1.

Conservatores, qui possint nominari in Ordine Hierosolymitano, ex Bulla Pij IV. refertur. 2.

Conservatores Hierosolymitani quicumque Prælati possunt nominari. 3. & Priores Regulares. 4. & 6.

Priores Hierosolymitani possunt esse Iudices Conservatores. 5.

Bulla Gregorij XV. de Conservatoribus nõ est recepta in Hispania. 7.

Bulla Gregorij XV. de Conservatoribus non afficit Religionem Hierosolymitanam. 8.

Dictio adhuc, & dictio eiusmodi quid importent. 9.

Privilegium aliquid debet operari. 10.

Bulla Gregorij XV. revocata fuit ab Vrbano VIII. pro Religione Hierosolymitana. 11.

Innocentij X. decretum de Conservatoribus editum in causa Episcopi Angelopolitani cum Religione societatis Iesu non est receptum, & solum procedit pro Indijs Occidentalibus. 12.

Conservatoriæ Militares revocatæ non sunt, nec Bulla Clementis VIII. nec Bulla Gregorij XV. quæ continent derogationes generales. 13.

Derogationibus generalibus exẽptionibus specialibus non censetur derogatum, cum obstet regula de iure quæsito. 14.

Privilegia Hierosolymitana quomodo possint derogari exprimit Bulla Pij IV. 15.

Conditionibus, & requisitis Bullæ Pij IV. non servatis, intelligitur non esse revocatam, cum ad revocationem deberet fieri expressa mentio tenoris illius. 16.

Privilegia concessa ob benemerita absque ingenti causa, & servatis aliquibus conditionibus revocari nequeunt. 17.

Religiones Militares sunt in possessione Conservatoriarum amplissimarum. 18.

Priores, & Rectores Monasteriorum, & Collegiorum Militariũ sunt Iudices Conservatores. 19.

Protonotarius Apostolicus, quãvis non sit Synodalis, est Iudex Conservator. 20.

Nuncius Apostolicus Hispaniarum, & Neapolis, & Auditor Cameræ

merè ſunt Iudices Conſervatores Ordinis Hieroſolymitani. Ibid.

Conſervatores eligere poſſunt Regulares quandocumque eis liberit. 21.

Conſervatores eligere quovis tempore conceſſit Vrbanus VIII. Religioni Hoſpitalariæ Sancti Ioannis de Deo. 22.

Conſervator in Ordine Hieroſolymitano poteſt eligi extra Diœceſim, intra tres tamen Dietas. 23.

Conſervatoris electionem in Ordine Hieroſolymitano fieri notoriã Ordinario non eſt neceſſarium, ſi eligatur Conſervator non ad cognoſcendum de cauſa, ſed vt inhibeat Ordinarium procedentem contra Hieroſolymitanum. 24.

1 PErſonas, quę in Iudices Conſervatores eligi poſſunt, expreſſit textus *in Cap. 1. de officio Delegati, lib. 6.* & Bonifacius VIII. *in cap. ſtatutum, de reſcriptis in 6.* ad quem ſe refert Concilium Tridentinum *ſeſſ. 25. cap. 10. de reformat.* Clemens VIII. *in Bulla, quæ incip. Sanctiſſimus, tom. 3. Bullar. 1592.* & Gregorius XV. *in Bulla, quæ incip. Sanctiſſimus 1621.* quam tradit ad literam Barboſa *de Poteſt. Epiſcop. allegat. 106. in fin.* Petrinis *tom. 2. Privileg.* Tamburinus *de iure Abbat. tom. 3. diſp. 17. quæſt. 1.* Fragoſo *de Repub. part. 2. lib. 4. diſp. 7. §. 6.* Machado *in Perf. Confeſſ. tom. 2. lib. 4. p. 3. docum. 6.* Hieron. Garcia *in Polit. Regul. tomo 2. trat. 10. dificult. 9. dud. 6.* Pellizarius *in Man. Regul. tom. 2. tra. 8. cap. 8. n. 86.* Et in primis, vt Iudices Conſervatores poſſint creari, ex decreto Bonifacij VIII. requirit Gregorius XV. vt nõ ſolùm in Dignitate Eccleſiaſtica ſint præditi, & in Eccleſijs Cathedralibus Canonici exiſtant, ſed etiam in Concilijs Provincialibus, aut Diœceſanis iuxta decretum Concilij prędicti Iudices ſint electi, & quod in Italia infra duos menſes, extra Italiam verò infra ſex menſes á die publicationis in vrbe Conſervatores ſint nominati, & pœnes acta Curiæ Ordinariorum nominationis documentum infra prædictum tempus ſit exhibitũ, & quod non poſſint cognoſcere, quando Regulares fuerint actores, ſed in ijs tantùm in quibus rei extiterint, neque extra Civitates, ſeu Diœceſes, in quibus fuerint deputati. Et hanc Bullam Gregorij XV. ſervari iuſſit Innocentius X. in quodam Brevi anno 1652. in quo confirmatum fuit Breve eiuſdem Pontificis die 14. Maij 1648. in cauſa orta inter Patres Societatis Ieſu cũ Epiſcopo Angelopolitano, cuius Bullæ mentionem fecit Diana. *p. 9. tract. 9. reſol. 26.* & ad literam tradit Lezana *conſulto 40. num. 110.* Thomas Hurtado *de congrua. 1. p. lib. 4. reſol. 6. §. 8. num. 237.* Bulla autem Gregorij XV. expreſſè comprehendit Religionem Hieroſolymitanam.

Verùm licét hæc omnia contra 2
Conſervatores Hieroſolymitanos ſoleant allegari, & mihi cauſas eorũ defendenti allegarentur, contrariũ defendi, inhęrens privilegio, & verbis Pij IV. *in Bull. quæ incip. Circunſpecta, kalendã. Iulij 1560.* ibi: *Necnon perſonas in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutas, & quoſcumque locorum Ordinarios, ac eorum Vicarios, & Officiales, necnon Canonicos Metropolitanarum, & Cathedralium, aliarumque Eccleſiarum Prælatos, & Rectores, per eoſdem Baiulivas, Priores, Præceptores, & Fratres, ac eorum ſingulos pro tempore eligendos in Conſervatores, qui quandiu exercuerint dictum officium, à nemine quominus illum*

illum exerceant, ſub aliquo prætextu impediri, vel moleſtari poſſint deputamus. Ex cuius tenore non ſolùm Synodales, ſed quoſcumque Prælatos Conſervatores Hieroſolymitanorũ poſſe nominari, clarè patet; vt Priores Regulares, quia ſunt in Dignitate Eccleſiaſtica conſtituti, & reſcripti Apoſtolici capaces. 3

Cap. ſtatutum, verbo Obtinentibus, de reſcriptis in 6. ſicut Priores Hieroſolymitani poſſunt etiam eſſe Iudices Conſervatores Moneta *de Conſervatoribus, cap. 5. n. 32.* & de Prioribus Regularibus tenent Rodericus *tom. 1. Regul. q. 65. artic. 3.* Thomas Sanchez *in ſumm. libr. 6. cap. 13. n. 79.* Portel *reſp. Moral. p. 2 caſu 26.* Villalobos *in ſumm. p. 2. trat. 35 dud. 6. nu. 2.* Machado *in Perf. Conf. lib 4. p. 3. trat. 1. docum. 2. nu. 5.* Miranda *tom. 2. Manual. q. 47. art. 2. concl. 3.* Moneta *dicto cap. 5. n. 24.* Peirinis *ſupra conſt. 5. Greg. XV. §. 2. nu. 11. tom. 2. privileg.* Lezana *tom. 2. cap. 10 nu. 14. & tom. 4. conſult. 40. ex num. 85. cum ſeqq.* Barboſa *in colle&t. Bullar. verbo Conſervator,* vbi tradit declarationem ſacræ Congregationis factam die 8. Octobris ann. 1617. vt poſſint Priores Regulares Conſervatores nominari, licet aliam declarationem in contrarium eiuſdem menſis, & anni anteriorem die 6. Octobris referat idem Barboſa, cui ſtandum non eſt, ſed poſteriori, cũ potuiſſet Congregatio mutare ſententiam. Garcia *in Polit. Regul. tomo 2. tra. 10 dif. 9. dud. 6. punt. 2. num. 8.* Pellizarius *in Man. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 7. n. 90.* Ioannes de SS. Sacramento *de officio, & Poteſtate Prioris clauſtralis. p. 3. nu. 310.* Quintana Dueñas *tom. 2. in Append. tract. 3. ſingul. 7. nu. 7.* & alij apud Vrritigoyti *in Paſtoral. Regul. p. 1. clauſ. 2. nu. 3. & clauſ. 3. & 4.* ex quibus ferè omnes poſt Bullam Gregorij XV. ſcripſerunt, & Tondutus *de Prævent. iudicial. 2. p. cap. 59. n. 18. & 19.* vbi reſpondet ad Bullam Gregorij XV. ita: *Conſtitutio quoque Gregorij XV. revocatoria conſervatoriarũ, quæ inſeritur apud Tamburinum de iure Abbat. tom. 3. diſp. 17. quæſt. 1. & apud Barboſa de offic. & Poteſt. Epiſ. p. 3. alleg. 106. n. 55. non comprehendit conſervatorias religioſis conceſſas, vt notavit Tamburin. dicta diſp. 17. q. 2. in fin. referens declarationem ſacræ Congregationis Concilij ſuper hoc factam, atque ita intelligenda eſt deciſio apud Antonium Maurum. 1. p. reſol. 16. & per Campanil. in diverſ. iur. Canon. rubric. 12. cap. 13. n. 24. & ſeq. vt procedat in ſimplici deputatione Conſervatoris, non autem in ea, quæ cõceditur cum ampliſſimis facultatibus.* 4 5 6

Nec dictis obſtant Bullæ Clemẽtis VIII. & Gregorij XV. nam prima recepta non fuit in Italia Moneta *cap. 5. n. 151.* nec in Hiſpania, vbi etiam recepta non eſt ſecunda Carranza *in allegat. pro Religionibus cum Dignitate Archiepiſcopali Toleti, fol. 24.* ibi: *En Conſtitutiones præſtat nobis clarum exemplar la de Clemente VIII. cerca de la creacion de los Iuezes Conſervadores de las Religiones, que refiere Iuan Pedro Moneta, de Conſervat. cap. 5. n. 145. & 151. y juntamẽte, que no ſe admitio en el Ducado de Milan, donde eſte Autor reſidia, & nos ſcimus, que no la admitio Eſpaña, ni la que deſpues en ſu confirmacion, y ampliacion promulgo Gregorio XV. Autor de la que aora tratamos, en 20. de Septiembre de 1621.* Garcia *in Polit. Reg. tom. 1. trat. 8. dif. 2. dud. 2. punt. 1. num. 2. in med.* vbi inquit, quod in Hiſpa- 7

nia non ſervatur cum rigore, quod diſponit Bulla Gregorij XV. *& tomo 2. trat. 10. dud. 6 punt. 2. nu. 10. in fin.* vbi non eſſe admiſſam in Hiſpania notat, idemque affirmat Lezana *conſulto 40. n. 84. & 85.*

8 Et dictam conſtitutionem non afficere Religionem Hieroſolymitanam declaravit S. Congregatio in verbis, ita: *Sacra Congregatio Illuſtriſſimorum Cardinalium Concilij Tridentini interpretum cenſuit conſtitutionem ſanctæ Memoriæ Gregorij XV. de Conſervatoribus non afficere Religionem Hieroſolymitanam niſi quo ad Iudices Cõſervatores, eidemque Religioni adhuc ius eiuſmodi Iudices Conſervatores eligendi competere.* Barboſa *in ſumm. deciſ. Apoſtol. collect. 314. num. 13.* Sperellus *deciſ. 21. nu. 59.* Laurent. de Franchis *de cõtroverſ. inter Epiſcop. & Regul. pag. 178.* Ioann. Maria Novarius *de elect. fori. ſect. 2. q. 69. nu. 12. in 3. impreſſ.* Carol. Maranta *reſp. 53. nu. 20. p. 5.* & hanc declarationem approbavit Vrbanus VIII. *in Bull. quæ incip. Exponi. 1628.* Et hac conſtitutione poſſe hodie Religionem Hieroſolymitanam nominare Conſervatorem abſque impediméto Bullæ Gre

9 gorianæ, probatur ex dictione *adhuc*, quæ oſtendit de præſenti ad eſſe privilegia Conſervatoriæ ad tradita per Barboſam *de Dictionibus lit. A. dict. 9.* quia idem importat, quod dictio *etiam nunc*, & ex dictione *eiuſmodi*, quæ eſt reſpectiva omnium, quæ præceſſerant quantum ad Conſervatoriam Seraphin. *deciſ. 689. n. 1.* & in hoc ſenſu operatur hoc decretum favore religionis, & in derogationem conſtitutionis Gregorianæ, cum aliàs non eſſet neceſſarium, nec aliquid ope-

10 raretur. *Cap. ſi Papa. 10. de privileg. lib. 6. Cap. ſi Romanorum. 19. diſt.* Argel. *de contrad. legit. q. 2. num. 200.* Giurba *in conſuet. Maſſan. cap. 2. gloſ. 1. n. 8. & cap. 3 gloſſ. 12. n. 17.* Turam. *de legib. p. 2. c. 21. num. 19.* Marta *de iuriſd. p. 4. cent. 2. caſ. 153. n. 8.* & in hac conſideratione Vrbanus VIII. confirmavit 11
omnia privilegia Ordinis in dicta Bulla cum clauſula, ibi: *Non obſtantibus præfati Gregorij XV. prædeceſſoris, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis.* Et ſic affirmat Garcia *in Polit. Regul. tom. 2. trat. 10 dif. 9. dud. 6. punt. 2. num. 11.* ibi: *Empero advierto, que Vrbano VIII. a 17. de Febrero de 1628. en vna Bulla que comiença: Exponi nobis, concedida a la Religion de San Iuan de Malta, revoca la Bula de Gregorio XV.*

Nec etiam afficit Religionem 12
Hieroſolymitanam decretum inſertum in Brevi Innocentij X. tùm quia non exprimit, nec loquitur de Conſervatoribus Hieroſolymitanis, tùm quia decretum receptum non eſt, ſed ab eo ſupplicatũ, & ſuſpenſum, vt notat idem Garcia *num. 12.* tùm quia ſolum procedit pro Indijs Occidentalibus, & Epiſcopatu Angelopolitano. Lezana *conſulto 40. n. 113.* tùm denique quia Cõſervator ę Militares, nec Gregoria- 13
na, nec alia Bulla ſunt revocatæ. Mẽdo *de Ordin. Milit. diſq. 2. nu. 141.* vbi quod nec privilegijs ampliſſimis Conſervatorijs Militiarũ quidquam detrahunt Conſtitutio Clementis VIII. *expedita ann. 1592.* nec alia Gregorij XV. 1621. quippe in eis continentur derogationes Generales, per quas exemptionibus non cenſetur derogatum, cum obſtet regula de iure quæſito, vt tradũt Tamburin. *de iur. Abb. tom. 1. diſp.* 41
17. q. 4. Seraphin. *deciſ. 182. num. 4.* Loter. *de re Benef. lib. 1. q. 24. num. 257.* Barboſa relatus à Mendo *dict.*

num.

num. 141. & ei regulæ per huiusmodi constitutiones non derogatur. Virginius Alviset *de Privileg. Regular. sect. 4. dub. 7. nu. 6.* vbi quod non possunt privilegia Regularium derogari nisi ipsis auditis ex regula Chancellariæ de iure quæsito non tollendo.

15 Pro qua doctrina vrget, quod in dicta Bulla Pij IV. *fol. 9.* decernit Pontifex ex concessione Clementis VII *literis prædictis, & in eis contentis, quibuscumque etiã per quascumque literas Apostolicas, etiam quasvis clausulas generales, vel speciales, etiam derogatoriarum derogatorias, efficaciores, & insolitas, ac etiam irritantia decreta sub qua cumque verborum expressione in se continentes nullatenus derogari posse, nec derogatum censere, nisi tenor illarum de verbo ad verbum, nihil pœnitùs omisso, insertus, ac huiusmodi derogationis constitorialiter factæ, & per trinas distinctas literas eumdem tenorem continentes, tribus similibus distinctis vicibus Magistro, & Conventui præfatis legitimè intimatæ, & insinuatæ forèt, ac ipsorum Magistri, & Conventus ad id expressus accederet assensus, & aliter factas derogationes nemini suffragari, ac Magistrum, & Conventum præfatos ad parendum literis derogatorijs huiusmodi, & decretis super illis processibus, ac illorum, executoribus, & subexecutoribus, eorumque mandatis, & monitionibus minimè teneri.* Ex quibus, cum in dicta Bulla Gregoriana, & similibus solùm detur clausula derogatoria generalis derogatoriarum, & non servarentur conditiones, & requisita, quæ petunt Bullæ Clementis VII. & Pij IV. dicendũ est, has non esse revocatas, vt in ter
16 minis tenet Alviset *dict. dub. 7. numer. 23.* ad revocationem enim debebat fieri expressa mentio illarum. Calderin. *cons. 526. de privileg.* Paulus de Castro *cons. 3. num. 3 & 4 &* 03 *cons. 278 vol. 1.* Oldradus *cons. 326.* Federicus de Senis *cons. 213.* maximè quia privilegia ob benemerita, ac obsequia, & beneficia in Ecclesiam collata communiter absque ingenti causa, & servatis aliquibus cõditionibus revocari nequeunt. *Cap. cæterum, de rescriptis. Cap. ex parte, de privilegijs. Cap. 2. de dolo, & contumacia.* Tiraquellus *in l. si unquam, num. 24. C. de revocand. donat.* cum multis Mendo *disquisit. 2 num. 142.* faciunt tradita infra *Discept. 16. cap. 2. ex num. 7. cum seqq.*

Vndè post dictas Constitutiones Religiones Militares sunt in possessione Conservatoriarum amplissimarum, Religio Hierosolymitana ex Bulla Clementis VII. & Pij IV. & Militares S. Iacobi, Calatravæ, & Alcantaræ ex Bulla Pij V. de cuius potestate sibi concessa vsus est Administrator etiam post illas Constitutiones, vt notat Mendo *vbi sup. num. 141.* hincque Superiores locales Monasteriorum possunt esse Cõservatores Ordinum Militarium, & Priores, & Rectores Monasteriorũ, & Collegiorum Militarium possunt 19 etiam esse Conservatores respectu eorum, qui in eorum territorio, aut potestate spirituali, vel temporali non degunt, nempè Prior, aut Rector Iacobęus potest eligi in Conservatorem alterius Ordinis Militaris, vel Religionis, & sic ad invicé, cũ sint in Ecclesiastica Dignitate cõstituti, & praxi ita obseruari testatus. Mendo *disquisit. 2. q. 4. num. 135.* vbi inquit, quod Rector Collegij Alcantarensis Salmantini munus Conservatoris respectu duorũ Ordinum exercet; & in hac Civitate Hispalensi Prior Iacobęus Conservator est Ordinis Hierosolymitani,

& alias Conſervatorias, reſpectu aliquarum communitatum exercet.

20 Quin & Protonotarius Apoſtolicus Iudex Capellæ Regiæ, quamvis non ſit Synodalis, legitimus Conſervator exiſtit reſpectu Militarium electus à Rege noſtro, vt Adminiſtratore Ordinum. Ocampo *in allegat. pro Ordine Calatravæ cum Dignitate Archiepiſcopali Toleti, num.* 95. *lit. D.* Fragoſ. *de Regim. Chriſt. Reipub. 2. p. diſp.* 12. §. 1. *n.* 3 & Garcia *vbi ſup. nu.* 10. loquens de Synodalibus, inquit: *He dicho nombrados en el Synodo, que ſi queremos eſtar a la Bula revocatoria de Vrbano, en favor de la Religion de Sã Iuan de Malta, es probable, que no es neceſſario.* Et in Regnis Hiſpaniarum, & Neapolis Nuncius Apoſtolicus, & in Italia Auditor Cameræ ſunt Iudices Conſervatores Ordinis Hieroſolymitani ex Bulla Pauli V. *expedita anno Domini* 1605. *quæ incip. Paſtoralis æterni vices.* Carol. Maranta *reſp.* 53. *nu.* 22. *& reſp.* 89. *n.* 42. *p.* 5. & idem continet Bulla Gregorij XIII. *incip. Quo magis.* 23. *Martij.* 1580. *apud Cherub. tom.* 2. *pag.* 329.

21 Nec Bulla Gregorij XV. etiam in quibuſvis Regularibus, quantum ad electionem Conſervatorum in ſex menſibus fuit ſervata; nam Regulares, qui tempore ſibi in dicta Conſtitutione Gregorij XV. præfixo Conſervatores eligere non curaverunt, dicto tempore elapſo, quã documque eis libuerit, Conſervatores eligere poſſunt. Sell. *in ſelect. Canon. cap.* 12. *n.* 7. vbi dicit ſic reſolutum ſub die 18. Septembris 1627. Barboſ. *in collect ad Concil. ſeſſ.* 14. *cap.* 5. *de reformat. num.* 7. *& in collect. Bullar. verb. Regulares, nu.* 1. Lezana *tom.* 2. *cap.* 10. *num.* 58. Garcia *in Polit Regul. tom.* 2. *trat.* 10. *dificult.* 9. *dud.* 6. *punt.* 1. *num.* 6. eſt etiam Bulla Vrbani VIII. *data die* 22 3. *Martij* 1640 Religioni Hoſpitalariæ Sancti Ioannis de Deo, qua Fratribus eius Ordinis conceditur, vt poſſint quovis tempore nominare, ſeu eligere Conſervatorem, & electus cognoſcat de eorum cauſis; de qua Bulla communicant omnes Regulares per priuilegium communicationis.

Cumque privilegia antiqua nominandi Conſervatorem permaneant in Ordine Hieroſolymitano, poterit quidem eligi etiam extra Diœceſim. Rodericus *tom.* 1. *q.* 65. *art.* 7. Villalobos *in ſumm p.* 2. *tra.* 35. *dif.* 6. *nu.* 5. Portel *verb. Conſervatores, num.* 5. intra tres tamen Dietas, vt expreſè ſtatuit Gregorius XIII. *in dicta Conſtitutione incip Quo magis.* 23. *Martij* 1580. *apud Cherub. tom.* 2. *pag.* 329. 23

Nec erit neceſſarium, quod electio notoria fiat Ordinario, maximè ſi eligitur Conſervator, vt inhibeat Ordinarium, qui vult cognoſcere contra Hieroſolymitanum, nam in eo caſu, cum Conſervator de cauſa nolit cognoſcere, ſed quod incompetens Iudex inhibeatur, & cauſa remittatur ad Aſſembleam Iudicem competentẽ Hieroſolymitani, magis actus protectionis, quàm rigoroſæ iuriſdictionis exercetur, nec neceſſaria eſt antea præventio, cum ſemper ſive Iudicem Conſervatorẽ electum habeat, vel non Religio, Ordinarius non ſuccedit loco Conſervatoris, vt aliás reſpectu Regularium deciditur in Bulla Gregoriana: argum. text. *in Cap. Chriſtianis* 11. *q.* 1. ibi: *Silveſter itaque atque Fauſtinus, qui ſe à cunabulis Clericos confitentur, à Theodora ſe opprimi per violentiam conqueruntur, quia dicunt ſe ingenuos, atque Deo authore priſtinæ conditionis nexibus abſolutos in ſortem deterrimæ iterum* 24

rum

rum servitutis addici, & per authoritatem Regiam contra leges publicas, cum Clerici Cingulo tenerẽtur adstricti, per Archidiaconum urbis Gramentiæ esse conventos, cum constet eum, qui cœlestem Militem pulsat, non nisi eius forum debere sectari. Et ideo dilecte fili, dispenso salutationis affectu supradictos Clericos tibi commendo, vt si ad delegatorum iudicium eorũ adversarij venire contempserint, sublimitatis tuæ tuitione valentur, ne quid illis, aut inimica legibus violentia necessitatis imponat, vbi Glos. in figuratione casus circa finem exponit, ibi: *Vt si adversarij eorum ad Iudices Delegatos à Papa venire contempserint, eos à violentia tueatur.* Et tunc magis executor literarum, & privilegiorum, seu exemptionis, quam Conservator dicitur. Rota apud Postium *post tractatum de manutenendo, decis.* 635. *nu.* 18.

CAPVT III.

DE COMPETENTIJS inter Conservatorem, & Iudicem Ordinarium Sacularem, & Ecclesiasticum, & de recursu ad Senatum Regium per viam violentiæ.

SVMMARIVM.

IVrisdictionem vsurpans graviter peccat.

Gravamen constare debet summariè Conservatori, vt possit procedere ad inhibitionem. 2.

Conservator legitimè procedens contra Iudicem laicum ad inhibitionem, si appellationi non deferatur non facit. 3.

Conservator vt procedere possit ad inhibitionem Iudicis laici procedentis contra Hierosolymitanum, constare debet gravatum descriptũ esse in numero, & matricula militari, sive professus, sive novitius sit. 4.

Fori privilegio vt potiatur Hierosolymitanus, sufficit, quod in matricula descriptus Cruce alba insignitus sit. 5.

Contentione orta super exemptione fori, cum sit notoria, exhibitio privilegiorum necessaria non est. 6.

Controversia suscitata super aliquo privilegio speciali Hierosolymitani Ordinis Bulla exhibenda est. Ibid.

Fori declinatoria an debeat opponi ante Iudicem laicum à Hierosolymitano inquisito de crimine. 7.

Competentiæ causæ inter Conservatorem Hierosolymitanum, & Ordinarium Ecclesiasticum quomodo sint formandæ. 8.

Conservator respectu Ordinarij est delegatus, & Superior, & qui debet iudicare. 9.

Conservator potest procedere cõtra Ordinarium, & mulctare, si eius impedierit iurisdictionem, & contra legatum á latere si procedat, vt Ordinarius. 10.

Hierosolymitani citati ab Ordinario declinare debent, & recurrere ad Conservatorem, vt Ordinarium inhibeat. 11.

Professionis documentũ, vel susceptionis Habitus testimonium in Novitio necessario exhibenda sunt ad inhibitionem Ordinarij. 12.

Competẽtia iurisdictionis inter Conservatorem, & Ordinarium decidenda est per arbitros, & interim supersedendum in causa. 13.

Ap-

Appellatio ab interlocutoria, qua quis ſe Iudicem competentem pronunciat, admittenda eſt. 14.

Iuriſdictio anima eſt inhibitionis. 15.

Arbitris non electis, & Conſervatore, & Ordinario ad invicem ſe inhibentibus, & iudicibus cauſæ declaratis, vtroque appellante, non admiſſa appellatione, ſi cauſa per viam violentiæ deferatur ad Senatum Regium, qui iuriſdictione caret, vim facit, alter non. 16.

Rex eſt Iudex Conſervator ad tollendam vim. 17.

Exemptus in articulo violentiæ, & competentia cum ſola exhibitione privilegiorum fundat de iure. 18.

Conſervatoris iuriſdictio eſt favorabilis. 19.

Iuriſdictionibus Conſervatoris, & Ordinarij probabilibus, & non conſtito de nullitate, vel defectu iuriſdictionis, quid facere poſſit Senatus in articulo violentiæ. 20.

Appellatio legitimè interponitur à Iudice conquieſcere debente, & ad vlteriora procedente. 21.

Nuncius Hiſpaniarum, & Neapolis, & Auditor Cameræ tenentur exequi privilegia Hieroſolymitana. 22.

Conſervator nolens cognoſcere de cauſa, ſed inhibens Ordinarium Eccleſiaſticum, vt cauſam remittat Ordinario exempto Religionis, eſt Iudex delegatus, & ad eum ſpectat decernere, cuius ſit iuriſdictio. 23.

Competentiæ cauſa pendente exemptus non tenetur obedire Ordinario. 24.

Ordinarius pendente competentia ante deciſionem declinatoriæ procedens dicitur gravare partem, ac ſine ordine fieri. 25.

Reſiſtere poteſt impunè Hieroſolymitanus Eccleſiaſticum Ordinarium, ſi velit eum incarcerare, cum ſubditus eius non ſit. 26.

SIcut cogens aliquem ad aliquam legem non publica authoritate ſancitam, iniuſtè facit: ita quis alium iudicans non habens authoritatem, vel vſurpando ſibi iudicandi poteſtatem graviter peccat, inquit D. Thomas. 2. 2. *q.* 60. *art.* 6. iudicium enim per vſurpationem iudicatur perverſum, & eſſe peccatum mortale tenet Navarr. *conſ.* 1. *de hæret. nu.* 1. & 5. & *in Manual. cap.* 25. *n.* 13. & probatur ex ſententia Divi Pauli *ad Roman.* 14. ibi: *Tu quis eſt, qui iudicas alienum ſervum? Domino ſuo ſtat, aut cadit.* Probant etiam textus *in Cap. moveri, & Cap. multi.* 2. *q.* 1. ſed cum hominum iudicia varia ſint, & vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundet. *l. item ſi vnus. §. Principaliter ff. de arbitris. l. quia poterat. ff. ad Trebel.* variæ quotidiè ſe offerunt de iuriſdictione contentiones, & quilibet Iudex iam non contentus cum propria, etiam levi fundamento ductus, vſurpare intendit alienam; quæ materia adeò quotidiana eſt, vt ipſa ſe commendet. 1

Igitur ſi Iudex laicus Hieroſolymitani Ordinis privilegia infregerit, & contra bona Ordinis, vel perſonas Hieroſolymitanorum, vel famulorum intra ſæpta, domos, & ſub obedientia reſidentium, vel ratione delicti, rei, ſeu contractus, proceſſerit, & cognoſcere intenderit, & per citationē, capturam ve iudicio initium dederit; tunc Religio, & eius nomine Fiſcalis, vel Frater, qui gravatur tali cognitione, Iudicem Conſervatorem adit, vel eligit, vt procedat ad inhibitionem Iudicis laici, cognito prius gravamine per ſummariam informationem. Cevallos *de cognitione per viam violentiæ, 2. p. q.* 11. *n.* 31. & 32. Et ſi Conſervator 2

vator tunc electus sit, acceptata in primis iurisdictione, Bullisque privilegiorum exhibitis, factaque summaria informatione de gravamine, decernit mandata excommunicationis contra Iudicem laicum, vt se inhibeat à causa, & eam remittat; qui 1 præcisè ante Conservatorem debet cõparere, ibidemq; defensiones proponere, si quas habet, & causa cognita per Conservatorem competentiæ causa decidituir, soletque censuras agravare, & tunc si appellationi 3 non defert, & per viam violentiæ ad Regium Senatum causa defertur, vim non facere Conservatorẽ dicitur, cum legitimè procedat ad executionem inhibitionis, & observantiam privilegiorum, idem Cevallos *dict. 2 p. q. 149.* Morote *in Patrocinio Ordinis de Alcantara, fol. 27.* Mendo *de Ordin. Militar. disq. 2. n. 143. in fin.*

4 Circa hanc tamen cum Iudicibus laicis competentiam, vt omni ex parte Conservator legitimè procedat, maximè in casu, quo laicus Iudex Hierosolymitanum carceraverit, est animadvertendum, necessarium esse, quod authenticè, vel per legitimas probationes, constet, sic gravatum esse in Ordine professum, 2 vel novitium; nam ex delatione Crucis non probari sufficienter exẽptionem fori, maximè si incognitus sit, certum mihi est, & probatur *in Cap. tuarum. 11. de privilegijs*, vbi falso cruce signati privilegijs Hierosolymitanorum non gaudẽt: habitus namq; non facit Monachũ, sed Monachus habitum. Probatio autem genuina erit, si authenticè constet, descriptum esse in nume- 5 ro, & matricula Militari. *l. 3. C. de offic. Magistr. Milit.* in terminis Giurba *cons. 77. nu. 14.* ad fori enim privilegium sufficit, quod Hierosolymitanus in matricula, seu libro Capituli descriptus Cruce alba insignitus sit Rovitus *cons. 96. numer. 9.* Franc. Leo *Thesaur. for. Eccles. p. 2. cap. 16. nu. 37.* Giurba *num. 14. & 21. in fine*, & in Fratribus extra Conventum receptis sic probat statutum *tit. 2. num. 31.* post annum autem susceptionis habitus præsumitur professionẽ factam esse Giurba *num. 15.*

Si autem contentio fuerit super 6 exemptione fori, cùm hæc sit notoria, præcisum non est, privilegia Ordinis exhibere, vt colligitur *ex Clement. Pastoralis, de sent. & re iudicat. § Notorium.* Decianus *resp. 51. num. 38. vol. 3.* Lezana *in summ. verbo Exemptio Regularium. num. 14.* licèt enim quando exemptio non est notoria, teneantur exempti exhibere privilegia exemptionis *Capit. cum personæ, de privileg. lib. 6.* tamen quando notoria est, exhibitio privilegiorum non requiritur, tâm in foro Sæculari, quàm Ecclesiastico Rodericus *tom. 1. Regul. q. 16. art. 12.* cum alijs Garcia *in Polit. Regul. tom. 1. tra. 10. dif. 3. dud. 1 num. 3.* si tamen controversia fuerit super alio privilegio speciali Ordinis, præcisè Bulla exhibenda est, vt de eius tenore appareat privilegiũ. *Cap. Porro, de privilegijs.*

In hac tamen competentia cum 7 Iudicibus Sęcularibus adversus dicta *num. 2. & 3.* dubitatum vidi contra processum Conservatoris, quod fori declinatoria debebat opponi ab ipso Hierosolymitano de crimine inquisito ante ipsum Iudicem Sęcularem, nam quilibet exemptus debet comparere personaliter ante Iudicem ad iurisdictionem declinãdam. *l. si quis ex aliena ff. de iudicijs. l. 2. tit. 7. p. 3.* & adquemlibet Iudicem pertinet cognoscere, & determinare an sua sit iurisdictio. *l. 2. ff. si quis in ius vocatus non ierit.*

Sal-

Salgado *de retent. Bull. 2. p. cap. 16. num. 2.* & in terminis Equitum Militarium tenet Bobadilla *in Polit. lib. 2. cap. 19. n. 21.* sed contrarium firmiter tenendum est, quia doctrina procedit in iurisdictione prorogabili, non verò quando in Iudice incapacitas iurisdictionis datur, & ita ipsamet lex Regia excipit Clericos, & Religiosos, qui non debent comparere ante Iudicem laicum ad opponendam declinatoriam, sed ante Iudicem Ecclesiasticum Ordinarium, vel Conservatorem. Et Bobadilla non loquitur de Hierosolymitanis, sed de alijs Militaribus, de quibus sub lite est, an sint verè religiosi, vt ipsemet Bobadilla concludit.

8 Competentia autem inter Iudicem Ecclesiasticum, & Conservatorem, quæ frequentior est, maiore indiget explicatione, nam si Ecclesiasticus procedat contra bona, res, vel personas Hierosolymitanorũ, suscitato Iudice Conservatore, vel de novo electo, acceptataque iurisdictione, summariaque informatione habita de gravamine, Conservator procedit contra Ordinarium Ecclesiasticum, & iste præcisè ante Conservatorem debet comparere

9 ad defendendam causam: est enim Conservator respectu Ordinarij Ecclesiastici Delegatus, & Superior, & qui debet causam iudicare *Cap. Saxe. 11. de officio Delegati.* Anguianus *de legibus, lib. 3 controvers. 33.* quia alias officium Conservatoris esset illusorium, & redderetur inutile Cevallos *dict q. 11. nu. 33.* vndè potest procedere contra Ordinarium, & mulctare, si eius impedie-

10 rit iurisdictionem. *Cap. Præterea. Cap. Significasti. d. Cap Sanè, de officio Delegati. Cap. 2. de officio Legati.* Barbosa *de potest. Episcop. allegat. 106. n. 5.* Lezana *consulto 40. num. 83.* Pellizarius *in Man. Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 8. n. 128. & 134.* & contra Legatos à latere si procedant vt Ordinarij Lezana *tomo 2. cap. 10. n. 34.* Thomas Sanchez *consil. Moral. tom. 2. lib. 6. cap. 9. dub. 6 num. 4.*

Et si contentio sit super iurisdictione, eo ipso quod Hierosolymitani ab Ordinarijs citentur, suam exemptionem defendere tenentur, respondendo se illos audire, sed exẽptos esse ab eorum iurisdictione, à qua declinant, & tunc recurrere ad Conservatorem, vt Ordinarios inhibeat. Thomas Sanchez *tom. 2. cõsil. Moral. lib. 6. cap. 9. dub. 5.* Tamburinus *de iure Abbat. tom. 1. disp. 15. quæst. 6.* Peirinis *tom. 2. Privileg. in addit. ad constit. Greg. XV. cap. 11. n. 12.* Lezana *in summ. verbo Exemptio Regularium, num. 14.* Pellizar. *d. tract. 8. cap. 6. n. 86.* Mendo *dict. disq. 2. num. 143.* At præcisa est professionis exhibitio, seu documentum illius, si causa criminalis sit *ex Cap. 11. sess. 24. de reformat. in Concilio Tridentino*, & si novitius Frater sit, testimonium susceptionis habitus, vel admissionis in Ordine, vt fori privilegio gaudeat. 11 12

Sin autem Ordinarius iurisdictionem sibi competere intenderit tanquam Delegatus ex decretis Cõciliaribus, Conservatorque etiam de causa cognoscere velit, competentia orta decidenda est per arbitros, & interim supersedendum in causa. *Cap. Pastoralis, de rescriptis. Cap. 5. sess. 14. de reformat. Concil. Trident.* Gregorius XV. *in Bulla, quæ incip. Sanctissimum, de Conservatorib. 1621.* apud Barbosa *de potest. Episcop. allegat. 106. num. 53* Cevallos *tom. 4. q. 897. numer. 742. 775. 777. & 787.* Mendez de Castro *in Praxi part. 2. lib. 2. cap. 5. num. 28.* Moneta *de Conservatoribus,* 13

bus, cap. 9. n. 36. 37. & 38. Fragoso de Regim. Christ. Reipub. 2. p. disp. 12. §. 1. n. 42. Salgado de Reg. Protect. p. 2. cap. 10. n. 74. & 94. Pellizarius dict. tract. 8. cap. 8. nu. 136.

14 Quod si arbitros non elegerint, sed ad invicem se inhibuerint, & vnusquisque se Iudicem competentem pronuntiaverit, præcisè mutuo à pronunciatione, & inhibitione appellare debent: appellatio autem ab ista interlocutoria, qua quis se Iudicem competentem pronúciat, quia diffinitivę vim habet, admittẽ

15 da est. Salgado. p. 2. cap. 1. num. 38. sed cum iurisdictio anima sit inhibitionis Alexander cons. 60. lib. 7. Lancellotus de attenta. 2. p. cap. 20. in præfat. q. 1. á num. 22. Marta in compilat. decis. tom. 1. tit. de inhibit. cap. 7. & 8. Salgado dict. capit. 10. num. 90. si per denegationem appellationis ad Senatum Regium causæ deferantur, Iudex, qui iurisdictione caret, vim facit, alter non. Cevallos dict. q. 11. per totam. Thomas Sanchez cons. Moral. tom. 2. lib. 6. cap. 9. dub. 5. Salgado. p. 1. ca. 2

16 num. 226. Vbi firmat, quod quoties inter duos Iudices, puta Conservatorem, & Ordinarium, est differentia super cognitione alicuius causæ, qui ad invicem se inhibent, & excommunicant, & vterque cognoscit, & in causa conatur procedere, & vtriusque iurisdictio declinatur; tunc huius articuli cognitio impossibile est, vt ad Senatum Regium possit venire, nisi per viam violentiæ, interposita præcisè appellatione, & tunc si vterque appellat ab alterius processu, & cognitione, vterque potest querelare, & ad Principem recurrere, & tunc ex actorum inspectione, quis vim faciat, detegitur, quia constat ex eisdem ab q; iurisdictione, & per consequens nul liter procedere; & tunc eumdem vim facere, non deferendo appellationi ab eo interpositę, deferat, & repo nat, decernitur; alterum verò in de negando delationem appellationi ab eo interpositæ, nullam vim fecisse, processusque sibi remittitur. Et dict. Cap. 10. num. 77. & 96. vbi in casu duorum Delegatorum ad invicem se inhibentium, quando cõpetentia per arbitros determinata non est, ex rescriptorum, & processus inspectione, satis notoriè apparebit in Curia, cuius iurisdictio sit, qui nam ea carcat, vt articulus violentiæ, & detegi, & determinari queat.

Pro qua resolution e facit, quod 17
quemadmodum Pontifex dat Iudices Conservatores ad tollendas violentias, sic Principes ad tollendam vim subditorum cognoscunt de vi, & violentia Iudicum Ecclesiasticorum, cum Rex dicatur in suo Regno Iudex Conservator ad tollendã vim, vt optimè sic eum appellat Fuscus de visitat. cap. 32. nu. 5. vbi, quod Rex est Iudex Conservator suorum vâsallorum, vt neminí iniuria fiat, & ne alijs iniuria inferatur Cevallos dict. q. 11. nu. 37. Moneta de Conservat. cap. 3. nu. 2. Salgado de Reg. Protect. 1. p. cap. 1. prælud. 2. nu. 77. Castillo de Tertijs, tom. 7. cap. 9. n. 27.

In hoc articulo violentię, & com 18
petentia exemptus cum sola exhibitione privilegiorum fundat de iure. Cap. Cum personæ, de privileg. in 6. Thomas Sanchez dict. tom. 2. lib. 6. cap. 9. dub. 5. nu. 9. Rota apud Postium de Manutenendo, decis. 617. & in vna Oscens. 11. Decẽbr. 1637. coram Pirovano, quam tradit Lezana post consultum 40. pag. 241. nu mer. 6. impreß. 1656. quod procedit, etiam si Ordinarij sint Sedis Apostolicæ Delegati Clement. 2. vbi Gloss. in verbo Alia, & ibi Vita-

lin. in § Hoc igitur, num. 4 & seq. de stat. Monachor. & in Clement. quia contingit, num. 73. de relig. do-
19 *mib.* Rota apud Lezana *dict. nu. 6.* & iurisdictio Conservatoris est favorabilis, cui in dubio favẽdum est: Cevallos. *d. q. 11. num. 36.*

20 Verùm si vtraque iurisdictio probabilis est, & non constat de nullitate, vel defectu iurisdictionis, quod decretum pronuntiandum est? Casus enim est contingens, & á Salgado doctissimo scriptore omissus; & resolutivè dico, pronunciandum esse, vim facere Conservatorem, & Ordinarium, non deferentes appellationibus interpositis. Si enim sententia, qua quis se Iudicem pronunciat, est appellabilis, & casus violentiæ, si non deferat Iudex appellationi. Glos. *in cap. habita in fin. C. ne filius pro patre*, latissimè Salgado *p. 2. cap. 11. n. 38.* D. Ioseph. Vela *tom. 2. dissertat. 41. n. 10. & 17.* quare duę sententiæ ad invicem contrariæ, non constito clarè de iurisdictione, non erunt etiam appellabiles, quando á Iudice conquiescere debente, & ad vlteriora procedente, appellatio legitimè interponi-
21 tur. *l. sive pars. C. de dilationib. Capit. significante, de appellat.* vndè cũ prædicta competentia per arbitros fuisset terminanda, Iudicesque ad
81 vlteriora processerint, attentate, & iuris ordine non servato procedunt, & ad Superiorem per appellationes causis devolutis spectavit, cuius erit iurisdictio declarare, vt in simili casu cum alijs observat Valenzuela Velazquez *cons. 200. n. 57. & 58.* non autem ad Senatores Regios, nisi res clara sit; tùm quia decisio spectat ad Iudicem competentem, Superiorem vtriusque Iudicis, Ordinarij, & Conservatoris, etsi Senatores Regij id declarant, iam erit decisum, & superior, vt est Illustrissimus Dominus Nuncius in gradu appellationis Salgado. 2. *par. cap. 14. num. 39. de Retent. Bullarum*, non habebit quid determinandum; cum etiam ex Bulla Pauli V. *quæ incip. Pastoralis.* 1605. Nuncijs in Regnis Hispaniarum, & Neapolis, tq; Auditori Cameræ Apostolicæ mandatum sit, vt privilegia, & immunitates, Ordinis S. Ioannis exequantur, eaque observari ab omnibus faciant; tùm quia si decisio pendet ex privilegij Ordinis, ea solus Papa potest interpretari: & ita contra Conservatorem horum privilegiorum difficillimũ est pronunciare, sive is cognoscere velit de causa, vel Ordinarium inhibeat, vt remittat causam Superiori Ordini, ad quẽ secundum statuta & privilegia eius cognitio pertinet. Sed in hoc vltimo casu, cum Conservator nolit cognoscere de causa, habetur vt Delegatus, & ad eum spectat determinare, cuius sit iurisdictio *ex. d. Cap.* 23 *Sanè, de officio Delegati.* Qui casus omissus etiam est à Salgado, nam *in dict. cap 10. nu. 65.* loquitur de Conservatore cognoscere volente 01 de aliquo negotio contra Iudicem Ordinarium, qui pariter causam ad se pertinere dicit, vt in casu Concilij Tridentini *in dict. Cap. 5.* non autem fit sermo de Conservatore inhibente tantum, vt alter cognoscat, qui in hac protectione Superior, & Delegatus est, & executor Bullarum magis, quám rigorosè Conservator. *Cap. Christianis. 11. q. 1.* Rota apud Postium *de Manutenendo, decis. 635. n. 18.*

Interim tamen supersedendum 24 est in causa, nec Hierosolymitanus, vel alius exemptus obedire tenentur Ordinario; quia vt inquit Panormitan. *in Cap. Pastoralis, num. 13. de exceptionib.* non potest se in causa intromittere, donec de sua iu-

ris-

rissdictione fit iudicatum, & interim super ea causa non est ei parendum; quia si nego eum Iudicem, nego illum mihi posse aliquid statuere; etsi
35 procedat ante decisionem declinatoriæ, dicitur gravare partem, ac sine ordine fieri Salcedo ad Bernard. Diaz *regul.* 251. *pag.* 69. *col.* 3.

36 Etsi contentio iurisdictionis habuerit initium per capturam, poterit Hierosolymitanus à Iudice incompetente carceratus, quovis modo, etiam violento, eximi, & liberari, & tempore capturæ impunè Iudicem resistere Carolus Maranta *resp.* 52. *n.* 9. *p.* 5. quia sine iurisdictione ius dicere tentanti impunè non paretur ex Bonifacio VIII. *in cap.* 2. *in fin. de constitut. in* 6. *l. si idem* 11. *l. fin. ff. de iurisdict. omn. iud.* quia habetur vt privatus. *l. prohibitum*, ibi: *Ipsis privatis resistentibus à faciendo iniuria arceantur. C. de iur. fisci, lib.* 10. Narbona *in l.* 20. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recop. glos.* 18. *n.* 43. & 46. Farinac. *q.* 32. *n.* 107. Scaccia *de iudic. q.* 46. *n.* 31. Guazin. *de defens. reor. def.* 5. *cap.* 4. *n.* 8. cum multis Cevalles. *d. q.* 11. *nu.* 9. & Iudici vt agressori rixę tota culpa est tribuenda. *l. quoniam multa facinora. C. ad leg. iul. de vi public.* nam vim vi repellere licèt, & iure hoc evenit, vt quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, iure feciſſe existimetur. *l. vt vim. ff. de iust. & iur.* Carol. Maranta in his terminis. *d. resp.* 52. *n.* 12. & 13.

* *
*

DISCEPTATIO XVI.

DE PRIVILEGIIS ORDINIS HIEROSOLYMITANI.

CAPVT I.

EPITOME PRIVILEgiorum Ordinis Sancti Ioannis.

SUMMARIVM.

PRivilegia Ordinis S. Ioannis multa inserta sunt in corpore iuris in locis, quæ referuntur, & alia in Bullis, statutis, & alijs libris. 1.

Privilegia circa confirmationẽ, & exemptionem Ordinis S. Ioannis describuntur. 2.

Privilegia fori, & Canonis, & Militaria. 3. *Vbi interpretatur. l.* 17. *tit.* 23. *lib.* 8. *Recop.*

Privilegia circa iurisdictionẽ. 4.

Circa authoritatem, & præcedentiam. 5.

Circa bona Ordinis. 6.

Circa Commendas. 7.

Circa Beneficia Eccleſiaſtica. 8.
Circa receptionem Fratrum. 9.
Circa Religionem, & vivendi normam. 10.
Circa Ordines ſuſcipiendos, & ſacra celebranda. 11.
Circa Sacramentorum adminiſtrationem. 12.
Circa Eccleſias Ordinis. 13.
Circa Iudices Conſervatores. 14.

1 ORdo Sancti Ioannis ingentibus potitur immunitatibus, & privilegijs, extant plura in libello, cui titulus eſt: *Li Privilegij della ſacra Religione di S. Gio. Gieroſolymitano*, in quo Bullæ Pontificum tranſcribuntur; præterea *in libro ſtatutorum ipſius Ordinis* multa continentur, maximé in vltima impreſſione Romæ 1588. & in Coronica, & Hiſtorijs Ordinis. Sed præcipua enumerantur in Bulla Clementis VII. qui cũ fuiſſet Religioſus profeſſus ſacri huius Ordinis Militaris, & in ſuo tempore Rhodus Inſula à Turcis occuparetur, cuius rei cauſa multa privilegiorum inſtrumenta perijſſent, nõ ſolùm antiqua revalidavit, ſed multa, & ampliora cõceſſit Ordini; quæ omnia confirmata poſtea fuerunt in Bullis Pij IV. Gregorij XIII. Vrbani VIII. & Innocentij X. & relata ſunt in hoc opere; ex quibus aliqua inſerta ſunt in corpore iuris, *vt in Cap. Licèt, de Regularib. Capit. Canonica, de ſentẽt. excommunicat. Cap. Tuarum. Cap. Porro, de privilegijs. Cap. In noſtra præſentia. 10. de ſepultur. Cap. Ex parte. Cap. Dudum, de Decimis. Cap. Vxoratus 8. de converſ. coniugat. Extravagant. exhibita, de privileg.* Cœtera verò in prædictis Bullis, & Statutis referuntur, quorum Epitome, ſive Compendium deſcribitur ita.

2 In primis Ordo Militaris S. Ioannis Baptiſtæ Hieroſolymitani Privilegia habet confirmationis, & exẽptionis, ab anno 1113. in quo Paſchalis II. die 15. Februarij ſub protectione Sedis Apoſtolicæ ſuſcepit Gerardum, & Hoſpitale, faciens liberum, & exemptũ in Bulla ad hoc expedita, quæ antiquior eſt in Ordine, & cuſtoditur in Chancellaria eius. Funes *in Coronica Ordinis, lib. 1. cap. 2.* cui poſtea ſucceſſorum eõfirmationes Calixti II. ann. 1120 & Honorij II. 1125. & Lucij II. 1144. & Eugenij III. 1145. & Anaſtaſij IV. 1154. & deinde ſucceſſivè omnes Summi Pontifices Religionem Militarem S. Ioannis Hieroſolymitani confirmarunt, vt in Coronica Ordinis per annos ſucceſſivè refertur; & eſſe veram Religionem probatur ex dictis iuribus in corpore iuris Canonici inſertis.

Ex dicto Privilegio confirmatio- 3
nis, & exemptionis, alia privilegia dimanant, vt ſunt Privilegia fori, & Canonis, de quibus potiuntur huius Ordinis Fratres, *vt ſupra Diſcept. 6. cap. 2. n. 9. & Diſcept. 13. cap. 1.* qui vt Regulares omnibus privilegijs Regularium participant, *ſupr. Diſcept. 3. cap. 1. n. 16.* item, & Privilegijs Clericorum ex Bulla Pij IV. *ſupr. Diſcept. 13. cap. 11. n. 19.* cumque confirmatio, & Ordinis inſtitutum ſit in Re Militari, potiuntur etiam Privilegijs Militibus in iure conceſſis *Diſcept. 1. cap. 3. num. 17.* & inter alia, vnum eſt, quod poſſint quæcumque arma, & vbicumque locorum portare, *Diſcept. 9. cap. 7. num. 13.* vndè non comprehendentur *in l. 17. tit. 23. lib. 8. Recop.* qua deciditur, ratione ſclopeti procedere poſſe contra Equites Militares Iudicem Sæcularem, quæ intelligenda eſt de alijs Militibus, nõ de Hieroſolymitanis, qui religioſi ſunt, & Milites, & quæcumque arma prohibita,

bita, & vbicumque possunt portare ex Privilegio à Sede Apostolica dimanato.

4 Circa Iurisdictionem in Ordine Privilegium habet Magnus Magister, & Conventus, plenariæ iurisdictionis, cum mero, & mixto imperio, in personis, bonis, & rebus Ordinis. Quod Privilegium iurisdictionis extenditur ad Priores, Assembleas, seu Capitula, necnon Baiulivas, & Commendatarios iuxta formam statutorum. Cui Privilegio multa alia in exercicio iurisdictionis concessa sunt; nam cognoscunt Ordinis Iudices de quibuscumque controversijs, cum omnibus suis incidentibus, emergentibus, annexis, & connexis, & etiam in gradu appellationis vsque ad tertiam difinitivã sententiam, vt in Bulla Pij IV. continetur. Item Privilegium habent inhibendi quoscumque Iudices, & advocandi quascumque causas, & quocumque loco, Imperatoris, Regum, vel Principum etiam Ecclesiasticorum capiendi, & carcerandi, & ad Conventum deferendi, vel post capturam liberandi, invocato, si opus fuerit, auxilio Brachij Secularis; & de cõtroversijs inter Fratres cognoscendi summariè, & sine strepitu iudicij *Discept.* 13. *cap.* 1. *ex nu.* 21. *vsque ad* 31. Item Privilegium habent, vt in omni iudicio, & contra quoscumque, Fratres ipsi in testes recipiantur *dict. Cap.* 1. *num.* 32. & quod nulla res iudicata possit iurisdictioni Ordinis præiudicium inferre *Discept.* 13. *cap* 3. *n.* 10.

5 Circa authoritatem, & precedẽtiam habet etiam Ordo Privilegia; nam Magnus Magister Princeps est Insulæ Melitæ, Gaudisij, Tripol, & Rhodi, & titulo Eminentiæ vt Cardinalis nominatur; Priores autem, & Baiulivi speciali titulo Vrbanitatis decorantur. *l.* 16. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recop.* & precedunt omnes titulares Sæculares *Discept.* 2. *cap.* 4 *num.* 8. triremesque, sive armamenta religionis in omni classe Christianorum post naves Summi Pontificis, & Regum, præcedunt omnes naves Principum, & Republicarum *Discept.* 2. *cap* 4. *n.* 38. & vexillũ Ordinis in coronatione Pontificis primũ locũ obtinet. Funes. 2. *p. Coron. capit.* 4. *fol.* 15.

Circa bona Ordinis sunt quoque 6
multa privilegia concessa, nam habet Ordo in bonis privilegium immunitatis, quo ad Decimas de prædijs etiam post Concilium Lateranense acquisitis ex concessione Bonifacij VIII. & Innocentij IV. & aliorum Summorum Pontificum, quorum literas confirmat Pius IV. *in Bulla Circunspecta, Calend. Iulij* 1560. *vers. Necnon literas, pagin.* 9. Et quo ad Collectas, Subsidium, & Gabellas, quo Privilegio potiuntur coloni, & procedit etiam in casu necessitatis, de quibus *supr. Discet.* 12. *cap.* 1. 2. & 3. Item & facultatem asportandi per quascumque terras, frumentum, hordeum, vinum, oleũ, legumina, & quosvis fructus, atque pecunias ex Baiulivatibus, Priorati bus, Commendis proveniẽtia, vt in Bulla Pij IV. continetur. Item habet Privilegium ad irritãdas alienationes à Hierosolymitanis factas *Discept.* 9. *cap.* 4. *nu.* 24. ipsi tamen Ordini quæcumque bona alienandi facultas conceditur. *d. cap.* 4. *numer* 32. Item bona ex illicita negociatione à Fratribus acquisita non veniunt sub spolio, sed acquiruntur Ordini *Discept.* 9. *cap.* 1. *n.* 20. iura, & actiones Ordinis ad recuperationem bonorum, sive alienata sint, sive ad longum tempus locata nullo tempore, nec longæva possessione præscribuntur *Discept.* 9. *cap* 4. *numer.* 27. & 29.

Circa

7 Circa Commendas plura,& ſpecialia ſunt Privilegia in Ordine, quæ *Diſcept.* 10. ſcripta ſunt, nam eas conferunt Magnus Magiſter, Conventus, & Priores, & Caſtellanus Empoliæ; & non reſervãtur Pótifici; nec Proviſo Apoſtolico regula de triennali poſſeſſore non moleſtando competit; nec Regula 8. Chãcellariæ procedit in illis; nec conſtitutio Gregorij XIII. de publicatione Beneficiorum; item Sęcularibus, vel Fratribus alterius Ordinis non poſſunt conferri; & poteſt Magnus Magiſter Commendas vnire, & diſmembrare, permutare, reſervare, & penſiones ſuper eis imponere; necnon reſponſiones, & impoſitiones quotannis communi Ærario ſolvẽdas; & iura Vacantis, & Mortuarij, quod Privilegium circa annalia Beneficiorum vacantium conceſſit Ioannes XXII. *in Extravaganti exhibita, de privileg.* & confirmatũ fuit á Sixto V. in Bulla confirmatoria ſtatutorum; & hæc omnia continentur in dicta Bulla Pij IV.

8 Circa Beneficia Eccleſiaſtica aliqua etiam Privilegia habet Ordo, quæ continentur *ſupr. Diſcept.* 11. *cap.* 1. 2. & 3, nam Privilegium habet, vt Hieroſolymitanis Fratribus tantum modo concedantur; & quod non poſſint reſignari niſi in favorẽ Ordinis; & quod per Magiſtrum, Priores, Baiulivas, & Commendatarios conferantur; quod Privilegiũ extenditur ad Capellanias, & Patronatus.

9 Circa receptionem Fratrum habet etiam Ordo Privilegia relata *ſupra Diſcept.* 3. de legitimatione, Puritate Sanguinis, Nobilitate Gẽtilitia, & alijs ibidem relatis cum ampliationibus, & limitationibus, quæ ibi referuntur.

10 Circa Religionem, & vivendi normam ſunt quoque Privilegia, nã huius Ordinis Fratres ad alias religiones quantumvis perfectiores, & arctiores tranſire non poſſunt ſine licẽtia Superioris ex Anaſtaſio IV. *Diſcept. 7. cap. 2. n. 21. & 22.* Item poſſunt Fratres admitti in Prioratibus, & vivere in Commendis, & extra clauſtra *Diſcept. 13. cap. 11.* & veſcuntur ovis, & lacticinijs in Quadrageſima, etiam in Convẽta exiſtentes, *Diſcept. 14. cap. 3. num 8.* & ſe adinvicem percutientes abſolvũtur à Priore. *Cap. Canonica, de ſent. excommunicat.* & poſſunt teſtamenta condere de licentia Magiſtri; & ſpolia ad eos pertinentia renunciare ex Bulla Gregorij XIII. Item & quoſcumque contractus licitæ negotiationis celebrare, & bona mobilia donare; & poſſunt ſuccedere in hæreditatibus, quæ ab inteſtato iure ſanguinis deferuntur, & in Fideicommiſſo, Maioratu, & in Fœudo; item poſſunt acquirere iuriſdictionem; & ſe exercere in Bellis Chriſtianorum, quando Bellum gerit Dominus, vel Princeps Provinciæ. Vt ſupra hęc omnia continentur integra *Diſcept. 9.*

11 Circa Ordines ſuſcipiendos, & ſacra celebranda, habet itidem Ordo Privilegia, nam Fratres à quocumque Catholico Antiſtete ſub Romanæ Sedis obedientia conſtituto ſacros Ordines, etiam extra tempore à iure ſtatutis diebus feſtivis poſſunt ſuſcipere; & quibuſvis Eccleſijs, & etiam Altari portatili celebrare; & Oratoria habere; & vaſallis poſſunt dari dimiſſoriæ ad Ordines ſuſcipiendos, *Diſcept. 14. cap. 1.*

12 Circa Sacramentorum adminiſtrationem habet etiam Privilegia Religio Hieroſolymitana, nam Superiores Ordinis habent facultatẽ approbandi Confeſſores, qui Fratribus, Vaſallis, Subditis, & Familiaribus

bus confeſſiones audiant, & Euchariſtiam, aliaque Sacramenta miniſtrent, *Diſcept. 13 cap. 12. ex nu. 20.* & ſuper votis (terræ ſanctæ, & ceſſitij dumtaxat exceptis) componant, & abſolvant, *Diſcept. 14 cap. 2. num. 11.* & poſſunt Priores, & alij titulares nominare Vicarios, & Viſitatores Prioratuum, Commendarum, & Eccleſiarum, *Diſcept. 14. cap. 1.* & delicta in Sacramentorum adminiſtratione commiſſa á Prælatis Ordinis animadverti debent, *Diſcept. 13. cap. 12.*

13 Circa Eccleſias Ordinis ſunt etiá Privilegia multa, nam exẽptæ ſunt ab Ordinarijs Eccleſiaſticis, Fabricæ earum ſunt liberæ ab omni exactione, habent multas indulgentias, quas publicare poſſunt Hieroſolymitani ſine licentia Ordinarij, *Diſcept. 14 cap. 2.* nec interdicta ab Ordinarijs poſita, in eis obſervari debent, *Diſcept. 14. cap 4.* & quæcumque fidelium cadavera poſſunt ibidem ſepeliri. *Cap. In noſtra. 10. de ſepulturis, Diſcept. 14. cap. 5.*

14 Habet etiam Ordo privilegium nominandi Iudices Conſervatores ad quaſcumque cauſas, etiam iudicialem indaginem requirentes, & pro iniurijs, & damnis famulorum, & Bulla Gregorij XV. de Conſervatoribus revocata eſt pro Ordine S. Ioannis, *Diſcept. 15. cap. 1. 2. & 3.*

15 Prędicta tamẽ Privilegia ampliata, & extenſa ſunt in Bulla Pij IV. *quæ incip. Circunſpecta, kalend. Iulij. 1560. apud Laert. Cherub. tomo 2 fol. 9.* vbi multa deſcribuntur, quę pertinent ad vniuſcuiuſque Privilegij naturam, & ideo tenor conſtitutionis attendendus eſt. Ego vero de intellectu horum Privilegiorum pro viribus huc vique contẽdi, propugnans eorum firmitatem, & contrarijs obiectionibus ſatisfaciens; ea ergo revocata non eſſe, & ab Epiſcopis interpretari non poſſe, probatur ſtatim capite ſequenti.

CAPVT II.

DE CONFIRMATIONE Privilegiorum Ordinis S. Ioannis; & eorum irrevocabilitate; & de prohibita interpretatione.

SVMMARIVM.

PRivilegia omnia Ordinis Sancti Ioannis confirmarunt Vrbanus VIII. & Innocentius X. 1.

Privilegia Ordinis S. Ioannis confirmata ſunt, exceptis decretis Concilij, & Conſtitutionibus Apoſtolicis, necnon alijs, in quibus ſpecificè eadem religio exprimitur. 2.

Dictio & eſt copulativa, & repetitiva præcedentium, ſicut dictio necnon, *quæ etiam copulativa eſt.* 3.

Privilegia Militiarum non derogantur per derogationem in communi, niſi fiat de illis ſpecialis mentio. 4.

Concilium quando voluit comprehendere Ordinem Hieroſolymitanum expreſſit. Ibid.

Privilegia Regularium contraria Concilio Tridentino non ſunt abrogata, niſi in decretis ſcripta ſit prohibitio cum Privilegiorum derogatione. 5.

Bullæ Pij V. & Gregorij XIII. comprehendentes Eccleſias, & perſonas Hieroſolymitanorum in his, quæ ad Curam animarum pertinẽt, in quibus decreta Concilij ſervari debent, ſunt in obſervantia cum limita-

mitationibus relatis Diſcept. 13. cap. 12. 6.

Princeps debet habere vnum calamum, & vnam linguam. 7.

Privilegia Ordinis Sancti Ioannis conceſſa fuerunt ob remunerationem. 8.

Privilegia ob benemerita conceſſa non intelliguntur revocata per clauſulas generales quantumvis duplicatas, & derogatorias. 9.

Privilegia remunerationis dicũtur contractus privilegiati. 10.

Datum in remunerationem non procedit á ſimplici liberalitate, ſed ab ea obligatione, qua benefacienti tenetur quis ſatisfacere. 11.

Donatio remuneratoria non eſt propriè donatio. Ibid.

Oneroſa non lucrativa eſt immunitas conceſſa Ordini Sancti Ioannis. 12.

Privilegia remuneratoria non revocantur. 13.

Revocari non poteſt à Principe Privilegium remuneratorium, nec de plenitudine poteſtatis, etiam ſi vtatur clauſulis Motu proprio, & ex certa ſcientia, aut non obſtantibus. 14.

Bulla Pij IV. prohibens revocationem Privilegiorum Ordinis S. Ioannis refertur. 15.

Privilegia Hieroſolymitana non poteſt Summus Pontifex revocare non ſervata forma præſcripta in Bulla Pij IV. 16.

Clauſula derogatoria Privilegij, quod non poſſit revocari, niſi ſervata tali forma, & niſi fiat mentio de Privilegio de verbo ad verbum, valet. 17.

Revocatio Privilegiorum Societatis Ieſu non valet, niſi fuerit Patribus intimata. 18. *Nec Privilegia Congr. Caſſin. Ibid.*

Privilegiorum Ordinis Sancti Ioannis cauſa non ceſſat, & ideo Privilegia non debent reſtringi.

Privilegia remuneratoria Ordinis S. Ioannis cum dimanent á Sede Apoſtolica, ſucceſſores in Pontificatu tenentur ea ſervare. 20.

Privilegia ex cauſa oneroſa conceſſa tenetur ſervare non ſolùm Princeps, qui conceſſit, ſed ſucceſſores in Dignitate. Ibid.

Privilegiorum Ordinis Sancti Ioannis interpretatio prohibita eſt Cardinalibus, & omnibus Iudicibus, & Epiſcopis. 21.

Privilegia, & exemptiones, quæ dimanant à Papa, ipſe ſolus de illis debet iudicare. 22.

Ordinarius non pòteſt interpretari Privilegium, ſi controverſia fuerit cum Regularibus, quia fuiſſet facere Iudicem in ſua cauſa. 23.

Interpretatio Doctrinalis, ſeu Magiſtralis Privilegiorum competit Prælatis Religionis, & viris doctis, iudicialis verò ad Papam. 24.

ORdinis S. Ioannis Hieroſolymitani, & Equitum Melitenſium Privilegia, indulta, facultates, exemptiones, immunitates, & alias gratias illis cõceſſas confirmavit Vrbanus VIII. *conſtit.* 15. *incip. Vniverſalis.* 29. *Martij.* 1624. & notant Barboſa *in ſumm. deciſ. Apoſtolicar. collect.* 314. *num.* 11. Machado *in Perfect. Confeſſ. tom.* 2. *lib.* 5. *p* 4. *trac.* 3. *docum.* 6. *nu.* 6. *in fin.* Alexander Sperellus *deciſ.* 21. *num.* 30. eamdem confirmationem fecit Innocentius X. *in Bulla Vniverſalis Eccleſiæ* 18. *Iulij.* 1648. *tom.* 4. *Bullar. pag.* 268. 2

In prędicta tamen confirmatione Innocentij X. excipitur, ibi: *Exceptis tamen decretis eiuſdem Concilij Tridentini, & Conſtitutionibus Apoſtolicis, necnon alijs, in* 2

qui-

quibus specificè eadem Religio exprimitur, & comprehendi disponitur, quæ in suo robore, & efficacia permaneant. Ex quibus verbis deducitur, quòd si specificè Religio Hierosolymitana non exprimitur, tàm in Concilio Tridentino, quàm in alijs Constitutionibus Apostolicis, comprehensa non est; quia verbum *Specificè*, nō solùm ad Cōstitutiones Apostolicas, sed ad decreta Concilij refertur; vt probatur ex dictione copulativa *&*, quæ in vna, & eademmet oratione posita est repetitiva præcedentiū. Barbosa *de Diction. dict.* 93. *n* 12. & qualitatem præcedentis extremi tribuit
3 sequentibus, eaque vniformiter coniungit Carol. Maranta *resp.* 47. *p.* 4. *nu.* 33 sicut dictio *necnon*, quæ etiam copulativa est. Barbosa *dict.* 178 & ita benè Privilegia Militarium non derogari per derogationem in communi, nisi fiat de illis specialis mentio, docuit Navar. *lib* 3. *consil. tit. de Regular. cons.* 21 *n* 4. vbi cum de Cisterciensibus loqueretur, extendit id ad Regulares S. Ioannis, & cum Na-
4 varro idem firmat Mendo *de Ordin. Milit. disq.* 2. *q.* 1. *n.* 12. idq etiam suadetur ex eo, quod Concilium, quando voluit comprehendere Regulares Hierosolymitanos, expressit eos, *vt in sess.* 25. *cap.* 21. *sess.* 23. *ca.* 18. *sess.* 24 *cap.* 11. & ita quando specificè non exprimit, non comprehendi in decretis sub nomine Regularium in odiosis clarum est Rota *decis.* 591. *n.* 8. 1. *p. divers.* & apud Bordonum *post tract. de Profess. decis.* 6 *nu.* 8. Gonçalez *in Regul.* 8. *Chanc glos.* 8. *n.* 58. in nullis enim Constitutionibus Apostolicis, Conciliorum decretis, & iuris decisionibus in odiosis Regularium nomine Hierosolymitani continentur, sed solum in favorabilibus, *vt supr. Discept.* 6. *c.* 2. *n.* 17. scriptum est.

5 Ex quo cessat quæstio nimis controversa, vtrum Privilegia Regularium, quę sunt contraria decretis Cōcilij Tridentini, sint abrogata; nam q; si in dictis decretis Privilegiorū Hierosolymitanorum expressa mentio, & revocatio non fiat, revocata quidem non sunt, sed firma, & stabilia; & de quibuscumque privilegijs Regularium etiam cōtrarijs Concilio Tridentino, quod non fuissent abrogata, niū in decretis scriptis sit prohibitio cum Privilegiorum derogatione, tenent, & multis probant, etiam cum declaratione sacræ Congregationis. Nicol. Garcia *de Beneficijs. p.* 3. *c.* 2. *ex. n.* 260 *cum. seqq.* & multi relati *supr. Discep.* 13. *cap.* 11. *n.* 26.

Excipiuntur etiam in dicta Inno- 6
centij X. confirmatione in fine Bullæ literæ Pij V. & Gregorij XIII. expeditæ, comprehendentes *Ecclesias, & personas in his, quæ ad Curam animarum pertinent, in quibus decreta Concilij Tridentini huiusmodi omnino servari debere.* Quæ comprehensio in decretis de Cura animarum loquentibus in materia administrationis Sacramentum diversas continet limitationes, quę Regulam ferè destruunt, *vt supr. Discept.* 13. *cap.* 12. scriptum videtur.

Igitur salvis prædictis limitationi- 7
bus, in cœteris Privilegia Ordinis S. Ioannis firma, & stabilia sunt, nec revocari posse, nisi forma præscripta in Bulla Pij IV. existimo, tùm, quia vt nobiliter dixit Baldus *in cons.* 279. *vol.* 3. in Principe tanquam fonte iustitiæ debet esse constans, & perpetua voluntas, eique convenit illud verbum, *semel locutus est Deus*, debeq; habere vnum calamum, & vnam linguam, iuxta illud, quod scriptum est, *Quæ processerunt de labijs meis non faciam irrita*, & ideo debet esse immobilis, sicut lapis angularis, & sicut polus in Cœlo, prout inquit Curtius Iunior *cons.* 170. Roland. à Valle *cons.* 13. *n.* 52. *vol.* 3. Scaeia *de iudic. lib.* 1. *cap.* 53. *nu.* 34. Castilo *tom.* 7. *de tertijs. cap.* 18 *num.* 39.

Tùm etiam quia huiusmodi Privi- 8
legia concessa fuerunt ob remunera-

tionem, vt clare probatur ex Bulla Pij IV. *kalendas Iulij.* 1560. *apud Laert. Cherub. tom. 2. fol. 9.* in principio, in verbis, ibi: *Circunſpecta Romani Pontificis prouidentia, ſuadentibuſq; honeſtis cauſis.* Et in Bulla Sixti V. confirmatoria ſtatutorũ 20. *Martij.* 1586. ibi: *Nos igitur ad præclara Religionis huiuſmodi merita debitũ reſpectum habentes,* & in Bullis Clementis VII. Innocentij VIII & Gregorij XIII. vbi merita ſpecificantur, quarum verba referuntur *ſupr. Diſcept. 1. c. 3. n. 25.*

9 Privilegia autem ob benemerita conceſſa nunquam intelliguntur revocata per clauſulas generales, quantùmvis duplicatas, & derogatorias. Tapia *ad. l. fin. ff. de conſtit. Princip. 2. p. c. 9. n. 116.* Caſtillo *tom. 7. ca. 36. num. 35.* Roderic. *tom. 1. Regul. q. 9. art 9.* Suar. *de leg. lib 8. c. 38 n. 2.* Salgado *de Reg. Protect. p. 3. c. 10. n. 97.* Decianus *reſp. 51. n. 25. vol. 3.* qui de his Privilegijs Hieroſolymitani Ordinis loquitur cum Romano *conſ. 437. & 478.* Patriſius *conſ 44. nu. 20. vol. 4.* Carol. Maranta *reſp. 89. p. 5. ex*
10 *num. 45.* Et ratio eſt, quia remunerationis Privilegia dicuntur contractus privilegiati. *l. Titius puerum ff. de obſeq. Patr. præſtand.* vndè plenũ ius, & abſolutum tranferunt, vt reformari, ſuſpendi, aut modificari, etiam ex cauſa publica non poſſint. *l. Aquilius Regulus ff. de Donat.* Gloſ. *in. l. decurionibus. C. de ſilentiar. lib. 11.* Franc. Nig. Cyriac. *tom. 3. controv. 469. numer. 62.* Valençuela *conſ. 155 num. 7.* quod ergo datur in remunerationem non procedit à mera, & ſimplici liberalitate, ſed ab ea obligatione, qua benefacienti tenetur quis benefacere.
11 *l. ſed etſi lege §. Conſulvit ff. de petit. hæredit.* hinc donatio remuneratoria non eſt donatio propriè. *l. ſi quis pro vxore. § fin. in fin ff de donat. int. vir. & vxor.* & dicit Abbas *in Rubr. extra, de donat.* quod concedens videtur potiùs naturale debitum exolvere, quàm liberaliratem exercere; & talis recipiens immunitatem, dicitur habere cauſam oneroſam, & non lucrativam, quia ſolvitur ſibi laboris merces. *l. ſi pater. §. 1. l. Aquilius. ff. de donat.* Cyriac *vbi ſup. n. 57.* Et exé 12
ptionem Equitibus ſacri huius Militaris Ordinis conceſſam à Papa oneroſam eſſe ob defenſam Eccleſiæ notat Anſald. *de iuriſdict. p. 2. tit. 11. ca. 5. num. 144. & 153.* Pariſ. *con. 44. vol. 4.* Rota apud Tamburin. *de iur. Abbat. deciſ. 105. nu 8.* cum igitur prædicta Privilegia tranſeant in contractum, non poſſunt revocari, ſicuti non revocatur contractus. Surdus *conſ. 419. ex* 13
num. 51. cum ſeqq. vol. 3. Decianus *dict. conſ. ſeu reſp. 21. nu. 26.* Menoch. *conſ 156. num. 31. lib. 2. & conſ. 264. nu. 23.* Burſatus *conſ. 16. n. 69. & 70. vol. 1.* vbi dicit hanc regulam obſervari in contractu oneroſo, vel remuneratorio, quoniam æquiparantur, & ſunt eiuſdem naturę Matienz. *in. l. 6. tit. 10. n. 26 gloſ. 1. lib. 5. Recop.* Gratian. *Diſcept. cap. 167. n. 30.* Maſtrill. *de Magiſtrat. lib 1. ca. 27. à nu. 35. & 36.* Hermoſilla *in. l. 53. tit. 5. p. 5. gloſ. 1 & 2. n. 23.* Et quod ſimile Privilegium remanet irrevocabile, probat latè Caſtillo *tom. 7. de tertijs, cap.* 14
18. n. 148. & 149. vbi quod nec de plenitudine poteſtatis poteſt Princeps revocare, & quod non remaneat revocatum, etiam ſi vtatur clauſulis *Motu proprio, ex certa ſcientia, aut non obſtantibus.* Gaſp. Klokius *de contribut. cap. 16 ex num 178. cum ſeqq.* Virginius Alviſet *de Privileg. Regular. ſect. 1. cap 8. §. 2. art. 1. n. 18.*

Quod fulcitur ex clauſulis Bullæ 15
Pij IV. ibi: *Decernens literis prædictis, & in eis contentis quibuſcumq; etiam per quaſcumque literas Apoſtolicas, etiam quaſvis clauſulas generales, vel ſpeciales, etiam derogatoriarum derogatorias, efficaciores, & inſolitas, ac etiam irritantia decreta ſub quacumque verborum expreſſione in ſe continentes, nullatenus dero-*

gari

gari poſſe, nec derogatum cenſere, niſi tenor illarum de verbo ad verbum, nihil pœnitùs omiſſo, inſertus, ac huiuſmodi derogationis conſiſtorialiter factæ, & per trinas diſtinctas literas eundem tenorem continentes, tribus ſimilibus diſtinctis vicibus, Magiſtro & Conventui præfatis, legitimè intimatæ, & inſinuatæ forent, ac ipſorum Magiſtri & Conventus, ad id expreſſus accederet aſſenſus; & aliter factas derogationes nemini ſuffragari, ac Magiſtrum & Conventum præfatos, ad parendum literis derogatorijs huiuſmodi, & decretis ſuper illis proceſſibus, ac illorum executoribus, & ſubexecutoribus, eorumque mandatis, & monitionibus minimè teneri. Quod privilegium irrevocabilitatis Privilegiorum conceſſit antea Clemens VII. *ann.* 1523. *die* 2. *Ianuarij*, & confirmavit Gregorius XIII. *in Bull. quæ incip. Quo magis, dat. Romæ apud S. Petr. die* 23. *Martij* 1580. *apud Laert. Cherub. tom.* 2.

16 *pag.* 329. Ex quibus clauſulis probatur, quod Summus Pontifex non poteſt, non ſervata dicta forma, prędicta Privilegia revocare, Decianus de illis loquens *dict. conſ.* 21. *n.* 27. vbi plures refert, Parisius *conſ.* 44. *vol.* 4. Romanus *conſ.* 437. Virginius Alviſet *de Privileg. Regular. ſect.* 4. *dub.* 7. *n.* 23 & 44. Mendo *de Ordin. Milit. diſq.* 2 *n.* 142. licèt enim in materia Legũ, Statutorum, & Privilegiorum, certa ſit opinio, quod non valeat diſpoſitio præcedens habens clauſulam derogatoriam potentiæ revocandi, id eſt, quod non poſſit in contrarium quidquam fieri, quia non poteſt imponere quis talem legem, vt ab ea recedere

17 non valeat: poteſt tamen clauſulam derogatoriam apponere, quod non poſſit derogari, niſi ſervata tali forma, vt in præſenti caſu, niſi fiat mentio de verbo ad verbum. *Cap.* 1. *de conſtit. in* 6 *Cap. vnic. de exceſſ. Prælat. eod.* Bartol. *in l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de legat.* 3. Craveta *conſ.* 126. vt in revocatione Privilegiorum Societatis Ieſu, quæ non valet, niſi fuerit Patribus intimata, & inſinuata, ex Privilegio Gregorij XIII. de quo Amatis *deciſ.* 17. Diana *part.* 2. *tract.* 2. *de Dubijs Regular. reſol.* 68. *& p.* 8. *tract.* 10. *reſol.* 29. Amicus *tom.* 5. *de iuſt. diſput.* 9. *ſect.* 10. *n.* 148. Et in privilegijs Congregationis Caſſinenſis ex Bulla Clemẽtis VIII. Virginius Alviſet *vbi ſupr. num* 40. qui *num.* 41. multa Privilegia Regularium cum clauſula, vt non poſſint revocari niſi ſub certa forma, refert. 18

Facit etiam, quod hæc Privilegia confirmata fuerunt à pluribus Pontifi- 19
cibus, & ob cauſam oneroſam, quæ non ceſſat, ſed viget indies, cũ quotidie exponãt vitam iſti ſtrenui Equites, & multi pereant pro Fide Chriſti, & pro tuitione Chriſtianæ Reipublicæ, vt de illis verè dicatur, *Maiorem hãc dilectionem nemo habet, quã vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* Ioannis *cap.* 15. Ergo non debent nunc eorum Privilegia reſtringi, & mutilari, quinimo latiſſimè interpretanda, & amplianda; cùm enim hæc omnia Summus Pontifex, ſub protectione Sedis Apoſtolicæ ſuſceperit, ſucceſſores in Pontificatu tenẽtur ea ſervare: eadem enim eſt Sedes Apoſtolica. *Cap. Quoniam, de offic. Delegat. Cap. Gratioſe, de reſcript. lib* 6. Abbas *in Cap. Recipiens, de privileg.* Decian. *dict. conſ.* 21. *n.* 16. 20
Privilegia enim ex cauſa oneroſa non ſolùm tenetur obſervare ipſe Princeps, qui conceſſit, ſed ſucceſſores in eadem Dignitate. *Cap.* 1. *de probationib. Cap. Si ea.* 25. *q.* 2. Rolandus à Valle *conſ.* 1 *n.* 40. *lib* 2 *& conſ.* 13. *numer.* 33. *lib.* 3. Tiraquel. *in l. ſi vnquã C. de revocand. donat. verb. Donatione largitus, num.* 13. Philip. Pachal. *de virib. patr. poteſt p.* 1. *cap.* 1. *n.* 50. de Privilegijs Regularium loquens Alviſet *dicto dubio* 7. *n.* 30. *&* 40. laſſiſſimè plures Doctores referens Caſtillo

tillo *tom.7. de Tertijs, cap.* 18. *n.* 163.

21 Horum autem Privilegiorum interpretatio prohibita eſt omnibus Iudicibus, Cardinalibus, & Epiſcopis, vt in Bulla Pij IV. circa finem continetur, & in Bulla Gregorij XIII. *incip. Quo Magis.* 23. *Martij.* 1580. *apud Cherub. tom.* 2. *pag.* 329. & in Bulla Innocentij X. ibi: *Et ita per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios quavis authoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter iudicandi, ſeu interpretandi facultate, & authoritate, iudicari, & diffiniri debere.* Carol. Maranta *reſp.*

22 89. *n.* 43 *p.* 5. Cuius ratio eſt, quia cum dare hæc Privilegia, & Exemptionè, tantùm ad Papam ſpectet, ideò ſolus ipſe debet de Privilegio exemptionis iudicare. *Cap. Cum veniſſent, de iudicijs. Cap. Inter alia, de ſententia excommunicat. l. ſi Imperialis Maieſtas. l. leges ſacratiſſimas. C. de legib.* & ex regula iuris, *eius eſt interpretari, cuius eſt condere*, de qua Velaſco *axiomat. iur. lit. A. num.* 88. maximè ſi controverſia dependeat à Privilegio; nam fuiſſet facere Ordinarium Iudicem in ſua cauſa, quod non licet.

23 *l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſdic. omn. iudic. & C. ne quis in ſua cauſa iudicet.* Lezana *in ſumm. verb. Exemptio Regularium, num.* 14. *& verb. Privilegia Regularium, num.* 11. Tamburinus *de iur. Abbat. tom.* 1. *diſp.* 15. *q.* 6 *& q.* 10. *per tot.* Cochier *de iuriſdict. in exempt. lib.* 2 *p.* 1. *q.* 13. Salgado *de retent. Bull.* 2. *p. cap.* 16. *nu.* 13. Cruz *de ſtat. Relig. lib.* 2. *ca.* 1. *dub.* 2. *& cap.* 3. *dub.* 5. Henriq. *lib.* 7. *de indulgent. cap.* 25. *n.* 6. Thomas Sanch. *tom.* 2. *conſ. Moral. lib.* 6. *cap.* 9. *dub.* 4 *num.* 34. Pellizarius *in Man. Regul. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 1. *nu.* 134. Virginius Alviſet *de Privileg. Regul ſect.* 1. *cap.* 5. *n.* 25. Hieron. Garcia *in Polit. Regul. tom.* 2. *tra.* 8. *dificul.* 3 *dud.* 1 *punt.* 1. *n.* 1. *& dific.* 1. *dud.* 4 *n.* 12. ibi: *Lo cierto es, que los privilegios de las Religiones ſe han de eſtender, antes que cohartar, y que no toca a los ſeñores Obiſpos interpretallos, ſino a la Sede Apoſtolica, o a los Superiores de las miſmas Religiones.* Interpretatio enim Privilegiorum duplex eſt, vna iudicialis, quæ tantùm ad Papam ſpectat ex prædictis Bullis, & iuris canonici, & civilis deciſionibus; altera doctrinalis, ſeu Magiſtralis, & hæc competit Prælatis Religionis. Lezana *in ſumm. verb. Privileg. Regul. n.* 11. & viris doctis Theologis, ſive Iuriſperitis. Pellizarius *dicto cap.* 1. *n.* 134. Cum quibus huic operi finem impono die 8. Septembris 1661. in honorem B. Mariæ ſemper Virginis, & S. Præcurſoris Baptiſtæ, & ſub correctione S. Eccleſiæ Romanæ, cui ex corde, quæ ſcripta toto opere exiſtunt, ſubduntur.

24

*

FINIS.

INDEX EORVM,

QVÆ IN HOC LIBRO HABENTVR,

CVIVS PRIOR NVMERVS DISCEPTATIONEM,

SECVNDVS CAPVT, TERTIVS CAPITIS NVMERVM SIGNIFICAT.

A

ABbates exempti iurisdictionẽ quasi Episcopalem habẽt, discept. 2. cap. 4. num. 5.

Absens Frater Hierosolymitanus Reipublicæ causa gaudet antiquitate, & reputatur præsens in Cõventu. d. 10. c. 5. n. 11.

Absolvi potest à Prælato Hierosolymitanus alterum eius Ordinis percutiens. d. 13. c. 10. n. 1. Absolutionem petere ab Episcopo Regularem percussorem Clerici Sæcularis est actio voluntaria. Ibid. n. 7. Absolutio excommunicationis nullæ impositæ ab Ordinario Iudice incompetente non potest ab eo dari, nec excommunicati censentur eam petere. d. 13. c. 12. n. 47.

Accusatus de crimine, vel diffamatus in fraudem videtur Habitũ suscipere. d. 13. c. 4. n. 9.

Acquiri possunt multa per viam privilegij, quæ non possunt per viá immemorabilis cõsuetudinis. d. 13. cap. 7. n. 22.

Actus positivi non admittuntur in vim absolutę probationis ad Habitum S. Ioannis consequendum. d. 5. c. 2. n. 9.

Actus ab initio quandiu non valuit, tractu temporis non convalescit. d. 7. c. 2. nu. 36. Actus ab initio irritus ob impedimentum tunc convalescit, quando sublato impedimẽto subsequitur novus consensus. d. 9. c. 5. n. 16.

Administratores non domini bonorum sunt Hierosolymitani. d. 9. cap. 4. n. 26.

Admissorum ad Ordinem Sancti Ioannis contra formam statutorum pœnæ. d. 5. c. 2. n. 10.

Admirati officium, & præeminentiæ. d. 2. c. 3. n. 11.

Ætas ad receptionem Habitus S. Ioannis statuto requisita refertur. d. 3. c. 9. 1. decem & octo annorum requiritur, vt quis admittatur ad caravanas faciendas 3. terdecim annorum sufficit ad Habitum S. Ioannis recipiendum. n. 6. ad professionem designata á Concilio Tridentino servatur in professione Ordinis S. Ioannis. n. 7. Ætatis statuto facilè dispensatur in Ordine S. Ioannis. n. 4. Ætatis certæ ad militandũ non habetur ratio. 5. Ætas maior est causa prælationis ad Beneficium. d. 10. c. 3. n. 15. Ætas quatuordecim annorum non requiritur ad Capellanias de Parentela obtinendas. d. 11. c. 3. n. 12.

Agricultura non detrahit nobilitati ad Habitum S. Ioannis requisitæ. d. 3. c. 3. n. 22.

Alienatio quibus interdicitur locare ad longum tempus, vel in emphiteusim concedere non licet. d. 9. c. 1. n. 25.

Alienare bona immobilia non possunt Hierosolymitani. d. 9. c. 4. n. 24. & alienatio ab eis facta est nulla.

la.n.25.poſſunt alienare cum licentia. n.30.

Alienandi bona non denegatur facultas Religioni Hieroſolymitanæ.n.32.

Alphonſus Rex Aragoniæ,& Navarræ, qui electus fuit Imperator, in teſtamento legavit Regna propria Aragonię, & Navarræ, Ordinibus S. Ioannis, Templariorum, & S. Sepulchri, & ſucceſſores in Regnis cum omnibus intereſſatis ſe compoſuerunt.d.1.c.2.n.15.

Amalaricus Primus, & poſt eum Guido de Luſignano ſucceſſerunt in Regno Hieroſolymitano.d.1.c.2 num.20.

Animi inconſtantes aſpernendi ſunt.d.3.c.4.n.2.

Annus novitiatus an dari debeat in tranſitu vnius religionis ad alteram.d.7.c.4.n.3.&4.

Annus novitiatus requiritur ad profeſſionem emittendam in Ordine S. Ioannis, & debet eſſe continuus.d.3.c.9.n.9. Et poteſt diſpenſari à Summo Pontifice. nu. 10. Et diſpenſatur, quando committitur profeſſio alicui executori,vel Delegato.n.11.

Antianitas commendatur. d.10. cap. 4. nu. 10. Numeratur â die quo Hieroſolymitanus Paſſagij ſui ſolutionem fecerit, etiam quod ante factas probationes fuerit ſolutum. num.11.

Appellatio ad Rotam ab denegatione Habitus quando ſit admittenda, & Remiſſoria ad probandum concedenda.d.5.c.1.n.10. Appellatio ab interlocutoria, qua quis ſe Iudicem competentem pronunciat admittenda eſt.d.15.c.3.n.14. Et á Iudice conquieſcere debente, & ad vlteriora procedente legitimè interponitur.n.21.

Aquæ hauſtu conceſſo, conceſſum eſt iter ad illum. d.14.c.5.n.10.

Arbor mala malos fructus facit. d.3.c.1.n.22.

Arbitris non electis, & Conſervatore, & Ordinario adinvicem ſe inhibentibus, & iudicibus cauſæ declaratis,vtroque appellante, non admiſſa appellatione, ſi cauſa per viam violentiæ deferatur ad Senatũ Regium, qui iuriſdictione caret; vim facit, alter non.d.15.c.3.n.16.

Archiepiſcopus cedere debet Epiſcopo in ſua Diœceſi.d.14. c. 5. num.41.

Argumentum valet de matrimonio carnali ad ſpirituale. d.7.cap.2. num.28.

Arma quęcumque portare,& vbi cumque locorum poſſunt Hieroſolymitani.d.9.c.7.n.13.

Artes ſerviles,& liberales quales dicantur, & quæ ſint.d.4.ca.1. n.3. &4.

Artificium exercere licitum eſt Eccleſiaſticis etiam Militaribus.d.9 c.4.n.7.&8.

Aſſaſinij crimen imputatum Hieroſolymitano,nec Iudex laicus,nec Eccleſiaſticus poſſunt cognoſcere, ſed cognitio ſpectat ad Superiores Ordinis iuncto Epiſcopo loci.d.12. cap.1.n.20.

Aſſiſtentia in Convẽtu per quinque annos,& tres caravanæ complętæ requiruntur in Ordine S. Ioannis ad Commendas obtinendas. d. 10.c.5.n.1.

Aſſumptio Habitus in alio Ordine eſt impedimentum in religione Societatis Ieſu ad ſuum recipiendum.d.3.ca.4.n.4.

Authorum numerus non eſt attendendus,ſed ratio.d.13.c.11.numer.28.

Auxilium brachij Sæcularis invocare poſſunt miniſtri Hieroſolymitani.d.13.c.1.n.30.

B

BAlduinus Primus regnavit in Hieroſolymis vſque ad annum 1118. cuius tumuli deſcriptio refertur.

tur.d.1.c.2.n.4. Et Balduinus Secundus vſque ad annum 1131. n. 5. & Balduinus Tertius ſucceſsit in Regno Hieroſolymitano, & Pontifex Lucius Secundus anno 1144. confirmavit Ordinem S. Ioannis, & Eugenius Tertius anno ſequenti 1145. conceſsit facultatem Fratribus, vt pallio nigro indueretur, ornati Cruce alba octogona.n.19.

Baiulivorum appellatione, qui cõprehendantur, & vnde tales dicantur.d.2.c.3.n.1. Officium Baiulivorum Provincialium, & præeminentia.c.4.n.10.

Baſtardi magnarum Domorum ſunt nobiles.d.3.c.1.n19.

Bellum ſacrum factum fuit tempore Vrbani Secundi ad inſtantiam Petri Heremitæ Galli miſſi à Simone Patriarcha Hieroſolymitano.d.1.c.1.n.18. Bellum duobus modis eſt iuſtum.d.1.c.3.n.11. Ad defendendam Religionem Chriſtianam eſt ſacrum, & pium, vt Bellum Machabeorum.n.12. Et Bellum iuſtũ omni iure eſt permiſſum.n.12. Bellum ſi gerit Dominus, vel Princeps Provinciæ, Prior, & Caſtellanus Empoſtæ poſſunt dare licentiam Fratribus Hieroſolymitanis ſe exercendi in bellis Chriſtianorum.d.9. cap.7.n.15.

Beneficium obtinens tempore quo non erat ordinatus, ſi poſtea ordinetur, poterit vti privilegio fori.d.9.c.5.n.33.

Beneficia Eccleſiaſtica ſunt patrimonium Chriſti, & bona pauperũ. d.9.c.3.n.3.

Beneficia Ordinum Militarium ſunt amobilia ad nutum.d.10.ca.3. num.8. Et Regularia non ſunt perpetua, ſed Manualia.n.9. Et poſſe removeri ſufficit ad naturam Manuilium, nec requiritur actus.n.10. Et vacant per poſſeſsionem Epiſcopatus.n.26. Et quibus ſint conferenda.c.4.n.2. Non poſſunt alijs conferri, quàm ijs, qui ex eodem Regno, vel Provincia oriundi ſunt.c.6. n.2. Beneficia, & Officia Caſtellæ non dantur Aragonenſibus, & Luſitanis.n.12. Beneficia duo requirentia perſonalem reſidentiam non poteſt vnus obtinere.c.7.n.4. Beneficia Regularia Sæcularibus non poſſunt conferri.c.8.n.2. Beneficia Ordinis S. Ioannis Regularibus alterius Ordinis non poſſunt conferri. n.3. & 4. Beneficia Regularia ſolita per Monachos cuiuſdam Monaſterij gubernari non poſſunt conferri alijs Monachis eiuſdem Religionis diverſi tamen Monaſterij.n.8. Et talis conſuetudo, ſeu ſtatutum valet. num.9.

Beneficia Eccleſiaſtica Ordinis Hieroſolymitani Fratribus eius Ordinis conferuntur.d.11.c.1.n.1 Beneficia præſentandi in Ordine Sancti Ioannis ius habẽt Magiſter, Priores, Baiulivi, & Commendatarij. n.2. Et eorum preſentatio fit coram Capitulo Provinciali, ſeu Aſſeblea. n.3. Beneficium Curatum obtineri non poteſt, ſine examine.n.4. Beneficia Sæcularia vacant per profeſſionem in Religione.c.2.n.5. Curata non poſſunt Regulares, ſine Apoſtolica diſpenſatione obtinere.7. & 8. contra 21. & 22. Beneficiorum Sæcularium, & penſionum incapaces ſunt Equites S. Ioannis.n.9. 10. 11. & 12. contra 23. Beneficia Sæcularia non vacant per profeſsionẽ Equitum Militarium S. Iacobi, Calatravæ, & Alcantarę, ſecus per profeſsionem in Ordine Sancti Ioannis.n.16. Beneficium prohibitus obtinere non prohibetur habere penſionem.n.25. Beneficia Sæcularia poſſe obtinere Hieroſolymitanos abſq; diſpenſatione, probabilis eſt opinio ab authoritate extrinſeca. n.26. Et Canonicos Regulares, & Fratres Iacobęos.n.27. & 28. Beneficia Sęcularia conferri poſſunt Hieroſo-

rosolymitanis novitijs.n. 30. Difficilius est ad Beneficia curata, quàm ad Capellanias promoveri. cap. 3. num.8.

Beneficia conferri possunt à Vicarijs Hierosolymitanis etiam non subditis, vt ad eorum titulum ordinentur.d. 14.c. 1. nu. 19. Beneficia certa in Ecclesijs Ordinis obtinent Hierosolymitani Conventuales Cõventus Sanctæ Mariæ del Monte in Prioratu Castellæ.c.3.n.9. Et nõ possunt auferri Beneficia ab Assembleа.n.13.

Bona hæreditaria Hierosolymitani post professionem pertinent religioni.d.9.c.1.n.8. Mobilia Hierosolymitani viventes possunt alienare.n.11. Mobilium Hierosolymitanos habere dominium voluit Bonacina.n.13. Patrimonialium consuetudinem esse, vt Hierosolymitani arbitrio suo disponant.n.15. Acquisita à Hierosolymitanis negotiatione illicita nõ cadunt, sub spolio, sed acquiruntur Ordini.n.20 Bona Hierosolymitana ad vitam, vel emphiteusim concedi non possunt. n.24. Bona Ordinis Hierosolymitani, nec longissima pacifica possessione præscribuntur.ca.4.nu.27. & 29. Bona per obitum Hierosolymitani detenta à Sęculari sunt in proprietate, & dominio Religionis.c.6 n.5. & in possessione.n.6.

Bona patrimonialia Clericorum immunia sunt.d.12.ca.2.n.6. Bona Ecclesiæ pro necessitate Patriæ impensa notantur.n.13.

Bullæ Sixti V. & Gregorij XIII. editæ circa natalium defectum notantur.d.3.c.1.nu.19. Et non comprehendunt Ordines Militares.numer.30.

Bulla Pij IV. de exemptione Ordinis Hierosolymitani, & privilegio fori traditu d.13.c.1.n.11.

Bulla Pij IV. qua revocavit privilegia Regularium contraria decretis Concilij Tridentini intelligitur de ijs tantùm, quæ per decreta sunt prohibita cum derogatione privilegiorum.d.13.c.11.n.26.

Bulla Gregorij XV. de exemptorum privilegijs quo ad Sacramentorum admtnistrationẽ refertur. d.13 cap.12.n.2.

Bulla Gregorij XV. in sua constit. inscrutabili 1622. suspensa fuit iussu Vrbani VIIJ. quo ad Regna Hispaniarum.n.23.

Bulla Gregorij XV. de Conservatoribus non comprehendit conservatorias amplissimas.d.9.c.6.n.20. Et non est recepta in Hispania, discept.15.c.2.n.7. Et non afficit religionem Hierosolymitanam. nu. 8. Et revocata fuit ab Vrbano VIII. pro Ordine Hierosolymitano, numer.11.

Bulla Clementis VIII. & Concilium Tridentinum procedunt in Conservatoribus ad certas, & singulares causas.d.15.c.1.n.6.

Bullæ Pij V. & Gregorij XIII, cõprehendentes Ecclesias, & personas Hierosolymitanorũ in his, quæ ad Curam animarum pertinent, in quibus decreta Concilij servari debent, sunt in observantia cum certis limitationibus.d.6.c.2.n.6.

C

CAdavera sepeliri cum sonis, & cantibus licet d.14.cap.5. n.6. Cadaver levandum est secretè & sine solemnitate quando in aliena Parochia repente quis moritur, & quãdo super funeris solemnitate potest esse contentio.n.28. Cadaverum tumulatio, sepultura, processio, & alia similia nõ sunt differenda.n.29.

Capellanorum Fratrum S. Ioannis qualitates describuntur.d.4.c.1. n.1. Capellani Fratres admittuntur in Prioratibus, & Commendis, & non degunt in Monasterio tempore novitiatus.n.8.

Capellanias erectas in Eccleſijs Ordinum Militarium poſſunt obtinere Clerici Militares.d.11.cap.3. n.3. Et fundatæ in Eccleſijs Militaribus ratione territorij ſunt ſubiectę Prælatis Militaribus.n.4. Et præſumũtur Regulares.n.5.6. & 7. Capellanias de Parentela in Eccleſijs Sæcularibus fundatas non poſſunt obtinere Hieroſolymitani conſanguinei fundatorum ſine Diſpenſatione.n.9.contra.n.10. Capellaniæ de Parentela in Hiſpania non ſunt Beneficia Eccleſiaſtica.nu.11. Nec fundatæ authoritate Epiſcopi.n.13. Capellanias duas ſub eodem tecto nullus poteſt habere.d.10.c.7.n.5

Capitula ad ſtatum perfectionis, & adimplementum regulę neceſſaria leguntur in Aſſemblea, quę in ieiunijs quatuor temporum celebrãtur.d.1.c.3.n.29.

Captivus Frater Hieroſolymitanus gaudet antianitate ad Commendas.d.10.c.5.n.10.

Cap.Sanè,de Regularib. ponderatur.d.7.c.2.n.6 Et interpretatur. n.35.

Cap.Licèt,de Regularib.exponitur.34.

Cap.Cum ad Monaſterium,de ſtatu Monachor. interpretatur.d 8. c.2.n.12.

Cap.Nuper,de Decimis exponitur.d.12.c.1.n.2. Et revocatum eſt favore Ciſtercienſium, & Hieroſolymitanorum.n.22.

Cap.2.ne Clerici, vel Monachi addacitur.d.13 c.5.nu.9. Et interpretatur.n.23.

Cap.Filijs, vel Nepotibus. 16. q.7.traditur.d.13.c.7.n.7. Et interpretatur.n.28.

Cap.Principes.23.q.5. Traditur ibid.n.8 Et interpretatur.n.29.

Cap.11.ſeſſ.24 Concil Trident. de famulis Militiarum traditur.d.13 c.2.n.7.

Carcerari non poteſt, qui per caſus fortuitos bona ſua amiſſit, & ideo non poteſt ſatisfacere creditoribus.d.3.c.6.n.10. Carcerandi facultas in quocumque loco privilegiato conceſſa eſt Miniſtris Hieroſolymitanis.d.13.c.1.n.29.

Caravanam Fratris Hieroſolymitani poteſt Papa diſpenſare.d.10 c.5.n.16

Caſtitas eſt res angelica, & Commendatur.d.8.cap.1.n.1. Caſtitatis votum in Ordine S.Ioannis eſt ſolemne, & abſolutæ Caſtitatis, ſicut factum in Religionibus claustralibus.n.8 Et an poſsit Summus Pontifex diſpenſare cum Hieroſolymitano, vt vxorem poſsit ducere, & ex qua cauſa.c.2.

Cauſæ Fratrum Hieroſolymitanorum inter ſe ſummatim, & ſine forma iudicij verbo Tantùm, & nõ ſcripto tractantur.d.13.c.1.nu.31. Cauſæ funerum ſunt Parochiales, & ante Ordinarium diſputandę.d.14. c.5.n 50. Cauſæ præcedentiarum in funeribus, & proceſsionibus ſpectant ad Ordinarium.n.51.

Cœremoniæ omnes præſcriptæ in profeſsione non ſunt de ſubſtantia valoris.d.3.c.10.n.8. Et quæ dãtur in profeſsione Ordini S. Ioannis traduntur remiſsivè.d.6.cap.1. num.3.

Celebrare Altari portatili quando poſsint Regulares, vel Militares qui dictum privilegium habent.d.14.c.1.n.23.

Cenſuræ abſque iuriſdictione promulgari non poſſunt.d.13.c.10. num.29.

Clemens VIII. revocavit conſtitutionem Sixti V. quantum ad valorem profeſsionis emiſſę à gravato ære alieno.d.3.c.6.n.4 Et de criminoſis non admittendis ad Religionem.c.7.n.4. Quæ Bulla comprehendit Ordines Militares.n.6.

Clement. vnica de teſtament. & Concilium Viennenſe intelligitur ſicut

ſicut Concilium Lugdunenſe in exemptis exemptione communi.d. 13.c.9.n.19. Et intelligitur etiam de Ordinarijs inferioribus Dioceſano, qui cognoſcunt de executione teſtamentorum.n.20.

Clerici Militares ab omni gabella etiam in bonis patrimonialibus liberi ſunt.d.12.cap.3.n.10. Clerici, vel Fratres qui iudicia ſanguinis exercent, graviter puniuntur.d.13. c.5.n.10.privilegium tamen Clericale retinent.n.18.

Clericus,qui adminiſtrationem aliquam Sæcularem coram Iudice Sæculari aceeptavit, ab eodem Iudice pro ratione talis adminiſtrationis reddendæ poteſt conveniri.d.13 cap.5.n.11. Vt Clericus qui depoſitum de manu Sæcularis Iudicis acceptavit.n.12.contra num.25.Clerici ratione officij Sæcularis ſi in eo delinquant,poſſunt puniri à Principe Sæculari.n.14. contra 16. Clericus ſi in officio Sæculari deliquit, & ter monitus fuerit,Iudex Sęcularis poteſt declarare quantitatem in qua debitor apparet ratione officij, ſed Iudex Eccleſiaſticus adeundus eſt pro executione illius.n.24.

Clericus in vétus cum armis poſt ſignum receptui datum ſono campanæ ſpoliatur ipſis á Iudice Sęculari. d.13.cap.6.n.2. cont 215. Clericus negotiator, qui gabellam debet, poteſt captis pignoribus ad ſolutionẽ gabellæ à Iudice Sęculari compelli.n.7. contra 16. Clerici,& Eccleſiaſtici in crimine lęſæ Maieſtatis fori privilegio gaudent.n.12.

Clericus,nec cum conſenſu Epiſcopi poteſt exemptionem fori renũciare.d.13.c.9. n.9. Clericus citari poteſt à Iudice Sęculari in cauſis inducíarum debitoris, ceſſionis bonorum, & concurſus creditorum.d.13 cap.10.n.17. & 18. Clericus citatus à Iudice laico ſi ſua putaverit intereſſe, ſi poſſidet,eſt reus neceſſarius, & citatio nulla.n.36.

Clericus Sæcularis præcedit regulares etiam in Eccleſijs Regularium.d.14.c.5.n.44.

Clauſula derogatoria privilegij, quod non poſsit revocari niſi ſervata tali forma, & niſi fiat mentio de privilegio de verbo ad verbum valet.d.16.c.2.n.17. Vt in revocatione privilegiorum Societatis Ieſu, quę non valet niſi fuerit Patribus intimata.n.18.

Cingulum Militiæ requiritur ad profeſſionem Equitis S. Ioannis.d. 3.c.10.n.1. Cinguli Militaris non fit mentio in Pontificali Romano, num.10 Cingendus de proximo habetur pro cincto.n.11.

Citationis ad iudicium Dei multi ſunt exempla.d.1.ca.2.n.61. Et facta non odio, & vindicta elicita, num.63.

Citatio ad declarationem excommunicationis in caſu notorio non requiritur.d.13.c.10. n.14. Citatio ſi ſua putaverit intereſſe non arctat nolentem comparere. n.16. Citari non poteſt exemptus ab Ordinario, num.23. Citatio exempti facta ab Ordinario non præiudicat exempto.n.37.

Cognitio iudicialis in notorijs non requiritur.d.13.c.10 n.13.

Collegium Ordinis S. Ioannis extat Salmanticę.d.14.c.3.n.16.

Collectarum immunitas competens Hieroſolymitanis procedit etiam in Regnis Hiſpaniarum.d.12. cap.2.n.7. Collecta neceſſitatis,& belli tempore impoſita comprehendit bona Eccleſiaſticorum,num.11. Collectantur bona Eccleſiæ tempore neceſſitatis, quando privilegium eſt ſimplex, non quando eſt geminatum,& ob benemerita,& in præmiũ laborum conceſſum. n.21. Collectantur Eccleſiaſtici in caſu neceſſitatis, quando laicorum non ſupperũt facultates, & tunc Summo Pontifice conſulto,& per Iudices Eccleſiaſticos

ticos non per Seculares.n.22.& 23. Collectarum impoſitio eſt actus iuriſdictionis, qui non poteſt exerceri in non ſubditum. 24. Collectarũ exemptio competit colonis Hieroſolymitanorum. n.25.& 29. Collectæ onus pertinet ad vſumfructuarium.n. 26. Collectæ onus reſpicit fructus.n.27.Collecta ad dominum non ad colonum pertinet.n.33.Collectę onus imponendum eſt ei, qui poſsidet pro ſuo,& iure proprio lucratur fructus.n.34.

Coloni Hieroſolymitanorũ Decimas tenentur ſolvere.d.12. ca.1. num.6.contra num.8. 11. & 13.Coloni perpetui Hieroſolymitanorum privilegio Decimarum non potiuntur.n.12. Coloni Eccleſiarum pro ſuis fructibus non ſunt immunes à collectis,& oneribus.d.12.c.2.n.29 contra num.36.Colonos partiarios gaudere exemptione à muneribus, deciſum eſt.n.37. Coloni membra ſunt fundorum.n.31.

Commendatarij Hieroſolymitani tenentur ſub culpa mortali Horas Canonicas recitare ex opinione Bonacinæ.d.1.c.3.n 41. ſed impugnatur.n.42. Commendatarij,& Baiulivi in ſuis Commendis, & Baiulivatibus Iudices Ordinarij ſunt.d.13 ca.1.n. 25. Commendatarius malè adminiſtrans privandus eſt à Commenda.d.10.c.5.n.23.

Commendæ nomen vndè dicatur.d.16.c.1.n.1. 2. & 3. Dicuntur Præceptoriæ,& Commẽdatarij Præceptores,& quare.n.4. Commendarum appellatione, quæ contineantur in Ordine S. Ioannis.n.5.Commendæ ſunt in triplici differentia, Cabimenti, Gratiæ, & Melioramẽti.n.6. Commendæ omnes,quas Religio poſsidet, referuntur. n. 7. vſq; ad 28.

Commendæ ſunt Beneficia Eccleſiaſtica in opinione multorum, & quare.c.2.num.1.& 3.Sed verior eſt contraria opinio.3. 4. 5.& 6.Cõmendatur Eques morbo epilepſiæ laborans.n.7. Commendas Hieroſolymitanas conferre ſpectat ad Ordinem.c.3.n.1. 2.& 23. Commendę ſunt amovibiles ad nutum.5.Cõmendarum eſt domina Religio. 6. Commendatarij aſsimilantur depoſitarijs, & inſtitutoribus. 7. Commendæ non poſſunt ſine cauſa removeri, & concẽduntur ad vitam. 11. Commendis, Membris, & Beneficijs, aut alijs bonis privari non poſſunt Hieroſolymitani niſi à Magno Magiſtro,& Concilio. 11. Commẽdæ Hieroſolymitanæ non reſervantur Pontifici.13. Commendarum vacantium acceptationes ſunt variabiles.21. Commendę Hieroſolymitanæ vacant promotione ad Epiſcopatũ.25. Commendæ Ordinis S.Ioanuis committi debent Fratribus, qui Prudentes,Probi, Antiani, & Benemerentes fuerint,cap.4. num. 1. Commendæ concedendæ ſunt Fratribus in ſuis Prioratibus & Nationibus.c.6. n.1. Commendas Caſtellæ Ordinis S. Ioannis nõ poteſt obtinere Aragonenſis, nec Luſitanus,& è contra. 14 Commẽdæ duæ,nec Beneficia duo poſſunt vni conferri.c.7.n.2. Commendã, quam quis habet, poteſt dimittere, & meliorem acceptare.6. Commẽdam de cabimento melioratam pro ſuo Melioramento poteſt Commẽdatarius S. Ioannis retinere, & aliã obtinere, & poſſunt haberi plures Commendæ de Gratia,& Magiſtrales, quæ non ſunt incompatibiles. 11. Commendæ, Membra, aut Prædia in Ordine S. Ioannis Sæcularibus non poſſunt concedi,nec cum eis permutari.c.8. n.1. Commẽdæ vnius Ordinis Militaris,nec de conſenſu Regis poſſunt conferri Equitibus alterius Ordinis ſine Apoſtolica diſpenſatione.6.

Compenſatio crediti cum debi-

to admittitur ad evitandam pœnã ipſo iure. d. 10. c. 5. n. 19.

Competentię cauſæ inter Conſervatorem Hieroſolymitanum, & Ordinarium Eccleſiaſticum, quomodo ſint formandæ. d. 15. c. 3. n. 8. Competentia iuriſdictionis inter Conſervatorem, & Ordinarium decidenda eſt per Arbitros, & interim ſuperſedendum in cauſa. 13. Competentię cauſa pendente exemptus non tenetur obedire Ordinario. 24.

Concilium Trid nũ ſeſſ. 25. cap 15. non comprehendit Ordines Militares. d. 3. c. 9. n. 8. Nec Hieroſolymitanos. d. 13. c. 11. n. 14. Concilij decretum in cap. 11. ſeſſ. 24. in famulis non expoſcit profeſſionem, ſed tres conditiones, quod actu ſerviant, quod intra ſæpta, & domos reſideant, & quod ſub obedientia vivant. d. 13. c. 2. n. 10. Et prædictũ decretum poteſt intelligi de oblatis num. 20. Et non loquitur de novitijs. c. 3. n. 11. Concil. Trident. ſeſſ. 7. de reformat. cap. 14. Procedit in exemptis privilegio loco circunſcripto, non in exemptis exemptione omnimoda. c. 8. num. 10. Concil. Trident. vbi voluit comprehendere Milites S. Ioannis expreſſit. c. 9. num. 21. Concil. in cap. 3. de reformat. ſeſſ. 6. loquitur de Sæcularibus, & de Regularibus, non de Iudicibus Ordinarijs exemptis. c. 11. n. 9. Et non comprehendit Hieroſolymitanos. c. 11. per totum. Concilij decretum in d. Cap. 3. de Regularibus loquens eſt abſolutum, & generale, & in cap. 11. ſeſſ. 24. eſt ſpeciale, & loquitur de Hieroſolymitanis, cui ſecundo decreto declaranti primum ſtandum eſt. n. 18. Concil. Trident. in cap 7. & 8. ſeſſ. 7. procedit in locis exemptis non ſubiectis alteri Prælato. c. 12. n. 32.

Concilium Ordinarium, & completum vbi cauſæ tractantur habet Ordo S. Ioannis in Conventu Melitenſi, diſcept. 13. cap. 1. num. 22.

Concordia ſervatur cum Ordine S. Ioannis circa funera, quæ deferuntur ex Parochijs Hiſpalenſibus ad Parochiam Ordinis, & ijs, quæ ex territorio Ordinis extrahuntur ad Parochias Civitatis. d. 14. cap. 5. num. 31.

Conducere aliena prædia propter neceſſitatem Regularibus permittitur. d. 9. c. 4. n. 14.

Conductores Decimarum gabellas ſoluunt. d. 12. c. 3. n. 13.

Confœderationem faciens cum inimicis Chriſtianæ fidei amittit dignitatem. d. 2. c. 2. n. 10.

Confeſſarij Hieroſolymitani approbantur à ſuo Ordine. d. 13. c. 12. num. 21. Confiteri poſſunt Hieroſolymitani cum Sacerdote non approbato ab Ordinario. 20. Confeſſores Monialium Hieroſolymitanarum non indigent Ordinarij approbatione. 22. Confeſſores Monialiũ, quæ degunt ſub Cura Regularium ab Ordinario non examinantur ex Bulla Pij V. quæ ſervatur in Hiſpania, 23. Confeſſores exponere pertinet ad Abbatem, & Præpoſitum territorij exempti, & non ad Epiſcopum. 31. Confeſſarius pro vno loco approbatus virtute Bullę Cruciatæ poteſt eligi in alijs. 33. & 34. Confeſſarius in proprio territorio poteſt abſolvere pœnitẽtem alterius Dœceſis etiam criminum reſervatorum de quibus habet facultatem abſolvendi in proprio territorio. 35. Confeſſarius ſequi debet opinionẽ probabilem pœnitentis. 38.

Confratrum Ordinis S. Ioannis qualitates traduntur. d. 4. c. 2. nu. 8. Confratres S. Ioannis teſtamenta facere poſſunt. d. 9. c. 5. nu. 37. Confratres S. Ioannis non amittunt beneficia Sæcularia per admiſſionem in Ordine. d. 11. c. 2. n. 31. Confratres S. Ioannis Decimas perſolvunt, ſecus verò Donati profeſſi, & non coniu-

coniugati.d.12.c.1.nu.25. Confratres S.Ioannis à Collectis immunes non ſunt.d.12.c.2. n.4. Confratres S. Ioannis gaudere priuilegio fori vult Riccius, ſed contraria opinio certa eſt.d.13.c.2.nu.23. 24. & 27. Confratres S. Ioannis, quæ faciunt in Ordine, & quibus priuilegijs potiantur.26. & 27. Confratres Sancti Ioannis officia ſæcularia habere poſſunt, & puniri à Iudice Sæculari.d.13.c.5.n.27.

Coniuges ex mutuo conſenſu etiam poſt conſumatum matrimonium poſſunt ingredi religionem. d.3.c.5.n.2. Limitatur in Ordine S. Ioannis.n.3.& diſcept. 6. cap. 5. num.5.

Conſervatores non cognoſcunt contra exemptos in cauſis criminalibus.d.13.c.8 n.15.

Conſervatorem eligendi facultas competens Ordini Hieroſolymitano deſcribitur.d.15.c.1.nu.1. Conſervator non poteſt procedere niſi pro iniuria,& violentia notoria. 2. Ordinis Hieroſolymitani poteſt procedere ad ea, quæ iudicialem exigunt indaginem.3. Conſervatoriæ Regularium reſeruatæ ſunt in Concilio cap.5. ſeſſ. 14. nec fuerũt ſublatæ cap.20. ſeſſ.24.n.4.& 5.Cõſervatores Regularium, & Militiarum cognoſcunt iudicialiter,& plenariè,& reputantur vt Iudices Ordinarij.7. 8 & 9. Et officium perpetuum habere dignoſcuntur, & non expirat eorum iuriſdictio morte concedentis, etiam quo ad negotia non cæpta,licèt regulariter Conſervatoria morte concedentis expiret. 10. 11. & 12. De quibus cauſis poſſint cognoſcere. 13. Conſervator Hieroſolymitanus poteſt procedere in cauſis ſeruitorum. 14. & 15. Conſervator Regularium an poſsit procedere contra Sęcularem in cauſa ciuili. 16. & 17. Conſeruator poteſt procedere contra laicum in caſu iniuriæ, vel damnorum, & in caſu ſpolij Hieroſolymitani, niſi fructus Commendæ conducti ſint, & in caſu alienationis bonorum. 18. 19. & 20. Conſervator poteſt proceedere ad inhibendum Iudicem Sęcularem, vel Eccleſiaſticum, quoties Hieroſolymitanos ad ſuum tribunal citaverint, & de eorum cauſis cognoſcere intenderint. 21.

Conſervatorũ qualitates, & eos eligendi forma tàm ex Concilio, quàm ex Bullis Clementis VIII. Gregorij XV. & Innocentij X. referuntur.d.15.c.2.n.1. Conſervatores qui poſſint nominari in Ordine Hieroſolymitano ex Bulla Pij IV. refertur.2. Conſervatores Hieroſolymitani quicumque Prælati poſſunt nominati.4. & 6. Conſeruatoriæ Militares revocatæ non ſunt, nec Bulla Clementis VIII. nec Bulla Gregorij XV. quæ continent derogationes generales. 13. Conſervatores eligere poſſunt Regulares quandocumque eis libuerit. 21. Cõſervatores eligere quovis tempore conceſſit Vrbanus VIII. Religioni Hoſpitalariæ Sancti Ioãnis de Deo. 22. Conſervator in Ordine Hieroſolymitano poteſt eligi extra Diœceſim, intra tres tamen Dietas. 23. Conſervatoris electionem in Ordine Hieroſolymitano fieri notoriam Ordinario non eſt neceſſarium, ſi eligitur Conſervator non ad cognoſcẽdum de cauſa, ſed vt inhibeat Ordinarium procedentem contra Hieroſolymitanum.24.

Conſervator legitimè procedẽs contra Iudicem laicum ad inhibitionem, ſi appellationi non deferatur, vim non facit.d.15.c.3.nu. 3. Conſervator vt procedere poſſit ad inhibitionem Iudicis laici procedentis contra Hieroſolymitanum, conſtare debet, gravatum deſcriptum

eſſe in numero, & matricula militari.4. Conſervator reſpectu Ordinarij eſt Delegatus,& Superior, & qui debet iudicare.9. Conſervator poteſt procedere contra Ordinarium, & mulctare, ſi eius impedierit iuriſdictionem, & contra Legatum â latere ſi procedat vt Ordinarius. 10. Conſervatoris iuriſdictio eſt favorabilis. 19. Conſervator nolens cognoſcere de cauſa, ſed inhibens Ordinarium Eccleſiaſticum, vt cauſam remittat Ordinario exempto Religionis, eſt Iudex Delegatus, & ad eum ſpectat decernere, cuius ſit iuriſdictio. 23.

Conſtantinopolitana Civitas caput orientis,& totius Græciæ devicta fuit â Turcis anno 1452.d.1.c.2 num.44.

Conſuetudine introductum eſt, vt Milites Hieroſolymitani nulla petita licentia admittantur in Religionibus clauſtralibus d.7. c.7. n.3. contra 31. Conſuetudo Hieroſolymitanorum diſponendi de immovilibus invalida eſt.d 9.c.1.n.16 Cõſuetudo contra ſubſtantiam regulæ non valet. 17. Conſuetudine non poteſt habilitari Monachus ad teſtandum. 18. Conſuetudine receptum eſt Hieroſolymitanos in Fœudis ſuccedere.c.7.n. 16. Conſuetudo valet, vt exactiones temporaliũ pro ſpiritualibus non ſint tanquam ſimoniacę damnandę d 10.c.1. numer.17. Conſuetudo conveniendi Clericum ante Sæcularem eſt irrationabilis,& non valet.d.13.cap.5. n.26. Conſuetudo immemorabilis datur in Regno Valentiæ cognoſcendi Principem contra exemptos. c.7.n.4. Conſuetudo immemorabilis legis,& privilegij vicem obtinet. 5. contra 27. Conſuetudine immemorabili poſſunt Iudices Sæculares de Clericorum cauſis cognoſcere. 6. Conſuetudo contra Eccleſiaſticã libertatem, & fori exemptionem eſt invalida etiam immemorabilis. 15. Et eſt contra ius divinum. 16. Et ſingulis annis per Bullam Cœnæ reprobatur.17. Conſuetudo immemorabilis non facit præſumere conſenſum Apoſtoliaum, vbi ipſa conſuetudo eſt á iure reprobata. 24. Vel quando privilegium eſſet odioſum. 25. Conſuetudinem contra iuriſdictionem Eccleſiaſticam Summus Pontifex non tolerat. 30. Conſuetudo immemorabilis non ſervandi interdicta poſita ab Ordinario Eccleſiaſtico in locis exemptis ſervanda eſt.d.14.c.4.n.13. Conſuetudo eſt interpres legum,& ſtatutorum, quæ ex decennij lapſu interpretãtur. 14. Conſuetudo contradicens liberæ ſepulturæ non valet.c.5.n.18. Conſuetudine immemorabili contra Regulares allegata in funeribus defunctorum, interim decretum ſacræ Cõgregationis ſervari mandatur. 27. Conſuetudo immemorabilis agendi officium Defunctorum Parochũ Sæcularem in Eccleſijs Regularium valet, & Parochus manutenendus eſt in poſſeſſione. 32. Conſuetudo etiam immemorabilis non obſtat Religioni Hieroſolymitanæ. 43.

Contractus ſimulatos non poſſunt facere Hieroſolymitani. d.9. cap.4.n.33.

Contentione orta ſuper exemptione fori, cum ſit notoria Hieroſolymitani Ordinis, exhibitio privilegiorum neceſſaria non eſt; ſecus ſi controverſia ſit de aliquo ſpeciali privilegio.d.15.c.3.n.6.

Contribuere tenentur Eccleſiaſtici, vbi tractatus de vtilitate generali laicorum,& Eccleſiaſticorum. d.12.c.2.n.14. Contribuere tenentur Eccleſiaſtici in compoſitione cum hoſtibus ne fundi communes devaſtentur, & in cuſtodia vineariũ, & in alijs caſibus.15.

Con-

Conventus Melitensis est caput Ordinis Hierosolymitani. d. 14. cap. 3. num. 1. Conventus eiusdem Ordinis est in Castella in Regno Toleti dictus S. Maria del Monte. 5.

Corpore vitiati, infirmi, & insani non admittuntur ad Ordinem Sancti Ioannis. d. 3. c. 8. n. 1.

Creditoribus Hierosolymitanorũ debet satisfacere religio, & quomodo. d. 9. c. 4. n. 41. & 42.

Criminosi non admittuntur ad Habitum S. Ioannis. d. 3. c. 7. nu. 1. Criminosi de iure communi exclusi non sunt à Religione. 2. Criminosi occulti addmitti valent in Religione. 15.

Cultus Divinus, & opera Religionis, quę celebrantur in Conventu Melitensi referuntur. d. 14. ca. 3. num. 3.

Curam animarum exercentes in Parochialibus Ordinis S. Ioannis tenentur accedere ad Congregationes, quæ iussu Episcopi ad casus conscientiæ differendos habentur, & ad assistentiam pro consecrandis oleis. d. 14. c. 2. n. 16. & 17.

D

DAtum in remunerationem nõ procedit â simplici liberalitate, sed ab ea obligatione, qua beneficienti tenetur quis benefacere. d. 16. c. 2. n. 11.

Debita non liquida non censentur debita ad inducendam pœnam. d. 10. c. 5. n. 18.

Debitor æris alieni potest admitti in Religione si debita sunt incerta quantum ad personas. d. 3. cap. 6. num. 6. Debitor cedens bonis potest admitti in Religione. 7. Debitor qui in genti ære alieno non fuerit astrictus potest admitti in Religione. 8. Debitor absque sua culpa perveniens ad inopiam potest admitti in Religione. 9. Debitor ex promissione liberali admitti valet in Religione. 11. Debitor Ordinis Hierosolymitani, vel occupans eius bona per se, vel parentes non admittitur ad Habitum Ordinis nisi facta restitutione. 14. Debitor communis Ærarij non admittitur ad Commendas. d. 10. c. 5. n. 7. Debitor Civitatis non potest creari officialis illius. 8. Debitum communi Ærario contractum ratione mutui non obstat Hierosolymitanis Fratribus ad Commendas obtinédas. 20.

Declarans nihil ponit, nec facit de novo. d. 13. c. 10. n. 12.

Declaratus incursus in censura Canonis *si quis suadente diabolo*, debet adire Summum Pontificem pro absolutione consequenda. Ibidem num. 35.

Declaratio decreti cap. 3. sess. 6. Concil. Trident. contra Hierosolymitanos non est authentica, & declarationes multæ sunt mendosę, & non faciunt legem. d. 13. c. 11. n. 21. 22. & 23. Declarationes sacrę Congregationis pro explicatione Bullæ Gregorij XV. de Cõfessoribus Monialium solum habent vim extra Hispaniam. d. 13. c. 12. n. 25.

Decimarum exemptio competit Hierosolymitanis non solùm de novalibus, sed de quibuscumque prędijs. d. 12. c. 1. n. 1. Decimarum exemptio religioni Hierosolymitanæ post Concilium Lateranense â multis Pontificibus concessa est. 3 Decimarum exemptio comprehendit bona patrimonialia Hierosolymitanorum. 4. & 5. Decimas debent solvere Hierosolymitani de fructibus prædiorum, quæ ab alijs conducunt. 7. Decimarum privilegium Ordinibus concessum est reale. 9. Decimę debent solvi à Hierosolymitanis de prædijs post Concilium Lateranense acquisitis, si de ijs prædijs prius solverentur Decimæ, &

niſi poſſeſſiones acquirãtur pro Monaſterijs ædificandis. 14. contra 17. 18. & 19. Decimarum privilegia obtenta poſt Concilium Lateranenſe non habent vim niſi in illis expreſſè derogetur diſpoſitioni Cap. Nuper de Decimis. 15. Decimarũ privilegium nõ communicatur per privilegium ad inſtar. 16. contra 23. Decimarum exemptione potiuntur Hieroſolymitani in nutrimẽtis animalium, & in fructibus hortorum. 24.

Deformitas corporis animi deformitatem oſtendit. d. 3. c. 8. n. 3.

Delicta in contentione præcedẽtiarum commiſſa inter exemptos, & ſæculares puniuntur á proprijs Iudicibus delinquentium. d. 14. cap. 5. num. 47.

Deportatione conceſſa videtur etiam conceſſa qualitas, & forma, qua res deferri conſuevit. d. 14. c. 5. num. 15.

Derogationibus generalibus exẽptionibus ſpecialibus non cenſetur derogatum, cum obſtet regula de iure quæſito. d. 15. c. 2. n. 14.

Deſcendentes à familia Iudęorum, quæ poſt legem gratiæ non ineidit in Iudaiſmum, poſſunt admitti ad Ordines Militares. d. 3. c. 2. n. 14.

Deſcendentes ab Indis an poſſint admitti ad Habitus Militares, & quando. 18.

Detentio rei Eccleſiaſticæ præſumitur iniuſta. d. 9. c. 6. n. 12.

Dictio *Et* eſt copulativa, & repetitiva præcedentium, ſicut Dictio *Necnon*, quæ etiam copulativa eſt. d. 16. c. 2. nu. 3. Dictio *Adhuc*, & Dictio *Eiuſmodi* quid importent. d. 15. c. 2. n. 9.

Dignitas Epiſcopalis non conferens ad actum non inducit mutationem loci. d. 2. c. 4. n. 16. Dignitas minor habens adminiſtrationem inter illas perſonas cumquibus convenit, debet præcedere maiorem Dignitatem non habentem adminiſtrationẽ aliquam quo ad illas perſonas cumquibus congregatur. 20. Dignitas maior debet reverentiam minori in loco, in quo maior nullam habet iuriſdictionem. 21.

Dignitates conceſſæ Fratribus Clericis non poſſunt conferri Equitibus eius Ordinis Militaris. d. 10. cap. 7. n. 7.

Dimiſſorias literas, vt á quovis Antiſtete ordinentur, ſubditis concedere poſſunt Priores Militiarum, & Abbates exempti gaudentes iuriſdictione Quaſiepiſcopali. d. 14. c. 1. num. 15. Dimiſſorias concedere poſſunt Prælati Hieroſolymitani per Vicarios Generales, per quos iuriſdictio Eccleſiaſtica ſpiritualis exercetur. 17. & 18.

Diſpenſationes tot ſunt neceſſariæ, quot obſtacula. d. 3. cap. 1. n. 24. Diſpenſare non poſſe Summum Pontificem cum voto ſolemni caſtitatis. d. 8. c. 2. n. 1. contra num. 3. Diſpenſationes aliquæ factæ à Summis Pontificibus in voto caſtitatis notãtur. 6. 7. 8. 9. 10. & 11. Diſpenſaſſe Clementem VIII. cum multis religioſis Equitibus in Ordinibus Alcantaræ, & Calatravæ, vt vxores acciperent eo tempore, quo caſtitatẽ abſolutam vocabant. 14. Diſpenſationis Hieroſolymitani Equitis eadem cauſa requiritur, quæ in Monachis non Militaribus. 15. Diſpenſationis cauſa debet eſſe magna, & vrgentiſſima neceſſitas. 16. Diſpenſationis cauſarum exempla. 17. Diſpẽſationis cauſa in Ordine Hieroſolymitano an ſit ſufficiens periculum incontinentiæ. 18 & 19. Diſpenſationis cauſa ſufficiens eſt ne extinguatur nobiliſſima familia. 20. Diſpenſationes conſanguinitatis, & affinitatis difficilimæ factę á Summis Pontificibus notantur. 21. Diſpenſatio

ſatio in ſecundo gradu inter magnos Principes à Concilio Tridentino permiſſa eſt. 22. Diſpenſatio Equitis Hieroſolymitani vt tranſeat ad Ordinem S. Iacobi, Calatraveę, vel Alcantarę, facilior eſt. 23.

Diſpenſationes nullæ per titulũ ſuperuenientem conualidantur. d. 9. c. 5. n. 32.

Diuortio celebrato innocens cõtra voluntatem alterius poteſt ingredi religionem. d. 3. c. 5. n. 5. & 6.

Diuo Petro, & in Pontificali Sede ſucceſſoribus eõceſſa fuit à Chriſto Domino poteſtas interior, quæ Ordinis vocatur, & exterior, quę iuriſdictionis dicitur. d. 13. c. 1. n. 1.

Diuus Matheus noluit conſentire, quod Ephigenia Virgo Deo dicata nuberet cuidam Regi infideli, qui ſe Chriſtianum fieri promittebat. d. 8. c. 2. n. 2.

Domini vaſallorum liberantur à collectis etiam cauſa belli factis. d. 12. c. 2. n. 20.

Donatio omnium bonorum non ſubſiſtit. d. 3. c. 6. n. 12. Donator non poteſt conuenire vltra quam facere poteſt. 13. Donatio remuneratoria non eſt propriè donatio. d. 16. ca. 2. num. 11. Donationes modicas ex Superioris licentia poteſt quilibet religioſus viuens facere. d. 9. cap. 1. num. 12. Donatio facta concubinæ à Hieroſolymitano non valet. 14. Donatio facta ab Epiſcopo tempore infirmitatis non valet. c. 14. n. 22. Donare poſſunt bona mobilia Hieroſolymitani. 19. Donare non poſſunt Hieroſolymitani in infirmitate conſtituti. 20.

Donati, Familiares, & Seruientes Ordinis S. Ioannis potiuntur priuilegio fori, & coloni. d. 13. c. 2. nu. 5. & 6.

Dux Auguſto brię poſt ratum matrimonium, & non conſummatum admiſſus fuit ad Habitum S. Ioannis. d. 3. c. 5. n. 10.

E

Eccleſiæ exemptæ dicuntur nullius Diæceſis. d. 14. c. 1. num. 26. 27. & 28. Eccleſiæ Hieroſolymitanorum exemptæ ſunt. c. 2. nu. 1. Eccleſia exempta ſunt etiam exempti Abbas, Clerici, Canonici, aut Religioſi eius. 2. Eccleſiæ pollutæ Hieroſolymitanorum, & aliorum Regularium reconciliantur à Prælatis Ordinum, & quomodo fiat reconciliatio. 6. & 7.

Eccleſiaſtica Poteſtas vbi deeſt, Sæcularis poteſt ſe intromittere. d. 13. c. 7. n. 9. & 10. contra 20.

Eccleſiaſticus poteſt punire laicos turbantes ſuam iuriſdictionem. d. 13. c. 6. nu. 6. Et Hieroſolymitanos, & quoſcumque exemptos. 6.

Electionis Magni Magiſtri ordinationes, & leges traduntur remiſſiuè. d. 2. c. 2. n. 24.

Electio datur in Maioratibus incompatibilibus. d. 10. c. 7. n. 8.

Enſes accinctos poſſunt tenere Equites Militares in receptione Sacramenti Euchariſtiæ, & non ſunt adſtricti recipere in Parochia. d. 13. c. 12. n. 40.

Epiſcopus Melitenſis à Rege Hiſpaniarum eligitur vnus ex tribus, quos ex ſuo Ordine Magiſter præſentat. d. 2. c. 4. n. 13. Epiſcopus Melitenſis eſt ſuffraganeus Archiepiſcopatus Panormitani in Regno Siciliæ. 14. Epiſcopus interueniens in Capitulo vt Canonicus debet habere ſecundum locum poſt caput Capituli. 24. Epiſcopi, & Cardinales ſuccedunt in Fœudo conceſſo ſub præſtatione annui redditus. d. 9. cap. 7. n. 6. Epiſcopus abſens à ſua Diœceſi perdit vſum alternativæ. d. 10. c. 5. n. 5. Epiſcopus vnus non poteſt duabus Eccleſijs præfici. cap. 7. num. 3. Epiſcopi vocati ſunt in partem ſolicitudinis, Summus verò Pontifex in plenitudinem poteſtatis.

tis.d.13.c.1.n.3. Episcopus potest compellere censuris Regulares in casibus, in quibus iurisdictionem habet contra eos.c.9 n.25. Episcopus quamvis habeat iurisdictionem in exemptos in aliquibus casibus excómunicandi facultatem, nisi expressé concedatur, non habet. 29. Episcopus non potest Rectores Regulares pro administratione Sacramentorũ corrigere, aut punire nisi in actu visitationis, & circa ea, quæ spectant ad dictam curam, & secundum Regulas, & statuta Ordinis.c. 12.n.4.

Equites S. Iacobi, Calatravæ, & Alcantaræ succedunt in Maioratibus, qui habent annexã Dignitatẽ, & vbi Religiosi excluſi sunt.d. 9. c. 8.n.12. Equitem Hierosolymitanũ trahentes ad Tribunal Sæculare incidunt in Bullam Cœnę Domini.d. 13.c.1.n.34.

Exclusionis Monachi in Maioratu conditio iusta est.d.9.c.8.n.5.

Excommunicationem quoties exempti incurrũt ipso iure, possunt declarari ab Ordinario excommunicati, vt cœteri eos vitent.d.13.c. 10. n.10. Excommunicationis denunciatio nihil addit. 11. Excommunicare qui non potest, non potest etiam incursos declarare.21. Excommunicationis declaratio non potest fieri absq; citatione eius, quẽ Iudex agit declarandum.22. Excómunicationis publicatio scripta in cedulonibus, vt arctet publicatũ, debent concurrere tria, iurisdictio, ordo, & causa. 24. Excommunicatos exemptos potest declarare Ordinarius in casibus, in quibus id facere specialiter iure permittitur, vt in Clement.1. de privileg. non in alijs.34. Excommunicatio est nulla ex defectu iurisdictionis.c.12.n.44. Excommunicari ab Ordinario non possunt Moniales Militares.47.

Executores testamentorum possunt esse Hierosolymitani.d.13.c.9. num.11.

Exemptus delinquens in territorio alieno à Iudice proprio puniendus est.d.13.c.1. nu.15. Exemptio procedit in hæresi impropria, in cuius crimine Ordinarius Ecclesiasticus non potest procedere contra exemptos.17. Exemptos subijcit Concilium in cap.11.sess.24. Ordinario tanquam Delegato exceptis duobus casibus.c.2. nu 9. Exempti subijciuntur Ordinario in ijs, quæ ad Curam animarum, & Sacramentorum administrationem pertinẽt. c.12.n.1. Exemptio Hierosolymitana, quæ comprehendat.d. 14. c.2. num.3. Exemptos non obedientes Episcopo non potest ipse punire, sed agere debet coram Superiore exemptorum, vt cogat eos ad parẽdum sibi in casu permisso, & non parentes puniat.14 & ca.4 n.16. Exẽptus in articulo violentiæ, & cõpetentia cum sola exhibitione privilegiorum fundat de iure.d.15.ca. 3.num.1.

Expectativa concessa ad Commendam tribuit ius ad illam obtinẽdam.d.10.c.5. nu.12. Expectativa procedit sine præiudicio maioris Antianitatis, & in casu quo tempore smutitionis nihil debeatur communi Ærario.13. Expectativa lite pendente concessa non citato contradictore non valet. 14. Expectativa ad Commendas potest concedi à Papa 15.

Expositi reputantur puri sanguinis.d.3.c.2. nu. 20. & legitimi.21. contra 26. Expositi sunt habiles ad omnes Ordines, & Beneficia sine dispensatione.22. Et ad Præbendas obtinendas.23.cõtrarium servatur in Hispania. 27. Expositi non admittuntur ad Habitus Militares.24 Expositi dispensari possunt ad Habitus Militares.25.

Eu-

Exteri appellari non possunt, qui sub vno Rege sociantur. d. 10. cap. 6. n. 5.

F

FAbricarum Administratores subijciuntur Ordinarijs. d. 13. c. 9. num. 23. Fabricæ Ecclesiarum Hierosolymitanarum sunt liberæ. d. 14. cap. 2. n. 4.

Facultas ad Maioratus institutionem præcedere debet. d. 9. c. 5. numer. 14. Facultatem habens Ordinarius ad declarationem excommunicationis habet quoque ad citationē d. 13. c. 10. num. 15. Facultatis, quæ sunt, non inducunt possessionem. d. 14 c. 3. n. 12.

Factum censetur, quod de proximo faciendum est. d. 13. c. n. 6.

Familiares Principis non conveniuntur coram Tribuno Militum. d. 2. c. 3. nu. 9. Familiares Episcopi gaudent privilegio fori. d. 13. cap. 2. num. 15.

Famuli Hierosolymitanorum fori privilegio gaudent. d. 13. c. 1. n. 3 Famulorum appellatione intelligũtur, qui sunt in ministerio Fratrum. 4. Famulorum obedientia, vt fori privilegio gaudeant, non est Religiosa, sed servilis. 11. Famuli, & servientes Hierosolymitanis non possunt ab Episcopis excommunicari, cap. 9. n. 27.

Favor specialis in odium non debet retorqueri. d. 13. c. 7. n. 13.

Ferdinandus Quartus Hispaniæ Rex citatus fuit à Duobus nobilibus viris dictis los Carvajales, & in termino citationis decessit. d. 1. cap. 2. num. 62.

Festivitatis Ecclesiæ die, vel Iubilei, pœnitenti alterius Diœcesis sine Bulla possunt Sacramenta administrari. d. 13. c. 12. n. 36.

Fœuda habere potest Ordo Sancti Ioannis. d. 9. c. 7. n. 1.

Filij Hierosolymitanorum incestuosi sunt, & sacrilegi, & à successione patris excluduntur. d. 8. c. 1. n. 10. & à successione matris. 11. Filij Equitum S. Iacobi, Calatravę, & Alcantarę succedunt matri, & iudicãtur naturales. 12. Filius solet similis esse patri. d. 3. c. 1. n. 6.

Finis cui conceditur, concessa videntur ea, per quæ pervenitur ad finem. d. 14 c. 5. n. 9. Finis si sit permissus, licet fundum, & domum alienam invito domino intrare. 16.

Fori privilegio potiuntur Hierosolymitani in omni loco, & Regno. d. 13. c. 1. n. 12. Fori privilegium, & exemptio Hierosolymitanorum procedit etiam in atrocissimis delictis. 16. Fori privilegium Hierosolymitanorum limitatur in casibus, & delictis privativè pertinentibus ad Tribunal Sanctæ Inquisitionis. 33. Fori privilegio gaudent servientes Ecclesiæ. c. 2. n. 1. Fori privilegio gaudent famuli Militiarum. 2. Fori privilegium non conceditur ob clausuram. c. 3. n. 9. Fori privilegio quis non gaudet, si tempore capturę ob delictum Habitum Militarem nondum susceperat, etiam si fuissent factæ informationes. 13. Fori privilegium non potest à Hierosolymitanis renunciari. c. 9. nu. 7. Fori privilegio vt potiatur Hierosolymitanus, sufficit, quod in matricula descriptus Cruce alba insignitus sit. d. 15. c. 3. nu. 5. Fori declinatoria an debeat opponi ante Iudicem laicum à Hierosolymitano de crimine inquisito. 7.

Forma servanda est in actu, & deficiente actus est nullus. d. 3. cap. 10. num. 3. Forma accidentali non servata actus non corruit. 6. Forma admissionis ad professionem in Ordine Sancti Ioannis describitur. d. 6. c. 1. n. 1.

Fratres Clerici S. Ioannis tenẽtur quotidie persolvere Horas Ca-

nonicas, Equites verò debent recitare officium paruum Beatæ Mariæ & officium Defunctorum, ſeu vtriuſque loco centies quinquagies Orationem Dominicam vulgo Pater noſter. d. 1. c. 3. n. 30. Fratres admittendi in Ordine Hieroſolymitano ratione præſentationis Beneficiorũ non debent approbari per Aſſembleam niſi cum aſſignatione alimentorum. d. 11. c. 1. n. 8. Fratrum Ordinis S. Ioannis triplex eſt differentia, alij ſunt Milites, alij Sacerdotes, alij Servientes. d. 2. c. 1. n. 1.

Fraus præſumitur in donatione facta ab infirmo. d. 9. c. 4. n. 21. Fraudandę Religionis præſumuntur actus Hieroſolymitanorum de rebus ſuis quouis colore diſponentium. 35. Fraudem facit legi, qui ſalvis verbis legis mentem eius circunvenit. 37. Fraus non præſumitur in ſuſcipiente habitum regularem ſi ante commiſſum delictum votum fecerat ingrediendi religionem. d. 13. c. 4. n. 10. Fraudis cognitio circa habitus ſuſceptionem ad Iudicem Eccleſiaſticum, & non ad Sęculare pertinet. 11.

Fructuum Commendarum acquirunt Hieroſolymitani vſum fructũ cum facultate diſponendi ad libitũ de mobilibus in vita non in morte. d. 9. c. 1. n. 21. Fructus Beneficij deducta congrua in pios vſus debent erogari. c. 3. n. 2.

Fulcus Rex vnicus huius nominis Quartus in ordine regnavit in Hieroſolymis. d. 1. c. 2. nu. 7. Fulcus Rex vrbem Berſabeam dedit in defenſionem Equitibus S. Ioannis 1133. 8.

Funera Hieroſolymitanorum nullus pullatus debet comitari. d. 14. c. 5. n. 2. Funus portare ad quamcũque Eccleſiam Rectori Parochiali competit. 24.

G

GAbellarum exemptio competens Ordini Hieroſolymitano refertur. d. 12. c. 3. n. 1. Gabellarum exemptio competit Militibus Sancti Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ. 5. Gabellam an ſolvere teneantur Militares Regulares pendet à quæſtione, an ſint religioſi cenſendi, vel laici. 6. Gabellarum exemptio competit Colonis Hieroſolymitanorũ. 8. Gabella ſolvitur de herbis Commendarum vbi fuerit conſuetudo ſolvendi. 10. Gabellas ſolveret nẽtur conductores fructuum Hieroſolymitanorum. 12. Gabellarum exẽptione gaudent Novitij Militares. 7. Gabellam ſolvunt Clerici ex negociatione, & de ijs, quæ lucro acquirunt. 14.

Gentiles pro nobilibus antiqui appellarunt. d. 3. c. 3. nu. 4. Gentilitas in Hiſpania dicitur Hidalguia. 6

Gerardus fuit fundator Ordinis S. Ioannis, & favoré præſtitit Chriſtianis in obſidione Hieruſalem, & operatus eſt miracula. d. 1. c. 1. n. 27.

Gothifredus Regis corona ornatus anno 1099. regnavit in Hieroſolymis vſque ad annum 1101. d. 1. c. 2. n. 1. Gothifredi tumuli deſcriptio refertur. 2. Gothifredus conceſſit Gerardo, & Hoſpitali S. Ioannis Domum Monal in Mombaire de Montefredo. 3.

Gratia admiſſionis ad Habitum S. Ioannis pertinet ad Magnum Magiſtrum, & Conventum, vel de cõmiſſione ad Aſſembleas d. 5. c. 1. n. 9 Gratia Habitus S. Ioannis â Summis Pontificibus concedi ſolet, & ſic admiſſi ad ſolutionem Paſſagij tenentur. 11. Gratiam ad Beneficiũ alterius Ordinis non concedit Pontifex Regularibus, niſi transferendo eos ad Ordinem, & Monaſterium vbi eſt Beneficium. d. 10 c. 7. n. 5.

Gravamen conſtare debet ſummarié

mariè Conſervatori, vt poſſit procedere ad inhibitionem. d. 15. cap. 3. num. 2.

Gravati ære alieno non admittũtur ad Habitum S. Ioannis. d. 3. ca. 5. n. 1. & 6.

H

HAbitus non facit Monachum. d. 1. c. 3. nu. 31. Eſt ſignum demonſtrativum alicuius qualitatis. 32. Habitus, & veſtis Ordinis Sancti Ioannis componitur ex Clamide, ſeu Mantelo nigri coloris, & Cruce alba octogona, & in pectore in parte ſiniſtra defertur, & quare. 33 Habitum non deferens ab ſtatuto punitur. 34. Peccat mortaliter. 35. Et incidit in excommunicationem maiorem. 36. Dùm continuè, & in contemptum Ordinis non geſtetur, ſecus ſi vna, vel altera die Habitum, ſeu inſigne non deferat. 37. Habitum in fraudem fori quando quis ſuſcepiſſe dicatur. d. 13. cap. 4. num. 8. Habitus Militares in dotè eſtimati dantur. d. 10. c. 2. n. 10.

Hebræorum genus nobiliſſimus fuit. d. 3. c. 2. n. 15.

Hereditas ſuperveniens poſt profeſsionem non defertur Monacho, ſed Monaſterio. d. 9. c. 1. n. 9. Etiam in Ordine Hieroſolymitano. 10.

Hæliodorus cupidus argenti, & auri quod ſervabatur in Templo cõtra Hieruſalem venit. d. 1. c. 1. n. 16.

Hieruſalem capta fuit à Soldano Egypti anno 1187. & capti fuere Rex, & Magiſter Templariorum. d. 1. c. 2. n. 22.

Hieroſolymitanos non eſſe propriè religioſos, ſed lato modo, tenent aliqui. d. 6. c. 2. n. 1. contra numer. 4 Hieroſolymitani Habitum deferentes ſunt Apoſtatæ. 8. Potiũtur privilegio canonis. 9. Comprehenduntur in decreto Concilij Tridentini ſeſſ. 25. cap. 15. de ætate ad profeſsionem, & anno novitiatus, & in ſeſſ. 25. cap. 16. de Regularib. 12. Et in ſeſſ. 25. cap. 9. de quinquenio ad reclamandam profeſsionem. 13. Et in ſeſſ. 25. cap. 5. quo prohibetur Regularibus acceſsus ad Monaſteria Monialium. 14. Hieroſolymitani comprehenduntur in decretis Concilij etiam vbi de eis non fit expreſſa mentio. 15. In odioſis Regularium nomine non comprehenduntur. 16. Vt in Motu P. V. de aſsiſtentibus ſpectaculis agitationis Taurorum. 17. Et in Motu Clementis VIII. de largitione munerum. 18. Nec comprehenduntur in decreto Concilij ſeſſ. 23. cap. 18. de contributione pro ſeminario. 19. Nec in decreto ſeſſ. 6. cap. 3. de delinquentibus extra clauſtra. 20.

Hieroſolymitani Fratres vocati ad pugnandum cum Turcis tenentur ire ex vi voti obedientiæ. d. 7. c. 1. n. 4 Sine licentia non poſſunt ſe ſubmittere ſervitio perſonali alicuius Principis, nec cum iuramento, & non habent velle, vel nolle. 5. Milites tenentur obedire Superiori Militię. 6. Omnes tenentur obſervare, quæ regula, & ſtatutis Ordinis continentur, & quid ſi præcipiatur aliquid à Superiore virtute ſanctæ obedientiæ. 8. Extra Conventũ degentes, & Præfecti Præceptorijs tenentur obedire Magno Magiſtro. 10. Ad aliàs religiones perfectiores, & arctiores tranſire ſunt prohibiti. c. 2. n. 21. At minus ſine licentia. 22. Eorum concubinæ tenentur in confeſsione dicere ſe concubuiſſe cum homine religioſo. d. 8. cap. 1. num. 9. Hieroſolymitanum Equitẽ poteſt Summus Pontifex in voto caſtitatis diſpenſare. c. 2. n. 13.

Hieroſolymitanus reſervare nõ poteſt bona ad effectum teſtandi. d. 9. c. 1. n. 6. Sicut quilibet alius religioſus 7 Hieroſolymitani Religioni acquirunt proprietatem, & do-

minium, poſſeſsioné verò, & vſumfructum retinent. 19. Inſumentes redditus in vſus illicitos peccant contra paupertatem, & recipientes tenentur ad reſtitutionem. c. 2. n. 1. contra. 2. De fructibus liberè diſponunt. 3. Tenentur ad eleemoſinam ſi poſſident Commendas. c. 3. nu. 1. contra. 4. Poſſunt contrahere. c. 4. num. 1. Ægrotantes tenentur omnia bona manifeſtare. 23. Nec confitendo, nec diſponendo Religioni præiudicant. 34. An ſuccedant in Fœudis rectis, & proprijs paternis, & antiquis, in quibus vaſallus debet perſonaliter ſervire eſt dubium, ca. 7. per totum. Hieroſolymitani nó poſſunt ſe homagio, aut confœderatione alicuius adſtringere. 9. Nec implicare ſe bellis Chriſtianorum adinvicem. 10. Non deponunt arma bellica. 12. Succedunt in Commendis Indorum. 19. Succedunt in Maioratu ſi religioſi excluſi nó ſint. c. 8. nu. 7. Succedunt ab inteſtato, habentque ius petendi legitimam in bonis parentum. 8. Hieroſolymitani, & omnes Regulares ex conſuetudine in Francia ab inteſtato non ſuccedebant in bonis parentũ. 9. Hieroſolymitanos pro Regularibus non haberi quantum ad ſucceſſionem, & quod ſuccedant ab inteſtato in bonis parentum declaravit Ordo in Capitulo Generali. 11. Hieroſolymitani excluſi ſunt à Fideicommiſsis ex clauſula excluſiva religioſorum. 13. contra. 16. & 18. Excluſi non videntur á Maioratibus, qui habent annexam iuriſdictionẽ, & Dignitatem. 24. Hieroſolymitani Milites in Dignitate Eccleſiaſtica ſunt conſtituti. 15. Hieroſolymitani privilegijs Clericorum gaudent. d. 11. c. 2. n. 19. Et Regularibus, quatenus privilegia ſua diſponunt, & beneficio Cap. Odoardus de ſolut. d. 12. c. 3. n. 2. Hieroſolymitani paupertatem ſtrictam non ſervant. d. 11. c. 2. n. 20. Hieroſolymitani, & quicumque Regulares ſuccedunt in Patronatibus laicorum. d. 11. c. 3 num. 24. Hieroſolymitani immunes ſunt à collectis oneribus, & tributis. d. 12. c. 2. n. 2. & 3. Etiam in bonis patrimonialibus. 5. In cauſa belli, & neceſſitatis tenentur ad collectas. 16. contra. 17. & 18. Collectari non poſſunt à Iudicibus Eccleſiaſticis pro Collectis à Clerico impoſitis. 23.

Hieroſolymitani exempti ſunt á iuriſdictione ſęculari, & ab Ordinaria Eccleſiaſtica, & ſolum poſſunt cognoſcere de eorum cauſis ſui Ordinis Iudices in ſacra Aſſemblea ad hoc munus deputati. d. 13. c. 1. n. 10. Hieroſolymitanus occidens Clericum non perdit fori privilegium. 19. Non fortitur forum ratione loci delicti. 14. Hieroſolymitani in omni iudicio, & contra quoſcumque in teſtes recipi poſſunt. 32. Non gaudent immunitate Eccleſiaſtica. 35. Poſſunt eſſe Senatores Regij, & Quæſitores ſacræ Fidei. c. 5. num. 7. Hieroſolymitanus delinquens in officio Sæculari poteſt puniri á Iudice Sæculari. 13. contra. 15. Violans Pragmaticas Regias non gaudet privilegio fori. c. 6. n. 10. contra 11. 13 & 14. Hieroſolymitani, nec ratione rei, contractus, vel delicti poſſunt apud Iudices Sæculares cóveniri. 11. Sub Apoſtolicę Sedis protectione ſuſcepti ſunt. c. 7. n. 14. Exempti ſunt à iuriſdictione Eccleſiaſtica Ordinaria in civilibus, & criminalibus. c. 8. n. 8. Non poſſunt cõveniri ante Ordinarios locorum, etiam ſi Conſervatorẽ non habeant 11. & 12. Poſſunt eſſe Vicarij Epiſcoporum. c. 9. n. 4. Hieroſolymitanos ratione officij non poteſt punire Ordinarius Eccleſiaſticus. 6. Hieroſolymitani non poſſunt iuriſdictionem

tionem Ordinarij prorogare. 8. Administratores fabricarum ſubijciuntur Ordinario quo ad reddendam rationem, non quo ad reliqui ſolutionem. 24. Non poſſunt excommunicari ab Epiſcopis. 26.

Hieroſolymitanus offendẽs Principem laicum propriè non incurrit in crimen læſæ Maieſtatis. d. 13. c. 7. n. 32. Non poteſt puniri à Principe Sæculari, etiam ſi non habeat Superiorem in Regno. 12. Percutiens Clericum Sæcularem an poſſit declarari incurſus in cenſura canonis ab Ordinario Eccleſiaſtico. c. 10. n. 9. Et quod non poſſit, probatur ex declaratione Sacræ Congregationis. 25. Hieroſolymitani comprehenduntur in decreto capit. 3. ſeſſ. 6. ex communi opinioni, ca. 11. num. 2. contra reſolvitur. 7. Si extra clauſtra delinquentes punirentur ab Ordinario, nullam haberet iuriſdictionem Religio. 8. Fratres Capellani, & Servientes officij admittuntur in Prioratibus extra Conventum, & his omnibus nó poteſt accómodari decretum Concilij in cap. 3. ſeſſ. 6. 10. Hieroſolymitanorum totus orbis terrarum Monaſterij loco eſt. 11. Semper ſunt in aliena Parochia, & cum delinquunt, ab Ordinarijs non puniuntur. 12. Regularium & Clericorũ nomine in favorabilibus comprehenduntur. 19. Ob latitudinem, & extenſionem, quam ſervant in votis congruentem ſtatui Militari largo modo religioſi dicuntur. 20. Intervientes Beneficijs, vel degentes ex licentia Superiorum, etiam Novitij, delinquentes non puniuntur ab Ordinario, ſed à Prælatis Ordinis. 34. Equites debent reſidere in Commendis, & Capellani in Parochijs. 36. Hieroſolymitanos comprehendit Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 14. 38. Hieroſolymitani comprehenduntur in Bulla Gregorij XV. & in decretis Concilij Tridentini de Sacramentorum adminiſtratione loquentibus cap. 12. n. 3. Hieroſolymitanas Eccleſias, quæ curatę non ſunt, non poteſt Epiſcopus viſitare. 5. Nec Hieroſolymitanos, quatenus Beneficia curata non obtinent. 6. Hieroſolymitani Fratres à quocumque Catholico Antiſtite, & extra tempora poſſunt Ordinari, & celebrare Altari portatili. d. 14. c. 1. n. 19. Hieroſolymitani citati ab Ordinario declinare debent, & recurrere ad Cõſervatorem, vt Ordinarium inhibeat. d. 15. c. 3. n. 11.

Hircanus reliquit theſauros in Templo, vt ſubveniretur neceſſitatibus viduarum. d. 1. c. 1. n. 15.

Hiſpanis prohibitum eſt Habitus Militares alienigenes ſuſcipere, ad Ordinis tamen S. Ioannis admittũtur. d. 1. c. 2. n. 51. Hiſpania, & Germania pro innocentia Templariorũ pronuntiarunt. 57. Hiſpania nuncupatur vbi Regni mentio fit. d. 10. c. 6. num. 8.

Hiſtoria Conventus Monialium Sancti Spiritus Salmanticæ vrbis refertur. d. 14. c. 3. n. 32.

Horreo relicto ad quod per domum non legatam tranſitus erat, relictus videtur tranſitus per domum. d. 14. c. 5. n. 11.

Hoſpitale S. Ioannis fuiſſe contiguum Xenodochio facto à Hircano voluit Illeſcas. d 1. c. 1. nu. 14. Hoſpitalia erecta in Hieroſolymis ante oppugnationẽ Gothifredi referuntur. 20. 21. 22. & 23. Hoſpitalarij S. Ioannis præceſſerunt Templarios in Hoſpitalitate. 24. Hoſpitalis S. Ioannis, & Ordinis perfectio poſt captam vrbem numeratur. 46. Hoſpitale S. Ioannis à Gothifredo donatum fuit Equitibus, qui peregrinorum infirmantium curam ſuſceperant. 30 Divitijs, ſanctitate,

& devotione crevit tempore Balduini Secundi, & confirmatus fuit Ordo tunc temporis. c. 2. n. 6. Hospitale S. Ioannis erigitur in Civitate Sichem anno 1180. 21. Hospitalitas commendatur. c. 3. n. 9. Hospitalarij dicuntur Fratres Ordinis S. Ioannis, & Religio fundata ad Hospitalitatem. 10. Hospitalarij B. Iulivi officium, & præeminentiæ. d. 2. cap. 3. n. 7.

I

Illegitimi absque dispensatione Canonica ad Beneficia Ecclesiastica sunt inhabiles. d. 3. c. 1. n. 3. Illegitima proles non videtur honorabilis. 4 Illegitimi benemeriti ad Dignitates admittuntur. 9. Illegitimi fuerunt multi Pontifices, & Imperatores. 10. Illegitimus dispensatus manet habilis ad Commendas, & honores Ordinis. 12. & 15. Illegitimatio tollitur religionis professione. 13.

Imola insignis Iurisconsultus, & Prior in vrbe obijt anno 1320. & operatus est miracula. d. 1. cap. 2. numer 27.

Immunitatis verba vniversalia denotant exemptionem ab oneribus insolitis, & privilegiatis. d 12. cap. 2. nu. 19. Immunitas concessa fundo intelligitur etiam concessa colonis eius. 31. Immunitatis privilegia à gabellis, & Collectis concessa religionibus sunt realia, & transeunt ad colonos. 32.

Imperator Titus vrbem sanctam Hierusalem debellavit. d. 1. c. 1. nu. 10. Imperator Adrianus misit Rufum contra Hierusalem, qui omnino destruxit eam. 12. Imperator Iulianus licentiam Iudæis concessit, vt templum dirutum reædificarent, sed terremotus magnus successit, & ignis ortus est, qui combussit fundamenta Templi. 13.

Incontinens præsumitur, cuius pater incontinens fuit, discept. 3. cap. 2. n. 5.

Indulgentiarum publicationem sine Episcopi licentia facere possunt Hierosolymitani. d. 14. c. 2. n. 8. & 9. Indulgentiæ Ordinis S. Ioannis referuntur. 10.

Infirmi actualiter, vel habitualiter non admittuntur in vilo Ordine. d. 3. c 8. n. 4.

Infirmitatis tempus computatur in caravanis. d. 10. c. 5. n. 17.

Informationes generis candidati fieri debent in limitibus Prioratus, in quo recipi postulavit. d. 5. c. 1. n. 1. Possunt fieri in locis circunvicinis origini. 4. Et in Curijs Principum tanquam Patrijs communibus de speciali gratia, & indulto. 5. Fieri debent à deputatis à Priore, & Assemblea, & ab eis debent approbari. 8. Ad Habitus Militares S. Iacobi, Calatravæ, & Alcantaræ, fiebant in Curia Hispana, & per actus positivos, quæ revocata sunt Pragmatica sanctione. 6. De legitimatione moribus, & vita sunt recipiendæ Regularis Hierosolymitani de licētia Superioris transeuntis ad arctiorem religionem. d. 7. c. 4. n. 1. & 2.

Inhibendi quoscumque Iudices, & advocandi quascumque causas facultatem habent Iudices Hierosolymitani. d. 13. c. 1. n. 28.

Iniuria, & violentia est spoliare Religionem dominio suo, & possessione. d 9 c. 6. n. 17.

Initium rei sequendū est ad eius qualitates verificandas. d. 5. cap. 1. num. 3.

Innocentij X. decretum de Cōservatoribus editum in causa Episcopi Angelopolitani cum religione Societatis Iesu non est receptum, & solùm procedit pro Indijs Occidentalibus. d. 15. c 2. n. 12.

Inobedientia præcipuum obtinet gradum inter crimina, quę à religio-

ligiosis committuntur, discept. 7. cap. 1. n. 3.

Insani incapaces sunt religionis, professionis, & novitiatus. d. 3. c. 8. num. 5.

Insignia peculiaria Familiarum Gentilitia dicebantur, discept. 3. c. 3. num. 5.

Interdicti tempore Missas, & Divina Officia celebrandi privilegium obtinet Ordo S. Ioannis. d. 14. cap. 4. n. 1. & 5. Interdicti non servandi privilegia Regulariũ revocata sunt per Concilium. 2. contra. 3. & 4. Interdicti tempore celebratur divina ianuis apertis, & pulsatis campanis in aliquibus diebus de iure, & de consuetudine. 6. Interdictum àn servari debeat in Monasterijs Monialium S. Ioannis. 7. & 8.

Interpretatio Doctrinalis, seu Magistralis privilegiorum competit Prælatis Religionis, & viris doctis Theologis, & Iurisperitis, Iudicialis vero ad Papam. d. 16. cap. 2. num. 24.

Inventarium tenétur facere quolibet anno Hierosolymitani. d. 9. c. 2. num. 24.

Ismeniæ filiæ Soldani Egypti historia refertur, & miraculum magnũ cum Equitibus Gallis captivis in Memphi. d. 1. c. 2. n. 9.

Iudæi triginta in debellatione Hierusalem argento vno vendebãtur. d. 1. c. 1. n. 11. Iudæi Carpentani prædicationem S. Iacobi perceperunt. d. 3. c. 2. n. 17.

Iudex Conservator Ordinis S. Ioannis an sit competens contra sæculares in spolijs Hierosolymitanorum. d. 9. c. 6. n. 1. Iudex Conservator est legitimus contra laicos spoliantes Conventum aut Regulares hæreditatis sibi delatę 13 Et contra quoscumque indebitè vsurpantes Ecclesiarum bona. 14 Non potest procedere contra Sæculares reos & debitores ex causa civili. 3.

Iudex Sæcularis potest mulcta, & pœnis pecuniarijs afficere Clericũ, qui eius mandata impedierit. d. 13. c. 6. n. 3. Et quando perturbat regiá iurisdictionem. 4. contra. 17. Potest capere personam Ecclesiasticam in fraganti crimine, & ducere illam sine iniuria ad suum Ecclesiasticum Superiorem. 19. Cognoscit de causis exemptorum non habentium in Regno Superiorem. c. 7. n. 2. Cognoscit in civilibus, & in criminalibus contra Equites Hierosolymitanos in Regno Valentiæ. 3. Procedit contra Clericum possessorem hypotecæ cum clausula irritãti prohibitiva alienationis. c. 10. n. 19. contra. 39. Iudex sequi debet opinionẽ reo favorabilem. c. 12. n. 39.

Iudicandus est in statu, quo quis invenitur. d. 13. c. 4. n. 4.

Iudicia induciarum, cessionis, & concursus, sunt vniversalia, & debitor reus necessarius. d. 13. c. 10. numer. 38.

Iurisdictionem vniversalem in Ordine S. Ioannis habet Magnus Magister, & Conventus. d. 13. c. 1. num. 21. Iurisdictio concessa Ordini Sancti Ioannis, & eius Prælatis est ad cognoscendum de quibuscũque controversijs cum incidentibus, emergentibus, annexis, & connexis, & in gradu appellationis vsque ad tertiam diffinitivam sententiam. 26 & 27. Iurisdictionem acquirere possunt Hierosolymitani. d. 9. c. 7. n. 14.

Iurisdictio concessa Ordinario in Concilio Tridentino contra oblatos est cumulativa, & non privativa ad Superiores Regulares. d. 13. c. 2. n. 21. Et in criminalibus non in civilibus. 22. Concessa cap. 11. sess. 25. de Regul. competit etiam Ordinario inferiori habenti iurisdictionem Quasiepiscopalem, & habenti

benti Eccleſiaſticã, & temporalem iuriſdictionem. c. 12. n. 11. Et in Abbatia habente vtramque iuriſdictionem. 12.

Iuriſdictio in dubio cenſetur data cumulativè, & non privativè. d. 2 cap. 3. n. 6. Eſt anima inhibitionis. d. 15. c. 3. n. 15. Iuriſdictionem vſurpans graviter peccat. 1. Iuriſdictionibus Conſervatoris, & Ordinarij probabilibus, & non conſtito de nullitate, vel defectu iuriſdictione, quid facere poſſit Senatus in articulo violentiæ. 20.

L

LAicus iuriſdictionem ſpiritualem non poteſt civiliter poſſidere, nec vllo tempore præſcribere. d. 13. c. 7. n. 23.

Legatum relictum ſub conditione ſi efficiatur religioſus, conſequitur, ſi fiat Eques Melitenſis. d. 6. c. 3 num. 8. Legato fundi vſufructu, Legatum videtur iter per alium fundum, ex quo aliunde ad fundum, cuius vſusfructus legatus eſt, iri non poteſt. d. 14. c. 5. n. 12.

Legatus Ordinis S. Ioannis præcedit Legatum Bononiæ. d. 2. ca. 4. num. 38.

Leges Caſtellæ in vim Legum ſervantur in Portogalia poſt vnionem Regnorum factam. d. 10. ca. 6. num. 9.

Legitimatio requiritur ad admiſſionem Habitus Militaris S. Ioannis. d. 3. c. 1. n. 2. Poteſt diſpenſari à Magno Magiſtro. 12. Limitatur in filijs Comitum, aut maioris gradus & tituli dominorum filijs. 18. & 21. Legitimati admittantur ad honores, & officia, quæ legitimationem requirunt. 28.

Lex, aut ſtatutum quando ſub lethali culpa obliget. d. 1. c 3. n. 40.

L. fin. C. de iuriſdict. omn. iud. non procedit in Iudice incapaci iuriſdictionis. d. 13. c. 5. n. 22.

L. 9. tit. 18. lib. 9. Recop. de gabellis Commendatariorum decidés quod de fructibus Commendarum gabellæ non ſolvantur exponitur. d. 12. c. 3. n. 9.

Liberti nota præteritæ ſervitutis affecti ſunt. d. 3. c. 1. n. 25. Libertorum filij à Dignitatibus repelluntur. 26.

Libris receptorum ſtandum eſt circa ſolutionem communis Ærarij diſcept. 10. c. 5. n. 9.

Licentia ad tranſitum ad arctiorem religionem ſufficit, quod petatur, quamvis non obtineatur. d. 7. cap. 2. n. 4 & 5. Debet præcedere tranſitum. 15. Requiſita ad actum, ipſum præcedere debet. 16. Tranſeundi debet eſſe in ſcriptis. 17. Nó petita nullus fit tranſitus ad arctiorem religionem. 13. & 30. Licentiam ad tranſitum nullus Superior poteſt dare, niſi Superiori à quo conſtet, quod Superior ad quem eſt paratus illum recipere. 18. Licentiam petere ſubditum, & licentiam denegare Superiorem, multum differunt. 33. Licentia tranſeundi ad aliam religionem non præſumitur, c. 3. n. 8.

Licentia ad teſtandum de bonis patrimonialibus poteſt dari Hieroſolymitanis à Magno Magiſtro. d. 9. c. 5. n. 12. Vbi requiritur, actũ præcedere debet, nec eum confirmat ſi ex poſt facto præſtetur. 3. Teſtandi ſuperveniens Monacho non efficit teſtamentum valere. 21. contra 29. Ad teſtandum ſuperveniens retrotrahitur ad tempus præteritum, quo teſtamentum confectum eſt. 23 Teſtandi de fructibus beneficiorum conceſſa Cardinali, vel Epiſcopo ſe extendit ad teſtamentum iam factum. 30.

Licentiam poteſt dare Prælatus Regulari extra clauſtra manendi. d. 13. c. 11. n. 29.

Li-

Limites Prioratuum Ordinis S. Ioannis deſcribuntur. d. 10. cap. 6. num. 10.

Linguarum Dignitates, Priores omnes, & Baiulivatus deſcribuntur. d. 2. c. 3. n. 26.

Lite pendente ſuper tranſitu Regularis ſecundæ Religioni danda eſt manutentio. d. 7. c. 3.

Locare poſſunt bona immobilia Hieroſolymitani. d. 9. c. 4. n. 18. Locari poſſunt bona Commendarum, & quomodo. c. 1. n. 22. Locationes ad longum tempus factæ per Commendatarios, & alienationes ſine ſolemnitatibus per Conſervatores Ordinis poſſunt revocari. 23.

Lucrandi animo deficiente vendere rem immutatam non eſt negociatio prohibita. d. 9. c. 4. n. 3.

Luxuria religioſis eſt fœdiſſima. d. 8. c. 1. n. 2.

M

MAchabæorũ mores ſectati ſunt ſacræ Militiæ Hieroſolymitanæ Fratres. d. 1. c. 1. nu. 31. Machabæorum ſimilitudo adaptatur omnibus Ordinibus Militaribus. 32.

Magiſter Militum dicitur illuſtris. d. 2. c. 2. n. 2. Magiſter dicitur, quia maior eſt in ſtatione. 3. Magiſter appellatus fuit Chriſtus à Diſcipulis. 4. Magiſter eſt cui totius rei gubernatio eſt commiſſa. 5. Magiſter Folco de Villareto remotus ab officio fuit reſtitutus. 17. Magiſter Ioannes Leveſque de Caſſiere ſuſpenſus fuit à Magiſterio, & per ſententiam reſtitutus. 18. Magiſter Scholæ Salmantinæ iuriſdictionem non habet in Fratres Clericos Militares. d. 14. c. 3. n. 17.

Magiſtratus per derivationem á Magiſtris cognominantur. d. 2. c. 2 num. 6.

Magiſtrorum Ordinis S. Ioannis nomina referuntur. 26.

Magni Magiſtri nomen impoſitum eſt ad inſtar illius, qui habet regimen plurimorum Militum d. 2 cap. 2. nu. 1. Magni titulus additus fuit Magiſtro Hieroſolymitano ad differentiam Magiſtrorum aliorum Militiarum, qui Magiſtri nominantur. 7. Magnus Magiſter voce Eminentiæ vt Cardinalis ſalutatur, & inter Principes Sæculares Sereniſſimus appellatur 8. Præcedit omnes Patriarchas, & Cardinales, & poſt Imperatorem, & Reges habentes iura Imperij omnes Principes, & Reges ſubditos Imperio. 9. Habet poteſtatem, & Imperium in toto orbe Chriſtiano, & nullum niſi Summũ Pontificem recognoſcit in Eccleſia Superiorem. 11. Eſt Princeps in téporalibus non recognoſcens Superiorem, & Dominus Inſulæ Melitẽſis. 13. Habet iuriſdictionem vniverſalem in Ordine. 14. Inconſulto Summo Pontifice non debet ab officio removeri, nec Princeps á Populo. 19. Remotus à Conventu appellans à remotione permanere debet in poſſeſſione Magiſterij. 21. Habet multa ſpecialia, quæ referuntur 23. Eſt Eccleſiaſticus, & in quo ſenſu poſsit dici laicus. 25. Non poteſt ſine Conventu avocare cauſas à Mareſcallo præventas. c. 3. n. 7. Facultatem habet penſiones imponendi, reſervandi, & permutandi. d. 10. c. 2. num. 13.

Magni Commendatarij officiũ, & præeminentiæ. d. 2 c. n. 3. Magni Conſervatoris 12. Magni Baiulivi. 14 Magni Cancellarij. 15.

Maior debet cedere minori dum eſt in domo minoris. d. 14. cap. 5. num. 40.

Maioratus inſtituere nõ poſſunt Hieroſolymitani Equites. d. 9. c. 5. num. 11. Maioratus ſi habet annexã Iuriſdictionem, vel Dignitatem nõ ſuccedit in eo Monachus, nec Monaſterium. c. 8. n. 4.

Man-

Mandatum concedens procuratori censetur ratificare omnia ab illo ante mandatum facta. d. 9. cap. 5. num. 27.

Mareſcalli officium, & præeminentiæ. d. 2. c. 3. n. 4. Mareſcallus habet iuriſdictionem in certis cauſis. 5. Mareſcallus non poteſt cognoſcere de cauſis Familiarium Magni Magiſtri. 8.

Matrimonio copulati non admittuntur ad Habitum S. Ioannis. d. 3. c. 5. n. 1. Matrimonio rato non conſum. to coniux intra duos menſes à celebratione matrimonij poteſt ingredi in religione. 8. Matrimonium ratum ſolvitur profeſſione. 9. Etiã in Ordine S. Ioannis. d. 6. c. 4. nu. 1. & 2. Matrimonium ratum non diſſolvitur per profeſſionem in Ordinibus S. Iacobi, Calatravę, & Alcantaræ. 3. Matrimonium contrahendum non dirimitur per votum Equitum D. Iacobi, Calatravæ, & Alcantaræ, ſecus per votum Equitum S. Ioannis 4. Matrimonium contractum poſt profeſſionem in Ordine S. Ioannis eſt nullum. 5. Matrimonia contracta cum impedimento impediente, licèt prohibeantur fieri, tamen facta tenent. d. 7. c. 2. n. 7.

Mauri ſicut vniverſæ mundi Nationes nobilitate naturali gaudent. d. 3. c. 2. n. 9.

Melioraſſe primam Commendã requiritur, vt ſecundam de gratia, vel de cabimento poſſit Hieroſolymitanus obtinere. d. 10. ca. 5. nu. 21. Meliorationis negativa dicitur conſtare, dum non probatur realis affirmativa. 22.

Melita Inſula in Fœudum data fuit Ordini S. Ioannis à Carolo V. Hiſpaniarum Rege, & Imperatore. d. 1. c. 2. n. 46. Melita à Carthaginẽſibus fuit fundata, & ob fertilitatem ab antiquis cognita, eſtque ſub tutela D. Pauli Apoſtoli, & quare. 47. Obſidiata, & pœnè devicta fuit à Turcis, & Catholicus, & Prudentiſſimus Philippus Secũdus Hiſpaniarum Rex eam auxiliavit. 49. Melitẽſis Inſulæ Imperium habet Magnus Magiſter, & ibi Xenodochium pro ægrotantibus eſt inſtructum. 48. Melitenſis Conventus iuriſdictionem habet vna cum Magiſtro. d. 2. c. 2. num. 15.

Mercaturam exercentes ipſi, vel parentes non admittuntur ad Habitum S. Ioannis. d. 3. c. 3. n. 15. & 18. Mercatura an deroget nobilitati. 16. Mercatura, & Militia non compatiuntur. 17. Mercatura exepra omnes contractus licitę negociationis poſſunt facere Hieroſolymitani. d. 9. c. 4. n. 15.

Meretrices Hieroſolymitanorũ, & ludentes cum ipſis non teneatur ad reſtitutionem eorum, quæ ex libidine, & ludo receperunt. d. 9. c. 2. num. 4.

Militare inſtitutum pro Fide cõmendat Sanctus Bernardus. d. 1. c. 3 num. 14. Militare exercitium convenit ſtatui religioſo. d. 6. cap. 2. numer. 5.

Militares Ordines non à Machabęis, ſed à ſacro bello initium habuerunt. d. 1. c. 1. n. 33. Militares Regulares abſque licentia ſuorum Superiorum validé in Religione ſtrictiori emittunt profeſſionem. d. 7. c. 2 num. 10. contra. 38. Militares Fratres non poſſunt bona immobilia alio nomine emere, aut ſub alterius capitis cõſtituere vſumfructum ſibi reſervantes. d. 9. c. 4. nu. 36. Militares Fratres delinquentes in fraganti deprehenſi à Iudicibus Sæcularibus debent ad proprium Iudicem remitti d. 13. c. 6. n. 19. Militaris ad Epiſcopatum promotus quibus obligationibus adſtringatur. d. 10. cap. 2 num. 26.

Milites S. Ioannis dicuntur Ioannitæ,

nitæ, Cruciferi, Hoſpitalarij, Hieroſolymitani, de Acre, & Rodienſes. d. 1. c. 2. n. 37. Milites dicuntur Fratres S. Ioannis, & gaudent omnibus privilegijs Militaribus. c. 3. n. 17. Et dicuntur religioſi, & ſacri. 18 & 19. Milites S. Ioannis alij ſunt, qui magnis Crucibus ornantur, alij, qui paruas Cruces afferunt. d. 2. c. 1. n. 2. Milites magnę Crucis ſunt Dignitates, & ſpeciali vrbanitatis titulo ſalutantur, & de eis eligitur Magnus Magiſter. 3. Et in promotione ad magnam Crucem meritorum ratio habetur. 4. Milites magnę Crucis inter ipſos præcedunt ſecundum antiquitatem. 5. Milites ante decimum octavum annum ad bellum non admittebantur. d. 3. c. 9. num. 2. Milites Regulares S. Iacobi de Spatha non emittentes tria vota capaces ſunt Beneficiorum Sæcularium. d. 11. c. 2. n. 3. & 29. Milites extra caſtra de licentia Generalis degentes fori privilegio gaudent. d. 13. c. 11. n. 30.

Militia pro Chriſto commendatur in ſtatutis Ordinis. d. 1. c. 3. n. 16. Militię inſtitutum nihil excellentius, & præclarius. 21. Militiæ laus eſt obedientia. d. 7. c. 1. n. 7.

Miniſtri, & Familiares Priorum Hieroſolymitanorum, & aliarum Militiarum fori privilegio gaudẽt. d. 13. c. 2. n. 14. & 17.

Miraculum magnum, quod accidit Rhodi anno 1480. in obſidione facto â Mahomat Othomano Imperatore Turcarum, refertur. d. 1. c. 2. num 43.

Miſſam inceptam relinquens nõ incurrit in excommunicationem. d. 13. c. 12. n. 41. Et ob iuſtas cauſas poteſt Sacerdos relinquere. 42.

Monachus factus Epiſcopus teſtari non poteſt. d. 9. c. 5. nu. 9. Monachus in religione capace bonorum, ſuccedit in hæreditate, quæ iure ſanguinis defertur. c. 8. nu. 1. Retinet ius prioritatis in gradu, atque omnia iura agnationis, ſanguinis, & fuitatis. 2. Succedit in Fideicommiſſo, & Maioratu. 3. Monachus filius excludi non poteſt in Primogenio ex melioratione tertij, & quinti facto. 6.

Monaſteria exempta per Prælatos, quibus ſubſunt, annis ſingulis debent viſitari. d. 13. c. 12. n. 30.

Monaſterium Monialium Ordinis S. Ioannis ſub invocatione S. Eliſabeth eſt in vrbe Hripalenſi. d. 14. c. 3. n. 18.

Moniales S. Ioannis potiuntur privilegio Ordinis. d. 14. c. 3. nu. 19. Monialium Ordinis S. Ioannis deſcribuntur qualitates. d. 6. cap. 2. n. 9. Moniales Militares potiuntur privilegio aliorum Ordinum per communicationem. d. 14. c. 3. n. 20. Moniales Monachorum appellatione continentur quo ad ea, quæ ſunt proportionabilia. 21. Militares exemptæ ſunt â iuriſdictione Ordinariorum. 22. Non poſſunt excommunicari ab Ordinario. 23. Parochus Sacramenta non miniſtrat, ſed Sacerdos eis deputatus. 24. Non ſolvunt Parochię quartã funeralem. 25. Nec Decimas. 26. Viſitantur à Viſitatoribus ſuorum Ordinum. 27. Conſtituntur cum Conſiliarijs approbatis à ſuo Ordine. 28. Militarium clauſuram non cognoſcit Epiſcopus. 29. Poſſunt eligere Iudices Conſervatores. 30. Ordinis Hieroſolymitani fuerunt Sanctæ Ubaldeſca, Toſcana, & Flora. 33. Moniali Hieroſolymitanæ Civitatis Veteris Melitenſis revelata fuit victoria à Turcis per intercеſſionem Sanctæ Agathę. 34.

Mores paterni filij mores arguũt. d. 3. c. 2. n. 3.

Mors religioſorum non eſt lugẽda. d. 14. c. 5. n. 4.

Mortuariorum, & vacantium iu-

ra in Ordine S. Ioannis, quæ ſint. d.10 c.3.n.20.

Munera, & officia Ordinis Sancti Ioannis diſtribuuntur inter Fratres ſervata graduum differentia.d. 14.c.3.n.4.

N

NAſci de adulterio non eſt culpa eius, qui naſcitur, ſed illius, qui generat. d.3.c.1.n.7.

Naturales filij in Hiſpania ſuccedunt in arma, & inſignia Domus, & admittuntur ad Maioratus, & Patronatus.d.3.c.1.n.20.

Navarris dantur Beneficia Caſtellæ ex ſpeciali indulto.d.10. ca.6. num.12.

Neceſſitas facit licitum, quod de iure non erat.d.12.c.2.n.12.

Negociatio illicita eſt temere rẽ, & abſque mutatione formæ vendere animo lucrandi.d.9.c.4.n.2. Negociatio non eſt in materia vendita aliquid operari, ſed artificiũ. 6. Negociationẽ ſtrictam exercere propter neceſſitatem Regularibus eſt permiſſum.13.

Nobiles deſcendentes à Mauritanis admitti poſſunt ad Habitum S.Ioannis, ſicut ad alios Habitus Militiarum admittuntur.d.3 c 2.nu.8. Nobiles ex privilegio án admitti poſſint ad Habitus Militares.12. Nobiles ex privilegio non admittũtur ad Habitum S. Ioannis.13 Nobilis dicitur, qui pro tali communiter habetur.10. Nobilis, mulier, & clericus ſicut non poſſunt pro debitis civilibus incarcerari, ita nec excommunicari.d.13.c.9.n.32.

Nobilitas Gentilitia requiritur ad Habitum S. Ioannis. d.3. cap.3. num.1. Nobilitas Gentilitia, quæ dicatur. 3. Nobilitas probatur ex poſſeſſione.8. Et ex communi reputatione.9. Nobilitatis probatio ad Habitum S. Ioannis debet eſſe ſpecifica, & non generica.11. Nobilitas de novo acquiſita ad aſcendentes aſcendere non valet.14. Nobilitas localis non ſufficit ad Habitum S.Ioannis.d.5.c.1.n.7.

Notariatus officium in avis inhabilem redere ad ſuſcipiendũ Habitum S. Ioannis deciſum eſt. d. 3. cap.3.n.20. Notariatus officium an deroget Nobilitati.21.

Notarij, Cancellarius, Nuncius, Fiſcalis, Cuſtos carcetis, & Executores Audientię Epiſcopalis privilegio fori gaudent.d.13.c.2.n.16.

Notorietas excluditur ex quacũque offuſcatione.d.13.c.10.n.42.

Novitij Hieroſolymitani gaudẽt privilegio canonis.d. 6.c.2. nu.10. Novitij Ordinum Militarium manent in ſæculo, & extra clauſtra. d. 13.c.3.n.1.Novitij Hieroſolymitani, & aliarum Militiarum non gaudent privilegio fori.3.contra.4. Novitij Militares gaudent privilegio canonis. 5. Indulgentias lucrantur ſuis Ordinibus conceſſas.7. Gaudẽt privilegio fori, etiam ſi ædes proprias inhabitent.8. Et etiam ſi poſt contractum crimen Habitum Militarem ſuſcipiant.12.

Nulla, & non facta parificantur. d.3.c 4.n.8.

Nuptiæ ſecundæ vivente primo coniuge nullæ ſunt, & fœmina debet primo viro reſtitui.d.7.cap.2. num.29.

Nuntius Apoſtolicus Hiſpaniarum, & Neapolis, & Auditor Camerę ſunt Iudices Conſervatores Ordinis Hieroſolymitani.d.15.cap.2. num.20. & cap.3.num.22.

O

OBedientia inter religionis vota principem locum tenet.d.7.c. 1.n.1. Obedientiam ex vi voti tenẽtur præſtare Hieroſolymitani Magno Magiſtro. 2. & 9. Obedientia Magiſtro præſtanda in Ordine Hieroſo-

roſolymitano procedit tantùm qua tenùs regula, & conſuetudines ordinant. 11. Obedientia debetur â Hieroſolymitanis deciſis in Concilio Ordinario, vel completo. 12. Debetur á militibus, & ſervientibus mareſcallo. 12. Debetur Admirato ab omnibus gentibus armorum in mari ſuppoſitis. 14. Debetur Prioribus & Aſſembleis. 15. Debetur Commẽdatarijs in ſuis Commendis, vbi intra limites ſuæ iuriſdictionis Ordinarij ſunt. 16. Debetur Abbatiſſę à Monialibus. 17.

Oblationes, quæ fiunt ſuper defunctorum ſepulcha, & propter officia Eccleſiaſtica Parochis debentur. d. 11. c. 1. n. 11.

Oblati vt gaudeant privilegio fori debent emittere profeſſionem. d. 13. c. 2. n. 13. Oblati Hieroſolymitani Ordinis fori privilegio gaudẽt. 19.

Obligati ad ratiocinia non poſſunt in religionibus admitti. d. 3. c. 6. n. 3.

Odioſæ dicuntur diſpoſitiones, quę privant aliqua re. d. 11. cap. 2. num. 18.

Officia vilia reddunt ea exercentes obſcuros. d. 4. c. 1. n. 2. Officium eſt iudicandum pro vili, quod communiter pro tali in ea Civitate, vel Provincia, in qua exercetur, reputari ſolet. 5. Officia parentum ſupplentur in Capellanis S. Ioannis, ſi admittendus ſit Doctor, Licenciatus, aut Bachalaureus. 6.

Officia iuriſdictionalia, & Magiſtratus Civitatum obtinere non poſſunt Hieroſolymitani. d. 13. cap. 5. num. 1. & 3. Officij publici ſtatuto excluſus religioſus, eligi non poterit in eo Miles S. Ioannis. 2. Officia Sæcularia poſſunt obtineri à Hieroſolymitanis ex permiſſione Principis. 4. Officia Sæcularia, & Militaria poſſunt exercere Hieroſolymitani ſine licentia expreſſa Superiorum ex praxi, quæ ita videtur admittere. 6. Officia Regularium etiam iuriſdictionalia faciliter à Superioribus poſſunt removeri. d. 14. c. 3. n. 15.

Officium Divinum de Sanctis Diœceſis recitatur in Eccleſijs Sancti Ioannis ex vniverſali conſuetudine. d. 14. c. 2. nu. 18. Officia Mortuorum non à Clero, ſed à Regularibus Eccleſię vbi cadaver ſepelitur peragi debent, non obſtante in contrarium immemorabili conſuetudine. c. 5. n. 33.

Oneroſa non lucrativa eſt immunitas conceſſa Ordini Sancti Ioannis. d. 16. c. 2. n. 12.

Orationes à Hieroſolymitanis quotidie perſolvendæ. d. 1. ca. 3. nu. 38. Orationes Monialium iuvant Militare inſtitutum. d. 14. c. 3. n. 31. Orationes recitare an teneantur Equites ſub peccato mortali. d. 1. c. 3. num. 39.

Oratoria habere poſſunt Priores Militares. d. 14. c. 1. n. 23.

Ordinatus poſt commiſſum delictum, vel Monachus factus gaudet fori privilegio. d. 13. c. 4. n. 5. Ordinatus, vel Monachus factus fraudulenter, & doloſè, vt ſæcularis forum evadat, non gaudet privilegio fori. 6.

Ordinarius ex defectu iuſtitię in exemptis adiri poteſt, vt ſuppleat, ſi facilé haberi non poſſit recurſus ad Papam, ſeu Superiorem exemptorum. d. 13. cap. 8. n. 5. Ordinarius Eccleſiaſticus adiri non poteſt, ſi intra Diœceſim ſit Ordinarius inferior, cui ſit exemptus ſubiectus. 6. Ordinarius Iudex eſt in cauſis criminalibus contra exemptos non habentes Iudicem in loco. 7. cõtra. 16. Ordinarij faciunt maiores abuſus prætextu ſuæ iuriſdictionis, quàm exempti prætextu ſuæ exemptionis. 17. Ordinarius tanquam Sedis

Apoſtolicæ delegatus cognoſcit de executione vltimarum, & piarum voluntatum.d.13.c.9.nu.13. Ordinarius debet examinare mulieres volentes Habitum religionis aſſumere ante ingreſſum, & ante profeſſionem ex Concilio Tridentino, quod in Hiſpania non eſt in vſu quãtum ad primum examen, ſed ſolùm quantum ad ſecundum, quod in Monaſterijs Monialium S. Ioannis fit per Vicarium Ordinis.d.14.c.4. num.10. Ordinarius pendente competentia ante deciſionem declinatoriæ procedens dicitur gravare partem, ac ſine ordine fieri.d.15.cap.3. n.25. Ordinarius non poteſt interpretari privilegium, ſi controverſia fuerit cum Regularibus, quia fuiſſet facere Iudicem in ſua cauſa.d.16 cap.2.n.22.

Ordines S. Sepulchri, S. Lazari, S. Ioannis de Anconę, & S. Thomę, vniti fuerunt Ordini Hieroſolymitano, & Domus de Monte Morillõ Ordinis S. Auguſtini.d.1.c.2.n.52. Ordines Militares ſub Regulis Sancti Baſilij, S. Auguſtini, & S. Benedicti inſtituti fuere.c.3.n.3. Ordines ex exceſſibus religioſorum non ſunt reijciendi, nec vniverſitas debet cõdemnari pro delicto vnius.c.2.nu. 59. Ordinis S. Ioannis fœlicitas in duratione eius notatur.64.

Ordo Sancti Ioannis confirmatus fuit ſub regula Divi Auguſtini. d.1.c.1.n.28. & cap.3. nu.4. Ordo S. Ioannis domicilium collocavit in vrbe de Tripol, & deinde in vrbe de Acre.d.1.c.2. n.23. Permanſit in Acre vſque ad annum 1291. quo vrbs à Meleſſates capta fuit.33. Ex Paleſtina devenit ad Cyprum, & deinde ad Inſulam Macre.34. Venit ad Inſulam Rhodum, & Fratres eam vi armorum anno 1308. occuparunt. 35. Ordo S. Ioannis plura loca, & Eccleſias obtinet in Hiſpania.50. Auctus fuit ex bonis Templariorum, & de origine eius Ordinis.53. & 54. Ordo Templariorum quo iure extinctus fuit.55. & 56. Ordo S. Ioannis conſervatur ob integritatem Equitum, obſervantiam regulę, & protectionem Sanctiſſimæ Deiparæ, & Sancti Præcurſoris Baptiſtæ.66. Ordo S. Ioannis Hoſpitalitatis, & Militiæ opus amplectitur. c.3.n.8. Ordo S. Ioannis dividitur in octo Linguas, ſive Nationes, & quot Prioratus, & Commendas obtineat.d.2.c.1.n.7.

Originem Ordinis Sancti Ioannis Hieroſolymitani qui deſcripſerint.d.c.1.n.3.4. & 5. Origo Ordinis in Bello ſacro facto à Godifredo de Bullon communiter affirmatur.6. Origo deſcripta in ſtatutis Ordinis refertur.7. Origo à Machabæis relata in ſtatutis deſcribitur à Marchione de Tariſa 8. & impugnatur.9. Origo Ordinis S. Ioannis in vita Clementis V. malè aſſignatur ab aliquibus authoribus. 25. Originẽ Ordinis fuiſſe anno 1120. affirmant aliqui, ſed verius eſt inſtitutum eſſe anno 1099. 26.

Originis in conſideratione legali vſque ad proavos tantùm fit extenſio.d.3.c.2.n.10. Originem primam ſi quæramus, omnium eadem eſt.12.

Originarij melius ſciunt inquiſiti qualitates.d.5.c.1.n.2.

Oriundi prælatio ad Beneficia, & officia oſtenditur.d.10.c.6. num. 3. & 4.

Ovis, & lacticinijs veſcuntur in Quadrageſſima cum Bulla Cruciata Fratres Hieroſolymitani conventuales Conventus S. Mariæ del Mõte.d.14. cap.3. num.9.

P

PArochi Militares, quibus obligationibus præſtringantur.d.11.c. 1.n.12.

Parochiam alienam non debet quis ingredi ad aliquod officium Divinum exercendum contra voluntatem Parochi.d.14.c.5.n.20.

Parocho monito,& expectato venireque recusante possunt Regulares cadavera ad suas Ecclesias transportare, nisi pro Fratribus adsit cõsuetudo.d.14.c.5.nu.26. Parochus assistentiam non habet, nec titulum ad celebrandum in Altari in Ecclesijs vnitis Regularibus, etiam si Ecclesiæ sint intra limites Parochiæ. 34.

Passagium quid sit.d.10. capit.4. num.12.

Patriæ appellatione venit Regnum vndè quis oriundus est. d. 10. c.6.n.6.

Patronum ad inopiam redactum Ecclesia tenetur de alimentis honestis providere.d.11.c.3.num.26. Patronum Equitem Hierosolymitanum ipsa religio alere debet.26.

Pauli III. Bulla de transitu ad religionem strictiorem notatur. d.7. c.2.n.24.

Paupertatis votum Commendatur.d.9.c.1.n.1. Factum in professione quid operetur. 2. In Ordine Hierosolymitano interpretatur ex doctrina Azoris.4.

Pensionis reservatio in commenda, vel bonis Ordinis S. Ioannis valet respectu collitigantis,non respectu tertij, qui nullum ius ad Commendam prætendebat.d.10. cap. 2. num.14. Pensio ab Episcopo reservata ex iusta causa, & pro bono pacis non est simoniaca 15. Pensio non est Beneficium Ecclesiasticum.d.11 cap.2.n.24. Pensio reservata alteri ad commoditatem tamen Equitis Hierosolymitani non tenet.13 Pensionis reservatio valida est, si in eius literis expressum fuerit ipsum reservaturum esse Equitem Hierosolymitanum. 14.Pensiones extinguuntur per professionem.6.& 15. Pensionarius Hierosolymitanus non tenetur persolvere officiũ Beatę Virginis.32.

Persona eadem in vno casu potest esse maior,& dignior, & in alio minor.d.2.c.4.n.18.

Percutiens Regularis alterum Regularem sui Ordinis â suo Superiore absolvitur.d.13.c.10.n.2. Percussor notorius Clerici denunciari ab Episcopo potest , vt teneantur omnes eum vitare, etiam si sit exẽptus 40. Percussio gravis , & levis qualis sit, remanet arbitrio Ordinarij 4.

Pius V.revocavit privilegia recipiendi Fratres alterius Ordinis laxioris.d.7.c.2.n.27.

Pij V. Motus,quo Fratribus Militaribus prohibuit Beneficia Ecclesiastica Sæcularia obtinere refertur. d.11.c.2.n.2.

Pius V. subijcit Hierosolymitanos circa administrationem Sacramentorum Ordinario cum declaratione,vt non fieret præiudicium iuri visitandi Ecclesias Parochiales, & alia Beneficia Curam animarum habentia, quod antea Religioni, & Militibus competebat.d.13.ca.12. numer.13.

Pontificia authoritate, & Concilio Generali Viennensi iudicatum fuit contra Templarios. d. 1.cap. 2. num.58. Pontifex,& Galię Rex in Gascunia citati fuerunt ad Divinũ Tribunal ab Equite quodam Templario, qui ad supplicium deferebatur, & termino non elapso simul decesserunt.d.1.c.2.n.60.

Possessio quadraginta annorum cum titulo sufficit ad præscriptionẽ exemptionis.d.14.c.4.n.15. Possessio apud duos non potest esse insolidum.d.9.c.6.n.9.

Postius decis. 164.notatur.d.7.c. 2.n.11. 39. 43.& 44.

Prag-

Pragmaticæ Regię, quibus impeditur extractio armorum, & argenti extra Regnum, vel introductio mercium in eo, res ipsas afficiunt, & rebus imponuntur non personis. d. 13. c. 6. n. 1. Pragmatica violata si imponat pœnam amissionis ipso iure, & infraganti deprehenditur exemptus Militaris in ipsa violatione, puniri potest à Iudice Sæculari quo ad rem ipsam, quæ incidit in commissum, secus si imponat aliam pœnam, & non apprehendatur in violatione. 13.

Præcedentia non habetur ratione antiquitatis in receptione, quando ille, qui vltimò recipitur, est in Dignitate. d. 2. c. 4 n. 19. Præcedentiam deperditam á prædecessoribus possunt recuperare successores in Dignitate. d. 14. c. 5. n. 38. Præcedẽtia est defendenda. 46. Præcedentiarum differentias in processionibus inter Regulares componit Ordinarius, quando ex controversijs sequitur scandalum, secùs si non sequatur. 48. Præcedentiæ lites inter Clericos Sæculares, & Hierosolymitanos in propria causa non possunt decidi ab Ordinario. 49. & 53.

Prælatus subditum alterius non potest ordinare. d. 13. c. 1. n. 5. Prælatorum appellatione non solùm Episcopi, sed Abbates, & Priores cõprehenduntur. d. 2. c. 4. n. 7.

Prælatio ad Dignitates Conventuales innititur benemeritis. d. 2. c. 3. n. 13.

Prælationis ius, nec expressè, nec tacitè in præiudicium successorum potest renunciari. d. 14. c. 5. n. 37.

Præmia pro meritis vnicuique tribuenda sunt. d. 10. c. 4. n. 16.

Præscriptio exemptionis non datur respectu eximentis. d. 13. cap. 7. num. 18. Præscribitur contra Ecclesiam Romanam spatio centum annorum. d. 9. c. 4 n. 28. Contra Religionem tamen Hierosolymitanam nullo tempore præscribitur. 29.

Præsentia Fratris in Conventu Melitensi requisita est, vt consequi valeat Commendas, pensiones, & quæcumque bona Ordinis. d. 10. ca. 5. n. 4.

Primitię pertinent Parochis Hierosolymitanis, qui vulgò Priores dicuntur. d. 11. c. 1. n. 10.

Princeps debet habere vnum calamum, & vnam linguam. d. 16. ca. 2. num. 7. Princeps est Iudex exemptorum non habentium Superiorem in Regno. d. 13. c. 7. n. 1. contra 12. 13. & 14. Princeps Sæcularis subditus est in spiritualibus Summi Pontificis. 21. Princeps coertione æconomica potest procedere contra exẽptos expellens eos á Regno si pacem publicam turbaverint. 31.

Principium cuiusque rei potissima pars est. d. 1 c. 1. n. 2.

Prior, & Equites S. Ioannis de Acre militarunt contra Reges Mauros in Hispania in recuperatione Regnorum Cordubæ, & Hispalis, & occuparunt vi armorum oppidũ de Lora, quod fuit datum Ordini à Sancto Rege Ferdinando Tertio. d. 1. c. 2. n. 28. Prior Vicarius Sancti Ioannis de Acre in territorio Hispalensi habet iurisdictionem spiritualem in vicinos habitantes intra limites Prioratus. 31. & d. 13. c. 8. n. 13. Priores Provinciarum in Ordine Hierosolymitano quare instituti sint. d. 2. c. 4. n. 1. Sunt in Dignitate Ecclesiastica constituti. 2. Civilem, & criminalem iurisdictionem habẽt vnà cum Capitulo Provinciali, quæ nominatur Assemblea. 3. & d. 14 ca. 1. n. 2. Priorum iurisdictio est Quasiepiscopalis. 4. & d. 14. ca. 1. nu. 10. Priores Hierosolymitani præcedũt omnes titulares sæculares. 8. Eorum multæ sunt præeminentię. 9. Privationis Habitus, Commendæ, Membri,

bri, Beneficij, & aliorum bonorum, vel perpetuæ carcetis sententiam ferre non possunt. d. 14. c. 1. num. 3. Proprijs sumptibus defendere debent iurisdictionem, & privilegia Ordinis. c. 5. n. 54. Possunt esse Iudices Conservatores. d. 15. c. 2. nu. 5. Priores, & Rectores Monasteriorũ, & Collegiorum Militarium sunt Iudices Conservatores. 19.

Prior Ecclesiæ Melitensis debet esse præsbiter, & iurisdictionem habet in Capellanos, & Clericos. d. 2. cap. 4. n. 11. eius prçeminentiæ. 12. Præcedere debere Episcopum in Concilio decisum est. 15.

Prioratus duos, aut Baiulivatus non potest Frater vnus tenere. d. 10 cap. 7. nu. 1. Prioratus omnes Religionis Hierosolymitanæ enumerantur. d. 14. c. 1. n. 1.

Privilegium concessum Civitatibus, & personis, quæ nunquam moriuntur, censetur reale. d. 12. cap. 1. num. 10. Privilegiorum tenor servandus est. 20. Privilegia Pontificia ad omnes Catholicas Provincias extenduntur. d. 13. c. 1. n. 13. Privilegium superveniens liberat ab onere priori, quod incumbebat. c. 4. nu. 3. Privilegiatus existens in Collegio, vel Vniversitate non potest declinare iurisdictionem Rectoris, vel Præpositi ipsius Collegij prætextu exemptionis. c. 5. n. 8. Privilegium Fori renunciari non potest à Hierosolymitaois, nec cum iuramento. 19. & 20. Privilegia Hierosolymitana decreti irritantis clausulam habent, quæ partium consensu renunciari non possunt. 21. Privilegium debet probari per scripturam, & tenetur, ostendere, qui illud dicit habere. c. 7. n. 26

Privilegia Regularium redacta sunt ad terminos Concilij per Pium IV. d. 13. c. 11. n. 5. Privilegia Ordinis S. Ioannis confirmata sunt, ita vt literæ Gregorij XIII. in suo robore permaneant in his, quæ ad Curam animarum pertinent, in quibus decreta Concilij Trindentini servati debent. 27. Privilegia concessa ob remunerationem non censentur revocata, per Concilium Tridentinũ, vbi de Ecclesiarum exemptarum priuilegijs agit. d. 14. c. 1. n. 13. Privilegium interdicti non servandi concessum Regularibus competit Monialibus. c. 4. n. 8. Privilegia Regularium sepeliendi in suis Ecclesijs revocata à Leone X. postea fuerũt restituta. c. 5. n. 19. Privileginm aliquid debet operari. d. 15. c. 2. n. 10. Privilegia Hierosolymitana quomodo possint derogari exprimit Bulla Pij IV. 15. Privilegia concessa ob benemerita absque ingenti causa, & servatis aliquibus conditionibus revocari nequeunt. 17.

Privilegia Ordinis Sancti Ioannis multa inserta sunt in corpore iuris, & in Bullis, statutis, & alijs libris. d. 16. c. 1. n. 1. Privilegia circa confirmationem, & exemptionem Ordinis referuntur. 2. Fori, & Canonis, & alia. 3. Circa iurisdictionem. 4. Circa autoritatem, & præcedentiam. 5. Circa bona Ordinis. 6. Circa Commendas. 7. Circa Beneficia Ecclesiastica. 8. Circa receptionem Fratrum. 9. Circa religionem, & vivendi normam. 10. Circa Ordines suscipiendos, & sacra celebrãda. 11. Circa Sacramentorum administrationem. 12. Circa Ecclesias Ordinis. 13. Circa Iudices Conservatores. 14.

Privilegia omnia Ordinis S. Ioãnis confirmarunt Vrbanus VIII. & Innocentius X. cap. 2. n. 1. Exceptis decretis Concilij, & Constitutionibus Apostolicis, necnon alijs, in quibus specificè eadem religio exprimitur. 2. Privilegia Militiarum non derogantur per derogationem in com-

communi, niſi fiat de illis ſpecialis mentio 4. Privilegia Regularium contraria Concilio Tridentino nō ſunt abrogata niſi in decretis, ſcripta ſit prohibitio cum Privilegiorum derogatione 5. Privilegia Ordinis S. Ioannis conceſſa fuerunt ob remunerationem 8. Privilegia ob benemerita conceſſa non intelliguntur revocata per clauſulas generales quantumvis duplicatas, & derogatorias. 9. Privilegia remunerationis dicuntur contractus privilegiati. 10 Privilegia remuneratoria non revocantur. 13. Privilegia Hieroſolymitana non poteſt Summus Pontifex revocare non ſervata forma præſcripta in Bulla Pij IV. 16. Privilegiorum Ordinis S. Ioannis conceſſa non ceſſat, & ideo Privilegia non debent reſtringi. 19. Privilegia remunerato ia Ordinis S. Ioannis cū dimanent à Sede Apoſtolica, ſucceſſores in Pontificatu tenentur ea ſervare. 20. Privilegiorum Ordinis S. Ioannis interpretatio prohibita eſt Cardinalibus, & omnibus Iudicibus, & Epiſcopis. 21. Privilegia, & exemptiones, quæ dimanant à Papa, ipſe ſolus de illis debet iudicare. 22.

Probitas eſt precipua qualitas ad regendum, & eſt idem quod bonitas. d. 10. ca. 4. num. 7. 8. & 9.

Proceſſionibus non tenentur interſervientes Eccleſijs Hieroſolymitanorum vbi habet vtramque iuriſdictionem temporalem, & ſpiritualē religio, & vbi eſt conſuetudo in cōtrarium. d. 14. c. 2. n. 15.

Procuratorem Generalem, ſeu Legatum habet Ordo S. Ioannis in Curia Romana, & etiam in Curijs Principum ſunt Ordinis Legati. d. 2. c. 4. n. 37.

Prohibitio omnis ſive perpetua, ſive ad tempus contradicit libertati ſepulturæ, diſcept. 14. cap. 5. n. 30.

Profeſſio facta in Ordine ab vxorato inſcia vxore, vel invita, vel ſi per dolum, vel metum conſentiat vxor, eſt nulla. d. 3. ca. 5. n. 4. Profeſſio Equitis S. Ioannis facta ſine cingulo Militiæ valida eſt. d. 3. c. 1. n. 12 Profeſſio ignobilis in gradu Equitū in Ordine Hieroſolymitano tranſacto quinquenio tenet. d. 5. c. 2. nu. 11. Profeſſionis in Ordine S. Ioannis verba referuntur. d. 6. c. 1. nu. 2. Profeſſionem ſolemnem conſtituūt tria vota obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis. 4. Profeſſus cum debitis diſpoſitionibus conſequitur indulgentiam plenariam. 5. Profeſſio. ne vota realia, & perſonalia reſervata communantur, & extinguuntur 6 Tollitur irregularitas, quæ provenit ex defectu natalium. 7. Transfertur dominium in religionem 8. Oritur vinculum indiſſolubile. 9. Diſſolvitur matrimonium ratum. 10. Amittuntur Beneficia Sęcularia. 11. Profeſſio ante annum novitiatus facta tenet. d. 7. c. 2. n. 8. Profeſſus nulliter ex cauſa irremiſsibili omni tempore poteſt reclamare. 37. Profeſsio expreſſa in ſecundo Monaſterio facta præfertur tacitæ in primo editæ 40. & 42. Profeſsiones, tacitę poſt Concilium rariſsimæ 41. Profeſſus tacitē poteſt ad laxiorem ordinem tranſire. 42. Profeſsione Equitis Hieroſolymitani ſi de ſuis bonis non diſpoſuit, dominium tranſivit in religionem. d. 9. cap. 1. n. 5. Profeſsio in Ordine Sancti Ioannis non debet præcedere proviſionem Beneficiorum. d. 11. cap. 1. n. 7. Profeſsionis documentū vel ſuſceptionis Habitus teſtimonium in Novitio neceſſario exhibēda ſunt ad inhibitionem Ordinarij. d. 15. c. 3. n. 12.

Protonotarius Apoſtolicus quāvis non ſit Synodalis, eſt Iudex Conſerva-

ſervator, diſcept. 15. cap. 2. nu. 20.

Proviſi de Beneficijs Ordinis S. Ioannis ſi non ſint Fratres eiuſdem Ordinis, debent admitti in co. d. 11. c. 1. n. 5. Et cenſentur privati ſi intra ſex menſes Habitum non ſuſcipiãt. 6. Proviſo Apoſtolico in Commendis Hieroſolymitanis regula de triennali poſſeſſore non moleſtando non competit. d. 10. c. 2 n. 13.

Prudentia eſt ſal omnium virtutum. d. 10. cap. 4. num. 3. Commendatur. 4. 5. & 6.

Puritas ſanguinis requiritur ad Habitum S. Ioannis. d. 3. ca. 2. nu. 1. Puritatis ſtatuta ſunt iuſta. 2. Puritas ſanguinis præſumitur. 4. Præſumpta non ſufficit ad Habitus Militares. 5. Quomodo probetur. 6. Puritas patris ex ſua parte concludit puritatem filij. 7. Puritate probata non eliditur per contrariam memoriam, nec per initium vltra centum annos. 11. Puritas ſanguinis ſtatutis requiſita debet conſtare poſitivè non præſumptivè. 25.

Q

QValitas duplex concurrens in perſona, illius conſideratio habetur, cuius contemplatione actus geritur. d. 2. cap. 4. num. 17.

R

RAmonius Berẽguel Comes Barcinonę Rex Aragoniæ Habitũ Ordinis S. Ioannis ſuſcepit, & erexit Domum Ordinis in Barcinona: & idẽ fecit Andreas Vngariæ Rex. d. 1. c. 2. n. 16.

Receptoris communis Ærarij munus. d. 2. c. 4. n. 39.

Regula vndè dicatur, & quotuplex in Eccleſia ſit. d. 1. ca. 3. num. 2. Regula Ordinis S. Ioannis refertur. 5. Regula ex vi talis non obligat Regulares ſub culpa lethali. 27. Ex vi tamen promiſſionis, & voti quando obliget ſub culpa mortali traditur. 28.

Regula 8. Chancellariæ de reſervatione Beneficiorum non ſe extendit ad Præpoſituras, & Prioratus Ordinum Militarium. d. 10. ca. 2. n. 14.

Regularis ſine licentia ad tranſitum nulliter profeſſus in ſecunda religione poteſt ſe reſtituere in priſtinum Habitum. d. 7. c. 3. n. 3. Regulares ad Patronatus laicorum admittuntur. d. 11. cap. 3. n. 20. Regulares ſub nomine Clericorum in laborabilibus comprehenduntur. 21. Regulatium exemptio ex Apoſtolicæ Sedis poteſtate, fonte, & capite totius iuriſdictionis profluit. d. 13. c. 1. n. 6. Regulares à principio iuriſdictioni Epiſcoporum ſubditi erãt. 7. Regulares exempti facti ſunt, & eorum Prælatis conceſſa eſt iuriſdictio Quaſiepiſcopalis. 8. Regulares conveniri poſſunt apud Ordinarios locorum in cauſis miſerabilium perſonarum, etiam ſi Iudicem Conſervatorem habeant. d. 13. c. 8. n. 3. Nõ habentes Conſervatorem conveniuntur apud Locorum Ordinarios. 4. Executores teſtamentorum poſſunt conveniri, & puniri ab Ordinario. d. 13. c. 9. n. 14. contra. 15. 18. & 22. Executores teſtamentorum, vel hæredes defunctorum non poſſunt ab Ordinarij excommunicari. 31.

Regularis percutiens Clericum Sæcularem abſolvi poteſt ab Ordinario in caſu levis percuſſionis. d. 13. cap. 10. n. 3. In foro interno poteſt abſolvi à ſuo Prælato Regulari. 5. In foro exteriori non poteſt niſi ab Epiſcopo abſolvi de iure communi. 6. Ex privilegijs hoc tempore poteſt abſolvi à proprio Prælato religionis. 8. Non poteſt ab Ordinario declarari incurſus in cenſura canonis ex veriori opinione. 31. 32. & 33.

Regulares extra Monaſterium degentes de licentia Prælati non poniun-

niuntur ab Ordinario delinquẽtes. d.13.c.11.n.31. Degentes in aliquo membro, ſeu grangia ſui Monaſterij pro ſervitio Religionis, ſi delinquerint, non ab Ordinario loci, ſed à Prælato Ordinis debent puniri.32 Inſervientes Beneficijs, vel adiecti Monaſterijs Monialium delinquentes non ab Ordinario, ſed à Prælato Regulari puniuntur.33. Degentes extra clauſtra ex inſtituto Ordinis delinquentes non puniuntur ab Ordinario.35. Regularis in Monaſterio degens, & extra Monaſterium notoriè, & cum ſcandalo delinquẽs á Superiore non punitus ab Epiſcopo puniri poteſt.37. Extra delinquens non poteſt puniri ab Epiſcopo, ſi Superior Ordinis ab Ordinario non fuerit requiſitus, & omiſſus 39. Nec ſi delictum notorium non fuerit.40. Delinquens in Eccleſia extra clauſtra delinquere dicitur, vt puniri poſſit ab Epiſcopo.41. Limitatur ſi delinquat in Eccleſia ſui Monaſterij.42.

Regulares, qui Sæcularium non auſcultant, confeſſiones non egent Epiſcopi approbatione.d.13.c.12. num.19. Poſſunt Ordinari extra tẽpora, & à quocumque Antiſtite.d. 14.c.1.n.20. & 21. Regularibus licèt proceſsionaliter, & cum Cruce intrare Parochias, & deferre funera ad ſepelienda in eorum Eccleſijs.c. 5.n.17.contra.25.

Religio nulla inſtitui poteſt, niſi aliquam ex regulis antiquis ab Eccleſia approbatis accipiat.d.1.ca.3. num.1. Religio Hieroſolymitana Propugnaculum eſt, & Antemurale Chriſtiani populi.24. Exemptioné, & fori privilegium quo ad omnes cauſas civiles, & criminales habet. d.13.c.1.nu.9. Non comprehenditur in decretis Concilij Tridentini, & Conſtitutionibus Apoſtolicis niſi ſpecificè eadem religio exprimitur.ca.9.n.16. & d.16.c.2.n.3. & 4. Religio omnis bonorum capax ſuccedit in Fœudo, quando vel ſervitium eſt reale, vel perſonale, quod per ſubſtitutum poteſt exhiberi; & in Fœudo franco.d.9.c.7.n.3.4.5. 6. & 8. Religiones Militares ſunt in poſſeſsione conſervatoriarum ampliſsimarum.d.15.c.2.n.18.

Religioſus profeſſus in Religione incapaci bonorum, & diſpenſatus ad Ordinem Hieroſolymitanũ, non recuperat bona eius, quæ vel ẽ tibus ab inteſtato fuerunt delata.d. 6.c.3.n.7. Religioſi alterius Ordinis ad Habitum S. Ioannis non admittuntur.d.3.ca.4.n.1. Religiorum appellatione veniunt Novitij in favorabilibus.d.6.c.2.n.11. Religioſus poſt quinquenium non poteſt reclamare ad Habitum dimittendum.9.

Regna Caſtellæ vnita gubernantur vt diſtincta.d.10.c.6.n.11.

Remedia omnia poſſeſſoria competunt religioni in bonis religioſi defuncti.d 9.c.6.n.8.

Remotionis, vel ſuſpenſionis ab officio decretum eſt appellabile.d.2 c.2.n.22.

Renunciatio iuris proprij non præſumitur ex actu tacito. d.7.ca.3. num.7. Renunciare exemptionem non poteſt exemptus abſque Pontificis licentia.d.13.c.7.n.19.

Res apprehenſa in fraganti ſtatuti violatione cadit in commiſſum, & Clericus, vel exemptus ſi illam tueri intendit, veluti actor ſequi debet forum rei.d.13.c.6.n.8. Res iudicata non obſtat religioni Hieroſolymitanæ, & in quibus caſibus nõ obſtet remiſsivè.d.13.c.3.n.10.

Reſervare non poſſunt ante profeſsionem Hieroſolymitani bona ad effectum teſtandi.d.9.c.5.n.7.

Reſignare Commendas licitum eſt Commẽdatarijs. d.10.c.3.n.17.

Re-

Reſignationes Commendarum, & Beneficiorum Ordinis S. Ioannis apud Sanctiſſimum fieri nō poſſunt. 16. Reſignationes Commendarum Militarium ſunt publicandę iuxta Conſtitutionem Gregorij XIII. 18. Ordinis S. Ioannis non ſunt publicandę 19. Fiunt ſine alterius prę iudicio, & fraude, quia novi Adminiſtratores Commendæ reſignatæ ad ſolutionem debitorum reſignantis tenentur. 24. Reſignatio facta in Conſiſtorio coram Papa, & Cardinalibus non eget alia publicatione. 22.

Reſiſtere licet manu armata cōtra eum, qui ius præcedentiæ infringit. d. 14. c. 5. n. 39. Reſiſtere poteſt impunè Hieroſolymitanus Eccleſiaſticum Ordinarium, ſi velit eum incarcerare, cum ſubditus eius non ſit. d. 15. c. 3. n. 26.

Reus capitalis criminis ſi efficiatur Miles non remittitur, ſed à Iudice Militiæ iudicandus eſt. d. 13. c. 4. num. 2.

Rex Alphonſus dictus Sapiens donationem fecit Ordini S. Ioānis de fundis Hiſpalenſis vrbis anno 1253. d. 1. c. 2. n. 29. Rex Hiſpaniarum præcedit omnes Reges, quia omnes in Regnorum, & Provinciarum numero ſuperat. d. 2. c. 2. nu. 22. Rex, & Imperator dicitur quis in domo propria. d. 14. c. 5. n. 35.

Rhodi Inſulæ narrationem varię authores deſcribunt, & referuntur multorum placita. d. 1. c. 2. n. 35. & 36. Rhodus dicta á Roſis, quæ in cœmentis ſubterraneis fuerunt inventæ. 38. Rhodi fuit ſtatua Coloſſi vnum ex miraculis Mundi, & alia centum Coloſſorum minoris magnitudinis. 39. Rhodus Inſula clara vocatur, eo quod nunquam dies ita nubilus eſt, vt Sol in ea non conſpiciatur. 40. Rhodus à Solimano Imperatore Turcarum capta fuit anno 1523. 45.

S

SAcerdotum, & Servientium ſtatus Ordinis Hieroſolymitani refertur. d. 2. cap. 1. n. 6. Sacerdos adſcriptus Eccleſiæ receptitiæ ſi fiat Miles Capellanus Hieroſolymitanus, non poteſt prætendere fructus Eccleſiæ receptitiæ. d. 11. c. 2. nu. 4. Sacerdotes Inſervientes Eccleſijs Hieroſolymitanis poſſunt vocari ab Ordinarijs, vt interſint proceſſionibus generalibus. d. 14. c. 2. n. 12. Sed non poſſunt compelli cum cenſuris. 13.

Sacramentum Euchariſtiæ adminiſtrari poteſt quando excommunicatio eſt nulla defectu iuriſdictionis. d. 13. c. 12. n. 45.

Salarium conſtitui debet Serviētibus Eccleſias Parochiales Monaſterio vnitas. d. 11. c. 1. n. 9.

Sanctus Gerardus Hieroſolymitanus in gradu Servientium deceſſit anno 1240. fecit multa miracula, & decem & octo victorias de Saracenis obtinuit. d. 1. cap. 2. n. 24. Sanctus Nicaſius Hieroſolymitanus paſſus eſt martyrium anno 1242. 25. Sanctus Gerlandus eiuſdem Ordinis floruit in Polonia. 26. Sanctus Garcia Martinez Hieroſolymitanus natione Luſitanus floruit in Hiſpania anno 1286. 32. Sanctus Rex Ferdinandus hæreditavit Ordines Militares in Hiſpali, vbi Conventus fuerunt inſtituti. 30.

Sancti Patres ex Militia laudem acquiſierunt. d. 1. c. 3. n. 23.

Sanguinem humanum effundere non poſſunt Clerici, aut Religioſi. d. 6. c. 2. n. 2.

Scientia nobilitat. d. 4. c. 1. nu. 7. Eſt mater virtutum, & ignorantia mater omnium errorum. 10.

Sęcularis ſpoliator bonorum Eccleſiæ ante Iudicem Eccleſiæ eſt cōveniendus. d. 9. c. 6. n. 11.

Senatus Ordinis S. Ioannis conſtitu-

tutus fuit ex octo Dignitatibus, & officijs, de vnaquaque Natione, & Lingua. d. 2. c. 3. n. 2. Senatus Regalis Patrimonij in Hispania vtitur iurisdictione contra exemptos impedientes administrationem Regij Patrimonij. d. 13. c. 12. n. 45.

Sepeliendi Hierosolymitanos forma describitur. d. 14. c. 5. n. 1. Sepeliendi quęcumque fidelium cadavera in suis Ecclesijs habet Religio Hierosolymitana privilegium. 7. Sepeliendi ius habenti competit quoque ius per aliena territoria funera deferendi. 14. Sepultura liberè, & absque impedimento concedenda est. 8.

Serpens horrenda orta in Insula Rhodi in singulari prælio occisa fuit à Fratre Deodato de Gozon. d. 1. c. 2. n. 41.

Servi non possunt ad Religionis statum admitti. d. 3. c. 1. n. 27.

Servientium Fratrum Ordinis S. Ioannis qualitates describuntur. d. 4. c. 2. n. 1. Servientes officij in Ordine S. Ioannis admittuntur etiam in Commendis. 2. Servientes Fratres S. Ioannis non possunt admitti in Fratres Milites. 3. Servientes Fratres Ordinis S. Ioannis sunt verè religiosi. 4. Et verberantes eos incurrunt excommunicationem. 5. Et gaudent privilegio fori. 6. Et Crucē lineam æqualis magnitudinis cum Militibus gestant. 7.

Servientes Militijs vt fori privilegio gaudeant, quatuor qualitates habere debent, quas Riccius exposuit. d. 13. c. 2. n. 8. Sed convincitur. 11. 12. & 13.

Simonia præsumitur, si post resignationem Beneficij, eius redditus potiatur renuntians. d. 9. ca. 4. n. 39. Simonia non datur in venditione Commendarum, & Habituum Militarium. d. 10. c. 2. n. 9. & 11. Simonia licèt non detur in venditione Commendarum, peccatum tamen committitur, & punitur statutis Ordinis Hierosolymitani. 18. Simoniaca non est conventio interveniente authoritate Prælati, quando Beneficia sunt inæqualia in fructibus temporalibus, per pecuniam, & pensionem inæqualitatem resarcire. 16

Simulatus contractus est nullus. 9. c. 4. n. 40.

Sixtus V. prohibuit ad religionē admitti decoctores. d. 3. c. 6. num. 2. Sixti V. constitutio non intelligitur de Religionibus Militaribus. 5 Sixtus V. criminosos ad religionem prohibuit admitti. c. 7. n. 3.

Societas potest contrahi cum Hierosolymitanis super navigatione. d. 6. c. 4. n. 16. Societas datur inter commilitones, qui aliud non conferunt, & præda debet inter eos dividi. 17.

Spes præmij movet ad obsequiū. d. 10. c. 5. n. 3.

Spolij Episcoporum causæ in Hispania pertinent ad Principem. d. 9. c. 6. n. 4 Spolij cognitio, vel est spiritualis, vel merè Ecclesiastica, de qua Iudex laicus non potest cognoscere. 15. Spolia Episcoporum, & Hierosolymitanorum differunt. 22. Spolia Episcoporum ad Reverendam Cameram Apostolicam sunt adscripta. 24. Spolij bona detinens non potest ea præscribere. 8. Spolia Curatorum Parochialium pertinent cō ductori, quando fructus Prioratus locati sunt. d. 15. c. 1. n. 19.

Smutitionis tempore Frater Hierosolymitanus debet petere sibi Cōmendam assignari. d. 10. c. 5. n. 6.

Statuta de Habitu Fratrum, & de Orationibus per Fratres Hierosolymitanos quotidie dicendis maximè spectant ad regulæ institutum. d. 1. c. 3. n. 30. Statuta puritatis non sunt intelligenda de descendentibus à Iudæis, qui ab Apostolis conversi

verſi fuerunt.d.3.c.2.n.16. Statutũ de profeſſis in alio Ordine ad Habitum S. Ioannis non admittendis procedit, ſive profeſſus ſit in ſtricti ori Ordine, ſive laxiori.d.3.cap.4. num.5. Statuta concernentia ad trãſitum referuntur.d.7.c.2.n.23.

Subprior abſente Priore iuriſdictionẽ Ordinariam exercet.d.14.c. 3.n.7.

Subſidium in Hiſpania,& quartã portionem in Francia non ſolvunt Hieroſolymitani, nec Procurationem, & Subſidium Legatorum Sedis Apoſtolicæ.d.12.c.2.n.8. Subſidium,& Excuſatum de fructibus Cõmendarum, & Beneficiorum ſolvũt Ordines Militares S. Iacobi, Calatravæ, & Alcantaræ.9. Subſidium ſolvere compelli poſſunt cenſuris Regulares. 10.

Succeſſio filij Monachi in bonis patentum Iuri divino, & naturali adeo eſt conſona, vt ſtatuto contrarium non poſsit induci. d.9. cap. 8. num 10

Summi Pontifices Religionem Hieroſolymitanam laudibus vſque ad Cœlum extollunt, & referuntur verba aliquarum Bullarum pro religione, & benemeritis Hieroſolymitanorum. d.1.cap.3.n.25. Summus Pontifex habet vtrumque gladium. d.13.c.1.n.2.

T

TEmplariorũ deſtructio, & Hieroſolymitanorum conſervatio variè diſcurritur ab authoribus. d.1. c.2.n.65.

Tertiarij,& Eremitæ fori exemptione non potiuntur.d.13. .2.n.25

Teſtamenta facere poſſunt Hieroſolymitani.d.9.c.5.n.1.contra.6. Etiam ſi ſint Conclavi.ſç. Teſtamẽtum irritum ratione poteſtatis ablatæ,non convaleſcit hic reddita,niſi adſit nova ſolemnis voluntas. 17. Teſtamentum ab hęretico confectum non convaleſcit eo ad fidem converſo.18. Teſtamentum factum ab impubere, vel furioſo non convaleſcit adveniente ætate, vel ſanitate.19. Teſtamentum nõ convaleſcit, quoties fuit defectus in teſtante ceſſante impedimento.20. Teſtamentum filijfamilias quo ad omnia bona ſuſtinetur,ſi tempore mortis ſui iuris effectus ſit.24. Teſtamentum vſurarij non valet, ſi non præſtetur cautio de reſtituendo vſuras.25. Recõvalidatur tamen ſi procurator reſtitutionis præſtet cautionem.26.Teſtamentum Hieroſolymitani à principio irritum, convalidatur ſi poſtea ſupervenit facultas teſtandi. 31. Teſtamentum à Hieroſolymitano ſine licentia factum, non eſt omnino irritum, ſed eſt impendenti vſq; ad obitum teſtatoris, & habilitatem ad teſtandum obventuram. 35. Teſtamenti actus eſt ſucceſsivus,& vſq ad mortem non eſt perfectus.36.

Teſtandi habilitas ſufficit, quod adſit tempore mortis.d.9.c.5.n.22

Teſtari non poſſunt religioſi.d.9 c.5.n.2.

Teſtes ſub culpa lethali tenentur deponere, quæ ſciunt de qualitatibus candidati,de quibus fuerint interrogati.d.5.c.2.n.1. Non poſſunt vti æquivocatione, ſeu amphibologia. 2. Defectum occultum candidati poſſunt etiam cum iuramento celare. 3. In informationibus candidatorum debent concludere poſſitivè. 5. Teſtibus paucis deponẽtibus pro macula, & multis pro puritate, quibus ſit ſtandum.6. Pauciores de ſingulari caſu deponentes præferuntur multis, qui cum generalitate in favorem inquiſiti pro eius puritate teſtantur. 7. Teſtium depoſitiones coadiubantur ex inſtrumentis,& actibus poſitivis conſanguineorum inquiſi i.8.

Tranſitus ad religionem ſtrictiorem

rem debet fieri petita licentia, ne bonum obedientię contemnere videatur. d. 7. c. 2. n. 1. Transitum Hierosolymitani ad religionem strictiorem non petita licentia validum esse defendit Mendo. 2. multi. 12. Transitus debet fieri bono zelo, & non ex temeritate. 19. Transitus sine licentia præsumitur ex temeritate. 20.

Transiens ad primam Religionē laxiorem non est apostata. d. 7. ca. 3. num. 9.

Transire per agrum alienum ius non est, vbi trāsitus domino noxius est. d. 14. c. 5 n. 21.

Transvectio rei vt sit licita non attenditur locus per quem, sed ad rem, quæ transferenda est. d. 14. c. 5 num. 13.

Triremes, & armamenta Ordinis Hierosolymitani post naves Summi Pontificis, & Regum præeedunt navigia, & triremes omnium Principum Christianorum. d. 2. c. 2. n. 10.

Turco polerij officium, & præeminentię. d. 2. c. 3. n. 13.

V

VEnatori non licet fundum alienum ingredi pro aucupatione. d. 14. c. 5. n. 22.

Vendere triticum ad sustentationem familię emptum mutato consilio est negociatio æconomica. d. 9. c. 4. n. 4. Et permissa Fratribus Ordinum Militarium. 5. Venditio fructuum ex suis prædijs procedentium non est negotiatio, sed administratio vnicuique libera. 9. Vendere vina ex possessionibus Ecclesiasticis collecta possunt Clerici, & tenere tabernam. 10. Vendere animalia, quæ in proprijs agris nutriuntur possunt Clerici, & Regulares. 11. Vendere metalla ex vena ferrea deducta etiam si per operarios conductos id fiat, possunt Clerici, & Regulares. 12.

Vestis cuiusvis religionis omissio non vitiat professionem. d. 3. ca. 10. n. 7.

Verbum *debet*, importat præceptum, & inducit nullitatem in actu. d. 7. c. 2. n. 14.

Veteranorum præmia post viginti annos Militię Romanis præstabātur. d. 10. c. 5. n. 2.

Vicarius Generalis Episcopi debet esse Clericus Sæcularis. d. 13. ca. 9. n. 1. Non tenetur ad Syndicatū. 10. Absque gravi causa non potest ab officio amoveri. d. 14. c. 23. n. 14. Vicarius Hierosolymitanus Sancti Ioannis de Acre in territorio Hispalensi est in consuetudine examinandi, & approbandi Confessores in Ecclesia Parochiali, & in conventu Monialium S. Elisabeth. d. 13. c. 12. n. 26.

Vicarios Generales ad exercendam iurisdictionem Ecclesiasticam, & spiritualem, & Visitatores, nominant Baiulivi, & Commendatarij S. Ioannis in Baiulivatibus, & Commendis. d. 14. c. 1. n. 7. Vicarijs Generalibus, & Visitatoribus Hierosolymitanis, & Militaribus competit idem quod Vicarijs Generalibus, & Visitatoribus Episcoporum, & possunt in denunciationibus matrimonij dispensare. 8. Vicariorum, & Visitatorum munera remissivè. 9.

Vicariæ, & Beneficia sunt distincta, & aliquando Frater vnus Hierosolymitanus obtinet Beneficium, & alter Vicariam. d. 14. c. 3. n. 10.

Victoria sacri Belli obtenta fuit à Gothifredo de Bullon 15. Iunij anno D. 1099. d. 1. c. 1. n. 17.

Violentiam committit Ordinarius volens cognoscere de exemptis. d. 15. c. 1. n. 22.

Virgo Sanctissima Deipara dicta de la Salceda apparuit in Alcarria Equitibus S. Ioannis. d. 1. ca. 2. n. 17.

Visitare non potest Episcopus Prio-

BIBLIOTECA ANDALUCIA 30 Granada

Prioratus Hierosolymitanorum, qui suis capitibus subsunt, debent visitari â Capitulis sui Ordinis. d. 13. c. 12. n. 7. Visitare non potest Episcopus vbi Equites Hierosolymitani habent iurisdictionem spiritualem, & temporalem. 8. Visitatio circa Sacramentorum administrationem pertinet Prælatis Militaribus, vbi Ordines vtramque iurisdictionem habent. 9. Visitatio Ecclesiarum, quæ per Hierosolymitanos ante Concilium Tridentinum fieri solebat, post Concilium debuit continuari. 14. Visitari non possunt Ecclesiæ Hierosolymitanæ ab Episcopo, etiam si temporalem iurisdictionem non habeat religio, si contraria sit consuetudo. 15. Visitandi consuetudo in præiudicium Episcopi præscribitur quadraginta annis. 16. Probatur ex libris visitationum. 17. Visitandi facultas concessa Ordinario procedit in exercentes Curam animarum Sæcularium non Regularium. 18. & 48.

Visitatio Commendarum, & Ecclesiarum S. Ioannis pertinet ad Priorem sub pœna privationis præeminentiarum, & Visitatores in casu impedimenti ab eis nominatos. d. 14. c. 1. n 4. Visitatio fit primo de rebus divinis, & quomodo. 5. Et deinde de possessionibus, & bonis Ordinis. 6. Visitare possunt Priores Militiarum Ordinum territoria. 11. Visitare territoria Militiarum exempta tanquam Apostolicæ Sedis Delegatus non potest Episcopus. 12. Visitatio Ecclesiarum S. Ioannis competit privativè Hierosolymitanis in Hispania ex longeva possessione, in qua Senatus Regius religionem tueri iussit. 14.

Vota tria castitatis, obediẽtię, & paupertatis constituunt religionem in esse talis. d. 1. c. 3. n. 6. Vota dicta comprobantur ex sacræ paginæ locis. 7. Rectè conveniunt instituto Militari. 20. Votum eundi ad bellũ pro recuperatione terræ sanctę est antiquissimum, & reservatum. 13. Votum religionis emittens satisfacit, si Hierosolymitanam ingrediatur. d. 6. c. 3. n. 1. & 2. Votum ingrediendi Ordinem S. Ioannis est reservatum Pontifici, & in eo non potest Episcopus dispensare. 3. Votum religionis D. Iacobi, Calatravæ, & Alcantaræ commutari potest virtute Bullæ Cruciatæ. 4. Votis terræ sanctę, & Castitatis exceptis facultas absolvendi ex privilegijs Ordinis S. Ioannis refertur. d. 14. cap. 2. num. 11.

Vrraca filia Regis Alphonsi Sexti donavit Ordini S. Ioannis oppidum de Paradinas, & alia opida in Hispania donata Ordini referũtur. d. 1. c. 2. n. 18.

Vxoratus, qui matrimonium nõ consumavit admitti valet in Ordine Hierosolymitano. d. 3. c. 5. n. 7.

X

XEnodochium insigne destinatũ ad curationem infirmorum est in Conventu Melitensi. d. 14. c. 3. n. 2.

*

FINIS.

HISPALI.

APVD IOANNEM GOMEZ A BLAS, EIVSDEM, Civitatis maiorem Typographum. Ann. M. DC. LXIV.